2 conparatiuum *PH* 3 sensus *PRBDH* possitiui *G* positiui (s) *B* significat aduerbium *P* 4 sapiens, ulterior magis *om. G* ultra est — ille qui *om. P* 5 ille] *d* illi *D* itus *P* hae] *rb* haec *PRB*, *forma 'veteribus' usitata (v. Fleckeisenum mus. phil.* VII 271 *sqq.*) *cf. v. l. lib.* VII § 45. 83. 89 VIIII 22 XVI 5. 11. 13 conparationes *H* 7 dictionibus *B* casu] *r* causa *R* 8 adverbiis] *g* aduerbis *G* sive] uel *K* 9 infra inferior] *b* intra interior *B* superus] *rh* superius *RH* 11 possitiua *G* in ussu *G* insu *P* vivis] uius *P* 13 conparationes *P* 14 adverbia] *d* aduerbiis *D* conparatiua *PH* 15 aduerbio *r* aduerbii *b* significat *B* 16 magis extra] *k* extra magis *K* sic *om. P* 17 DE ORIGINE QVA QUAE COMPARATIONES NASCVNTVR. *DL* Diriuantur *P* conparatiua *PH* 18 sunt ex *Ll* 19 qualitate vel quantitate] *g* qualitate et quantitate *P* quantitate uel qualitate *G* quantite *H* animini *D* evenientium] *k* uenientium *HK* trahuntur et quae *P* 20 demunitiones *B* deminitiones *b* conparatio *PH* 21 potest subaccidentia. Ea *Bb* 22 illa] *P* illa substantia *rell.* intellegatur] *b* intellegantur *PB* posunt *L*

p. 598 P. p. 103. 104 K.

sin aliquid accidens [homini vel lapidi] proferam, tunc habet locum comparatio, ut 'homo prudens' et 'prudentior', 'lapis niger' et 'nigrior'. quamvis enim non sit prudens, potest 'homo' intellegi, et lapis quamvis
3 non sit niger, intellegitur 'lapis'. itaque adiectiva iure sunt appellata, quae illis nominibus, quae substantiam demonstrant, adiciuntur, quamvis antiqui etiam in quibusdam gentilibus comparativis usi sunt, ut Punus Punior - Plautus in Poenulo:

nullus me est hodie Punus Punior -

et superlativis etiam in pronominibus, ut idem Plautus in trinummo:

† ergon ipsus est? - Ipsissimus.

† Abhinc ab oculis?

Fiunt autem comparativa a nominibus, verbis, participiis, adverbiis sive praepositionibus.

A nominibus, ut 'clarus clarior', 'felix felicior'.

A verbis: 'detero deteris deterior', 'potior potiris, hic' et 'haec po-
4 tior' et 'hoc potius potioris' - possumus tamen hoc etiam a nomine 'potis' accipere, quamvis significatio alia esse videatur, unde Terentius in Phormione:

ubi tu dubites, quid sumas potissimum,

pro 'optimum' -.

A participiis: 'indulgens indulgentior', 'amans amantior'. sed quando comparantur participia, transeunt in nominum significationem.

1 aliquod *RHK* homini uel lapidi accidens *P* accidens (accedens *GL*) homini uel lapidi *rell.* habet] habeus *P* conparatio *P* 2 prudens prudentior *P* nigior *P* 4 niger post (*l.* potest) lapis intelligi. Itaque *P* lapis *eras. in H* iure *eras. in B* appellata quia illis *HK* 5 nominibus adiciuntur quae substantia ostendunt. Antiqui etiam in pronominibus conparatiuis usi sunt ut platus ergon *P* 6 conparatiuis *H* 7 *Plaut. Poenul.* V 2, 31. penulo *R* penula *BDLK* paenula *HG* 8 nullus me est hodie Punus Punior] *k* hodie punus punior nullus me est *K* hodie Punus Punior] *g* punior punus hodie *G* punus *add. r* denus punior *Plaut. Pal. uterque* 9 in *om. K* pro nominibus *L* *Plaut. trin.* IIII 2, 146 (*v.* 988 *sq.*) trinummo] *r* trinommo *R* 10 ergon] *d* ergo *RBDHG* ergo ipsusnes *Plaut. Vet.* ergo ipsusne es *rell. libri Plautini* est *om. P* 11 abhinc *libri cum optimis Plautinis* abi hinc *alii;* abin hinc *Guyetus* ab *om. D* 12 conparatiua *P* uerbis uel participiis *B* a uerbis a participiis ab aduerbiis *P* ab aduerbiis *BH* adverbiis] *g* aduerbis *G* 14 nominibus uclarus *Rr* felim *R* felix felicior *om. P* 15 ut detero *P* deteris *om. R* pocior *H* potiris] *bl* poteris *BGL* uel potiris *g* 16 et hoc potius *om. P* potius potioris] *l* potius potius potioris *L* potioris potissimus possumus *RH GK* potioris potissimus ** (uit) possumus *B* 17 *post* accipere: Vnde terentius — pro optimum *exhibet K* significatio altera uideatur esse *P* uidetur *H* uideatur potio potior potissimus pro optimus. unde *DGLK* unde — optimum *om. P* *Ter. Phorm.* II 2, 29 phormione *R* formione *K* 19 quid] *G* uel quod *g* quod *K* sumas] *r* summas *R* positissimum *R* 21 partitipiis *R* participio ut *P* indulgens. tior. Sed *K in marg.* tior. amans *post* indulgens *add. k* amans amantior *om. P* *post* amantior *in marg.* uel res participes aduerbiorum id est ulterior interior et similia dicuntur quia nascuntur ab aduerbiis localibus cum sint nomina comparatiua *add. r* quando] *r* quanto *R* 22 conparantur *PH* nominum *ex* nomina *corr. H*

p. 598. 99 P. p. 104. 105 K.

Ab adverbiis sive praepositionibus, ut 'extra exterior'. et sciendum, quod localia sunt haec adverbia sive praepositiones, ex quibus comparativa nascuntur nomina et paene haec: || 'extra exterior', 'intra interior', 'ultra ulterior', 'citra citerior' - vetustissimi tamen 'citer' protulisse inveniuntur. Cato de agna pascenda: citer ager alligatus ad sacra erit. 'citimus' quoque dicebant teste Capro. 'exter' quoque invenitur, ut Statius in XI Thebaidos:

Sed quid apud tales, quis nec sua pignora curae, |
Exter honos?

ex quo Virgilius in IIII:

et nos fas extera quaerere regna -,

'supra superior', 'infra inferior', 'post posterior', 'prope propior', 'ante anterior', 'penitus penitior'. Apuleius in I Hermagorae: visus est et adulescens honesta forma quasi ad nuptias exornatus trahere se in penitiorem partem domus.

Fit autem comparatio vel ad unum vel ad plures tam sui generis quam alieni, quamvis Graeci honoris causa suae gentis quam ratione veritatis dicunt, non posse ad multos sui generis fieri comparationem. alii autem dicunt, hanc esse rationem, propter quam non utuntur tali comparatione,

i

1 adverbiis] *g* aduerbis *G* prepositionebus *D* extra. rior ultra ior. citra or *K post* extra: ior. intra *in marg. add. k* *post* exterior: intra interior ultra ulterior citra citerior *add. RH(Kk)l* intra interior ultra ulterior *BDGL* 2 sunt Γ et aduerbia *G* conparatiua *P* 3 nascuntur nomina] *k* nomina nascuntur *K* ultra ulterior] infra inferior *P* 4 tamen etiam citer *RBDGLK* 5 Cato — quaerere regna *om. P* Cato de agna [musta *v. infra lib.* VI § 73] pascenda: *Catonis or.* 46 *in orr. Rom. fragm. ed. Meyerus p.* 83 *ed. alt.* alligatus] *sic etiam R lib.* XIIII § 33 allegatus *h. l. RH* 6 Teste capro. exter *B* Capro] *v. etiam lib.* XIIII § 33. *de ipso Flavio Capro, cuius testimonio sat saepe utitur Priscianus, conferenda inprimis commentatio Osanni de Fl. Capro et Agroecio grammaticis. Gissae* MDCCCXLIX. 4, *cuius tamen de aetate Capri sententia, quod alibi probabo, nimis infirmis nititur fundamentis. hunc locum eius libris enucleati sermonis potius quam de dubiis generibus operi assignaturus est Osannus p.* 12. *Priscianum vero etiam Capri de Latinitate opere usum esse libenter concedimus Graefenhanio hist. phil.* IIII *p.* 99, *cf. etiam Osannum l. l. p.* 15 7 *Stat. Theb.* XI 428 *sq.* 8 aput *H* quis] *K*

c a

Monac. qui *h om. H rell.* ne *Bb* pignore *Rr* cura *K* 9 exter honos] *sic etiam 'duo optimi libri' Statiani teste Barthio* Alternos *Stat. Cass. et vel sic vel* Externos *'optimi, immo fere omnes codd.' Statiani teste I. F. Gronovio* externos *Queckii omnes* 10 *Verg. Aen.* IIII 350 IIII aeneidos *D* 11 fas est extera *DK* externa *Pal. m. alt.* 12 supra — inferior *uncis inclusit r* infra inferior *h. l. om. P* propior] *rh* proprior *RH* 13 Apulius *K* *Apul. fragm.* 3 *t.* II *p.* 636 *ed. Hildebrand.; de Hermagora cf. eundem t.* I *p.* LVIII *et O. Iahnium in act. soc. scient. Lips. class. hist. a.* 1850 *p.* 283 Apuleius — domus *om. P* primo *DLK*

ei

haermagore *H* ermagorae *G* ermogore *K* 14 et] *r* eius *R* ei *D* et *H* ei et

v ad

BGLK adolescens *Rr* ulescens *D* aduliscens *H* adoliscens *K* exornatus] *r* ex hornatus *RH* 15 se *add. d* penitiorem *B* 16 DE NVMERO CVI COMPARATIVVS IVNGITVR. *DL* uel plures *P* generis *add. l* 17 greci *P* gentis] *d* gentes

d

D 18 a *R* fieri comparationem] *k* comperationem fieri *K* conparationem *PH* *post* comparationem: alii — rationem *om. G add. g* 19 conparatione *P*

quod, cum ad plures sui generis fit comparatio, superlativo possumus uti, ut 'fortissimus Graiorum Achilles'. sed superlativus multo alios excellere significat, comparativus vero potest et parvo superantem | demonstrare, unde etiam diminutionem apud nos iure accipit: 'maiusculus', 'minusculus', 'tardiusculus'. quid autem, quod accidit inter tres vel quattuor vel plures, non tamen ad totum genus fieri comparationem et necesse est uti plurali suorum? ut si dicam 'fortissimi fuerunt Graecorum Aiax, Diomedes, Agamemno, Vlixes, omnibus tamen his fortior fuit Achilles'. Virgilius in I:

Pygmalion scelere ante alios immanior omnes,

ad omnes sceleratos conferens Pygmalionem comparativo est usus. Statius in VIII:

Et melior sis, quaeso, deis

Amphiaraus dicit ad Plutonem.

6 Sunt igitur quae comparari possunt nomina vel secundae vel tertiae declinationis. et si sint secundae, mobilia sunt, id est, in a faciunt feminina et in 'um' neutra et vel in 'er' vel in 'us' desinunt et assumentia genetivo 'or' faciunt comparativa, corre||pta tamen paenultima i, ut 'tener [teneri] tenerĭor', 'niger [nigri] nigrĭor', 'clarus [clari] clarĭor', 'doctus [docti] doctĭor'. (notandum est, quod 'sinisterior' [quasi] a genetivo 'sinisteri' videtur esse factum, cum in usu 'sinistri' ubique reperiatur.)

Inveniuntur quaedam, quae quamvis sint accidentia [id est adiectiva] et eorum significatio exigat, ut faciant comparativa, tamen non habentur 7 in usu frequenti. sunt autem ea plerumque, | quae vocales ante 'us' habent, ut 'pius', 'arduus', 'egregius', 'dubius', 'strenuus', quamvis Plautus ex eo comparativum protulit 'strenuior' in Epidico:

1 pluresui *P* conparatio *P* posumus *K* 2 graecorum *BGLK* acchilles *P* achiles *GLK* sed *om. P* superlatiuos multos *P* 3 conparatiuus *PH* et *in marg. K* paruo* (s) *R* superante *P* monstrare *P* 4 ut maiusculus *PK* 5 autem est quod *B* inter *ex* in *corr. H* 6 conparatione *P* conparationem *H* est] esse *H* 7 graecorum *add. k* diomides *GK* agamemnon *PBh* agimemno *K* 8 eis *H* acchilles *P* achiles *GL* Virgilius — Plutonem *om. P* *Verg. Aen.* I 347 in primo aeneidos *D* 9 pigmalion *BDHGK* inmanior *DH* omues] *add. r* omnis *Med. Pal. Rom.* 10 pigmalionem *RBDHG* Stater *H* 11 *Stat. Theb.* VIII 120 VIII ducens amphiaraum dedit eloquentem et melior *B* 12 quaesso *K* quesso *G* deis] *r* dehis *R* 13 Amphiaraus] *3* afiaracus *RBHLKdg* afiarcus *G* afiriacus *D* pl*utonem (a) *H* platonem *B* 14 DE NOMINIBVS QVAE COMPARARI POSSVNT IN SECVNDA DECLINATIONE *D* igitur *om. K* conparari possunt omnia secundae *P* 15 sint] st *P* est a *P* feminina in *B* 16 adsumentia *PRBDH* or genitiuo *K* 17 or ******* faciunt *B* paratiua *P* corpta *H* peneultima *P* ut *add. k* teneri *om. P* 18 niger nigri nigrior *om. P* clari *om. P* doctus docti doctior *om. P* 19 sinistior *P* senisterior *K* quamuis quasi *Dd* quasi *om. P* sinisteri] *g* sinistri *H* sinistri *P* sinesteri *G* senisteri *K* uideatur *RBDHGK* 20 u*su (s) *G* ubiquae *R* repperiatur *PB* 21 De adiectiuis quae comparationem non habent *L* DE HIS QVAE COMPARATIVVM NON HABENT. *D* accedentia *G* 22 faciat *P* conparatiua *R* habent *DHG* 23 u*su (s) *G* us] u *P* 24 strennuus *GLK* *post* strenuus: plerumque (plerunque *G*) dixi (dixit *BH*) quia sunt et anomala quae non seruant in comparatiuis regulam *RBHGLK*; *post* sordidae *p.* 87, 2 *eadem ponit D*: *nondum extant in P* *Plaut. Epid.*

p. 660 P. p. 167. 168 K.

Nam strenuiori deterior si praedicat
Suas pugnas, de illius † illae fiunt sordidae.

et puto, hanc esse rationem, quod oportet comparativum una syllaba vincere genetivum positivi, nisi sint anomala, ut 'teneri tenerior', 'docti doctior'. si ergo haec, quae ante 'us' vocalem habent, assumant genetivo 'or', necesse est inter duas vocales positam i transire in vim consonantis, quod in Latinis dictionibus semper fere patitur, cum inter duas vocales invenitur vim suam servantes. hoc autem [ideo] dixi, quod u post q vel [post] g posita saepe ante i hoc non facit, quippe amittens vim suam, ut 'nequior', 'pinguior', quod nisi fiat, contingit, si in consonantem transeat i, pares esse syllabas genetivo positivi cum nominativo comparativi vel hiatum intolerabilem fieri tribus vocalibus per tres syllabas continue positis nulla consonante media, si dicamus 'piior', 'arduior'. quod ne fiat, non sunt usi eorum comparativis. plerique assumunt igitur 'magis' adverbium et usum 8 comparativi complent, ut 'magis pius hic quam ille'; vetustissimi tamen comparativis etiam huiuscemodi sunt [est quando] usi. Cato [dixit]: quod iter longius arduiusque | erat a curia. idem ad populum de triumpho: asperrimo atque arduissimo aditu. Pacuvius in Medo:

mulier egregiissima

Forma.

Iuvenalis in IIII:

III 4 (IIII 2) 10 *sq.* strennuior *LK* strenior. In *P* 1 Nam *om. P* strennuiori *GLK* strenuior. Ideterior *P* 2 illae] *sic Plaut. Vet. et Langiani* ore *Plauti dett.* illae ore *Erl.* 2 *Krehlii* illae *Hh; Krehlius voc.* ore *etiam in Lips.* 1 (*alüs?*) *ab interpolatore additum esse testatur* ille *PB* fiunt] *h* sunt *RK* sint *H* sordide *PB* 3 conparatiuum *P* 5 habent uocalem *GLK* adsumant *PRBDH* assumunt *Kr* 6 posita *P* uim] .um. *P* 8 ideo *om. P* quod] quia *G* uel g *P* 9 amitens *Rr* uim suam amittens *P* 10 contingit *L* sin *H* consonante *B* 11 cum ** nominatiuo (in) *B* conparatiui *PH* hiatus intolerabilis fit *D* intollerabilem *BGK* 12 continue] *r* continuae *PRBH* consonante posita media *P* 13 piuor ardiuor *P* quod uitium ne *B* fiant *P* eorum conparatiuis non sunt usi *D* 14 conparatiuis *H* conparatiuis plerique adsumunt *P* comparatiuis plerumque adsumunt *Rr* comparatiuis plerique; Adsumunt *B* adsumunt *DH* igitur] etiam *D* 15 conparatiui conplent *P* maius *R* ille quam hic *D* 16 sunt] *Dr* sunt est quando *PRBKd* est sunt quando *G* est quando *L* ** est quando (st?) *H* usi] usi ut arduior arduius *Dr* Cato] *fr. inc.* 20 *ap. Meyerum, qui l. l. p.* 148 *'in Originibus' ait 'an in oratione quadam id dixerit, incertum'* dixit *om. P* 17 inter *P* longius *G* longuius *LK* a] *k om. PK* Ide** (st) *R* *Cat. ad pop. de triumpho: or.* 5 *p.* 25 *sq. ap. Meyerum* 18 asperrimo atque] usque *P* aditu' *D* *post* aditu: similiter inuenimus et apud eundem et alios doctores huiuscemodi comparatiua et superlatiua ut gregisma mulier pertulis perpetuissimum strenuior *omissa rel. huius § parte P* Pacubius *RBHGLK* *Pacuv. Med. fr.* 3 *Both.* XII *p.* 88 *Ribb.* 19 Medo] *r* medio *RLK* mecho *G* 20 egre*iissima (g) *H* egregissima *L* egregisisima (*sic*) *G* 22 Inuenat *H* *Iuvenalis sat.* IIII 11, 12

p. 600. 601 P. p. 108. 109 K.

Egregius caenat meliusque miserrimus ho||rum, pro 'egregiius'. M. Cato in oratione, ne quis iterum consul fiat: imperator laudem capit, exercitum meliorem, industriiorem facit. C. Gracchus contra Q. Aelium Tuberonem: utrum inimicorum meorum factio an magis sollicitudo te impulit, ut in me industriior sis quam in te? idem Cato de Ptolemaeo minore de Thermi quaestione: quantoque suam vitam superiorem atque ampliorem atque antiquiorem animum inducent esse quam innoxiiorem. idem Cato de Macedonia liberanda: idque perpetuius atque firmius repsit. idem in Thermum: sed a benefactis, ab optimis artibus fugit maxima fugella perpetuissimo curriculo. Lucilius in XVI ad Fundium:

Fundi delectat virtus te, vilicus paulo
Strenuior si evaserit.

II 9 Sunt autem et alia | in 'us' terminantia, ex quibus comparativa supra dictam regulam non servant et dicuntur inaequalia. quorum quaedam ha-

1 egreg*ius (i) *L* cenat *RBK* miserimus *R* misserrimus *L* 2 egregius *RDH* egregius *B* egregiius *Ll* *Cato ne quis iterum cos. fiat: or.* 63 *p.* 113 *sqq. M.* 3 meliorem *om. L* industriorem *RDG* industriorem *BHL* industriorem facit *in lacuna k* 4 G. gracchus *R* G. grachus *r* G. gracus *H* C. graccus *L* *C. Gracchus contra Q. Aelium Tuberonem: or.* 9 *p.* 240 *sq. M.* contra Q. Aelium] *coll. Cic. Brut.* 31, 117 *Meyerus, quem praeisset Krehlius, 'si emendare liceret Codices vel Priscianum etiam ipsum'.* contraq** (ue) aemelium *Rr* contraq. aemilium *BD* contr* emilium (q.) *H* contraq. emileum *G* contraq. emelium *L* contraq. humilium *K* 5 an] *r* ac *R* sollicitudo] solitudo *BGLK* sollicitudo patria *D* sollicitudo ϕατρια *Darmst.*[a] sollicitudo πατρια *Darmst.*[c], *ut ϕατρία videatur glossa ad* factio *ascripta, quae deinde varie corrupta et loco mota sit post* impulit: ϕπατρια *spscr. in Monac.* solitudo ite i inpulit *R* (patriae *m. quadam rec. add.*) ut in me ut industrior *R* 6 industriior] *gk* industrior *BDHGK* sis *add. r* Idem — innoxiiorem *om. R add. r* *Cato de Ptol. min. etc.: or.* 60 *p.* 108 *sqq. M.* ptolomeo *DLK* ptholomeo *BHG* tholomeo *r* 7 term** *K* uitam suam *h* superiorem *Ll* 8 ee inducent esse *H* inducentes quam *B* quàm *om. G* innoxiiorem] *rk* innoxiorem *RBHK* 9 *Cato de Maced. lib.: or.* 58 *p.* 101 *sq. M.* Macedonia] *d* macidonia *DGL* perpetuius] *dh* perpetuus *DH* perpetuiius *L* 10 adque firmus reprepsit *Rr* *Cato in Thermum: or.* 37 *p.* 72 *sq. M. cf. lib.* VIII § 12 Thermum] *b* termum *K* hermum *RB* thernium *G* a] in *K* 11 obtimis *R* fugitq. *GL* fugit quae maxima *D* fugella] *r cf. Lachmanni in Lucret. comm. p.* 204 exigua fuga fugella *R* (exigua fuga *spscr.* glosa *del. r*) flagella *GL et in litura h* plagella *K* perpetuussimo *R* perpetuiissimo *rd* 12 *Lucil. sat.* XVI 5 *Dous. Gerl.* XVI mo. Ad *B* Fundium] *dh* fundidum *RBDH* 13 : Fundi] fundi *B* delectat *Rr* dilectat *Dd* dilectat *G* delectet *v. Heusdius stud. crit. in C. Lucilium poetam p.* 184 virtus te] *d* uirtute *D* vilicus] *r* uillicus *R* 14 strennuior *GLK* strenuior *Dd* strennui ior *R* strenuor *Hh* si evaserit] *r* siue uasserit *R* si euaseris *cod. G. I. Vossii, edd. ante α, G. I. Vossius de analogia* II 27 *p.* 690 *Eckst.* 15 DE SEX COMPARATIVIS INAEQVALIBVS *DL* autem et *add. r* et *add. l* alia nomina in *B* terminata *P* conparatiua *PH* 16 inequalia *P*

p. 601. 602 P. p. 109. 10 K.

bent i brevem vocalem ante 'or', sicut alia quaedam i loco consonantis, quaedam vero consonantem, ut 'bonus melior', 'iuvenis iunior' pro 'iuvenior', 'magnus maior', 'malus peior', 'parvus minor'. 'plus' quoque videtur comparativum esse multi, sed singularis nominativus non invenitur nisi neutri generis, pluralis vero etiam communis, ut 'hi' et 'hae plures' et 'haec plura'. antiqui tamen etiam 'pluria' dicebant, unde Terentius in Phormione: compluria. superlativus tamen ab hoc ipso omnium generum invenitur, 'plurimus plurima plurimum'.

Quae vero tertiae declinationis nomina faciunt comparativa, vel communia sunt in 'is' desinentia et faciunt neutra in e, vel in 'er' sunt masculina facientia in 'is' feminina et in e neutra, vel in 'er', 'es', 'ns', 'rs', x, communia vel trium generum, et assumunt 'or' dativo correpta i paenultima et faciunt comparativum, ut 'hic' et 'haec fortis' et 'hoc forte, huic forti, hic' et 'haec fortior' et 'hoc fortius'; 'hic acer haec acris hoc acre, huic acri, hic' et 'haec acrior' et 'hoc acrius'; 'hic' et 'haec' et 'hoc pauper, huic pauperi, pauperior' et 'pauperius'; 'locuples, locupleti, hic' et 'haec locupletior' et 'hoc locupletius'; 'hic' et 'haec' et 'hoc sapiens, huic sapienti, hic' et 'haec sapientior' et 'hoc sapientius'; 'hic' et 'haec' et 'hoc iners, huic inerti, hic' et 'haec inertior' et 'hoc inertius'; 'hic' et 'haec' et 'hoc audax, huic audaci, hic' et 'haec audacior' et 'hoc audacius'. 10

Et sciendum, quod omnia in 'or' desinentia comparativa communis sunt generis et mutantia 'or' in 'us' faciunt neutrum excepto uno, quod solum cum sit a positivo quantum ad suam vocem fixo, servavit eius genus, 'hic 11

inaequalia *K* 1 quaedam i] quaedam ante eandem i *P* quaedam eandem i *BDG* 2 melior breuem i luuenis *B* iuuenis — maior *add. k* iunior] iuuenior *P* iuuentior *H* 3 mailor *L* 4 conparatiuum *P* esse comparatiuum *G* multi] *k* mult* *H* multi* (s) *BG* multi id est multus multi *add. gloss. ad* singularis nominatiuus *pertinente D* nominatiuum *P* 5 neutris *B* generi *K* *post* uero: inuenitur etiam communis ut hi *in litura b* ut hic et heae *P* hae] e *D* 6 antiquitatem etiam *P* *post* pluria: dicebant — compluria *om. P* *Terent. Phorm.* IIII 3, 6 7 formione *Kr* complura *Bas. m. alt. ut vid. corr.* hoc *om. H* 9 DE HIS QVAE COMPARARI POSSVNT IN TERTIA *D* De his quae comparari possunt in tercia declinatione *L* 10 in e *add. H* *post* in er: sunt — in er *om. H add. h* 11 facientia] faciunt *P* femina *D* feminina et in e desinentia et faciunt *Rr* et] *k om. PK* neutra in e *P* er uel s *k* er uel in es *GL* ns] * ns *P* uel ns uel rs uel x *GLk* 12 communia * trium (t?) gerum *H* et *om. GL* adsumunt *PRBD* or in datiuo casu. Correpta *P* datiuo casu correpta *B* peneultima *P* 13 conparatiuum *P* foris *R* hoc forte] haec forte *P* 14 et haec acris *RHK* et haec agris *B* 16 pauperi hic et haec pauperior *BDGLKr* et hoc pauperius *BGL Kr* hic et haec et hoc locuples *Gk* hic et haec locuples *B* lucuples *P* locuples locupletis locupleti hic *H* 17 hic et haec et hoc sapiens sapientior hic et haec iners inertior inertius similiter audax. et sciendum *P* et hoc sapiens] sapiens et hoc *H* 18 hic et haec et hoc iners — inertius *in marg. add. k, eadem ante* hic et haec et hoc sapiens — sapientius *exhibet B* 19 huic inerti] ti *k* iner*tior (i) *R* haec audax et hoc. huic *H* 20 audacior] *r* audatior *RDH* audacius] *r* audatius *RDH* 21 sciendum est quod *D* desinentia *om. GL* conparatiua *P* generis sunt *G* 22 faciunt *ex* faciant *corr. B* neutra *PD* 23 fixoũ *K* fixum

p. 602 P. p. 110. 11 K.

senex, huic seni, hic senior', quamvis hoc quoque vetustissimi commune accipientes 'hic' et 'haec senex' proferebant. Pompilius in epigrammate, quod M. Varro in libris qui sunt de lingua Latina refert:

tua amica senex.

invenitur etiam 'nequam', quod est indeclinabile trium generum, tam comparativum quam superlativum, ut 'nequam nequior nequissimus'.

Ab adverbiis [vero] derivata in 'ra' desinentibus mutant 'ra' in 'er' et accepta 'ior' faciunt comparativum, ut 'extra exterior', 'intra interior', 'ultra ulterior', 'citra citerior', 'infra inferior', 'supra superior'. similiter in 'erior' faciunt 'post' et 'ante' 'posterior' et 'anterior', 'prope' vero 'pro-
12 pior' facit et 'detero' 'deterior'. a 'saepe' adverbio positivum vel comparativum nomen non legi, superlativum posuit Cato nepos de actionibus ad populum, ne lex sua abrogetur: facite vobis in mentem veniat, Quirites, ex aere alieno in hac civitate et in aliis omnibus propter diem atque fenus saepissimam discordiam fuisse.

'Prior' et 'primus' quaeritur an sit comparativus et superlativus: et dicunt quidam, quod, cum ordinis sunt, differentiam numeri significant; sicut enim 'alter' de duobus et 'alius' de multis dicitur, [sic] 'prior' de duobus [et] 'primus' de multis dici solet. invenitur tamen saepe 'prior' pro 'melior' positum et tunc sine dubio habet vim comparativi, et 'pri-

GL uel fixo *l* eius] huius *GL* 1 huic seni• (s) *L* uetustissimi hoc quoque *GL* uetussimi *R* 2 senex *add r.* Pompilius *coll. Varr. de l. Lat.* VII 93 *et epigrammate ab eodem in sat. ὄνος λύρας prolato* (*v. Non. p.* 88 *M. et praeclaras Lachmanni in Lucr. p.* 306 *emendationes*) *eo confidentius quamvis dissentiente Ottone Ribbeckio com. Lat. rell. p.* 215 *scripsi cum Bergkio act. antiq. Marb.* 1851, 29, 231, *quod* pompnius *extat in P;* pomponius *rell. cf. Munkium de fab. Atell. p.* 117. 163 *sq.* Papiui *ἐπιγραμμάτιον Varr. Flor.* 3 *Varr. de l. L.* VII 28 *p.* 316 *sq. Sp.* in — Latina *om. P* 4 tua] *r* tu *RB* amica] amici *Varr. Flor.* senex] *cum Varrone P* senex est *rell.* 5 inueniuntur *H* etiam et *B* a nequam *RBDH* est *om. GL* · conparatiuum *P* 6 superlatiuum habere ut *GKL* 7 AB ADVERBIIS. *inscr. DL* aduerbis *G* aduerbiis *R* uero *om. P* diriuata *P* diriuatiua *R* in • er (r) *B* 8 conparatiua *P* extra •••• exterior (exter?) *B* 9 citra citerior] *r om. GL* cytra cyterior *R* *post* superior: Similiter — anterior *add. r* 10 post et ante faciunt *D* ut posterior anterior *PB* propior] *rh* proprior *RH* 11 et detero et deterior *G* aduerbium *P* conparatiuum *P* 12 nomen non legi] *k* non legi nomen *K* nec *GL* uel non *g* *Cato nepos de actionibus ad pop.: Lion Catonian. p.* 109, *orr. R. fr. p.* 223 *sq. M.* cato nepos (catanepos *G*) dicens in mentem uobis ueniat *GL* cato saepissimam prior et primus *P* actionibus] *r* accionibus *R* 13 . Ne *H* abragetur *K* facile *Lion et in utraque ed.* (*p.* 116 *ed. pr.*) *Meyerus* 14 ex aere alieno *om. GL add. l* et in aliis omnibus *om. GL add. l* 15 om•nibus *R* per *l* diem atque *om. GL add. l* foenus *PDGLK* sepisimam *Gg* 17 DE PRIOR ET PRIMVS. *DL* prius *R* conparatiuus *P* comparatiuus aut superlatiuus *B* 18 qui••dam *B* ordini *P* sint *GKb* numeri] nomini *P* significant *add. g* 19 duobus ••••• et *B* aliis *Rr* sic *om. P* 20 et *om. P* solet dici *R* solent *D* solent *LK* 21 positum pro melior *D* positus *K*

mus' pro 'optimus' et tunc superlativi significationem obtinet. Virgilius in VIIII:

primos iuvenum tot miserit Orco.

'primos' posuit pro 'optimos'. quidam autem non absurde confirmant, 13
quod in numeris quoque potest 'prior' esse comparativus, unde ablativo iungitur, et 'primus' superlativus, cum ad multos componitur et semper genetivum sequitur, et quod 'prior', sicut omnes comparativi, vel ad sui generis vel ad alieni aliquem comparatur etiam, cum numerum significat, ut 'prior Turnus quam Aeneas movit bellum', 'primus' autem, sicut omnes superlativi, ad multos sui generis coniungitur, ut:

Primus se Danaum magna comitante caterva
Androgeus offert nobis

et, quod omnibus est rationabilius, in 'or' desinens commune in 'us' facit neutrum, quod in nullis aliis nisi in comparativis invenitur. et videntur a 'primdem' adverbio nasci, quod abiecta 'dem' accipit 'or' et facit comparativum 'prior', sed i corripuit, quia in nulla comparativo i ante 'or' produci potest; in superlativo vero servavit productionem accepta 'mus' 'primus', ex quo aliud adverbium nascitur 'primo' vel 'prime', unde Terentius in Andria compositum [dixit]:

Adprime in vita esse utile.

'Magnificentior' et 'magnificentissimus' et 'munificentior' et 'munificentis- 14
simus' cum videantur a positivo 'magnificens' et 'munificens' derivari, ut 'eminens eminentior eminentissimus', haec in usu non sunt, sed pro his 'magnificus' et 'munificus', ex quibus comparativum et superlativum et ex similibus secundum praedictam regulam derivari invenio apud vetustissimos. M. Cato

1 pro optimus — in VIIII *om. P* obtimus *R* obtinet significationem ut *D* optinet *BHL* *Verg. Aen.* VIIII 785 2 VIII *RGL* 3 et primos (*in* primus *corr. B*) *RBDHK* iuuenum primos *Vergilius* 4 primus *B* pro optimos posuit *DG* autem *om. K* absorde *HGK* 5 quod imeris *P* conparatiuum *P* 6 conponitur *P* comparatur *gloss. loco add. r* 7 sicut] uelut *D* conparatiui *P* 8 alienis *P* conparatur *P* 9 aenias *K* 10 moltos *H* ut uirgilius secundo aeneidos. primus *D* *Verg. Aen.* II 370 *sq.* 11 sed | anaum *B* 12 androgeos *R* adrogeus *G; Rom. Fr. hic deficiunt, in Pal. nomen et duae litt. voc. insequentis lacuna hausta* offer *R* 13 in ior *d* 14 neutrum] neum *H* nullis] illis *P* nullis aliis] *k* aliis nullis *K* nisi *inseruit b* conparatiuis (*et sic in sqq.*) *P* uidetur *GL* 15 quod *om. L* abiecta] *h* adiecta *BH* 16 corripit *RrD* corripit *GLK* conparatiuo *H* 17 seruabit *P* productionem] *r* produccionem *R* productionem *i* accepta *GLK* 18 aliud] aliquod *in* aliquid *corr. P* primo uel prime nascitur *D* prime *b* unde apprime compositum est. Magnificentior *GL* unde — apprimae (*sic*), *om.* dixit, *in marg. add. K* *Terent. Andr.* I 1, 34 19 dixit *om. P* *f.* compositum adprime: Adprime 20 Adprime *b* 21 DE HIS QVAE COMPONVNTVR A VERBO FIO. *D* De his quae componuntur a uerbo facio. *L* 22 uidentur *G* magnificaens *K* munificens et magnificens *P* magnificans et munificans *G* uel magnificens et munificens *g* magnificans et munificans *L* ut eminens ut eminens ut eminens eminentior (*sic*) *R* 23 pro *ex* per *corr. B* 24 et *om. GL* ex] E* (t) *R* E *BDHK* comparatiuum uel superlatiuum *RBDHGLK* 25 supradictam *GL* uetustisimos *G* ut M. *GL* M. Cato contra Thermum de Ptolemaeo: rege] *sic*

p. 603. 604 P. p. 111—13 K.

contra Ther|mum de Ptolemaeo: rege optimo atque beneficissimo. Terentius in Phormione:

Quodnam arbitrare? - Nescio. - Atqui mirificissimum.

Accius in VIIII didascalicon:

Et magnificissimei excelsissimeique honore.

Cum igitur comparativa proprie ad positivum fieri soleant, invenitur tamen saepe comparativus pro positivo per se positus, ut Virgilius in V:

comites senioris Acestae,

pro 'senis'. est quando pro positivo positus minus eo significat et nulli comparatur, ut:

Tristior atque oculos lacrimis suffusa nitentes,

'tristior' enim hic 'ex parte tristis' si||gnificat, et:

Iam senior, sed cruda deo viridisque senectus;

est quando ad contraria comparatur et minus positivo significat, ut: mare Ponticum dulcius quam cetera. hic enim non ad dulcia, sed ad amara facta comparatione ostendit, parvum aliquid dulcedinis | quam cetera habere Ponticum mare; est quando superlativo comparatur, ut 'Achilles fortissimo Troianorum Hectore fortior fuit'; est quando comparativus ad com-

recte distinxit Meyerus l. § 8 *l.* 1 contra quae thermum *P*: Q. *inde* Thermum *legendum videatur: at fuit Lucius praenomen Thermi* contra Thermum] *om. L add. l* dī (*i. e.* dicit) *G* h termum *B* ptolemeo *PGDLK* ptolomaeo *k* ptholomeo *RBH* ac *L* 2 therentius *P* terenntius *K* *Ter. Phorm.* V 6, 31 in formione *add. l* formione *RK* 3 quidnam *RH* quid enim *K* quodnam arbitrare nescio *om. GL* adquin *P* atquin *BGL* anqui* (n) *H* atque *K* mirificissimum] *rl* mirificissimom *R* mirificissimus *H* munificissimum *GKL* munificissimus *k* 4 actius *H* VIIII *om. P in* VIII *mut. b* diascalicon *H* didascalion *K* dedascilicon *GL* didascalon *l* 5 magnificissime *libri, nisi quod* magnicissime *H, corr. h* excelsissimique] excellissime. excellicissimique *PR* excellissime excellissimique *B* excellissime excellentissimique *G* excellissime *D* excellissime excellissimeque *Hh* excellissime excellentissimique *Ll* excellissime excelsissimique *K* magnificissimi excelsissimi honore (*om.* et) *Krehlius haud improbante Madvigio opusc. acad.* I *p.* 93. *trochaicis numeris:* magnificissimi | Excelsissimique honore *inclusit God. Hermannus de L. Attii libris didascalicon Lips.* 1842. 4. *p.* 7. *Sotadeum* Et magnificissimi excelsissimique honóre *restituit Lachmannus in ind. lect. Berol. hib. a.* 1849 *p.* 6 *sq.* *post* honore ALITER *inscr. D* 6 ad positiuum proprie *P* proprie] *rk* propriae *RBHK* 7 saepe] *r* sepae *R* per se positus] ppositus *P* possitiuus *G* *Verg. Aen.* V 301 in V *om. P* in V aeneidos *D* 8 omites *P* senionis *L* uel senioris *l* aceste *P* aceste *D* achestae *L* acheste *G* 9 senis aceste *D* positiuo comparatiuus positus *RHGKl* positiuo comparatiuus ponitur *L* positus et minus eo *B* eo] in eo *G* 10 *Verg. Aen.* I 228 11 tristior et lacrimis oculos *DK cum libris Vergilianis et sic Prisc. lib.* XVII § 167 suffussa *K* sufussa *G* nitentis *Med. Rom. Fr.* (*deficit Pal.*) 12 significat tristis *GL* significat. Ideo comparatiuus modo minus positiuo significat. Et *D* *post* significat: et — significat *om. R add. r* et: Iam] Etiam *B* *Verg. Aen.* VI 304 13 cruda *in litura b* de eo *B* 14 coparatur *H* mare *etc.*] *Sall. hist. fr.* III 51 *p.* 232 *Kr. v. infra lib.* XV § 18 *quosque laudat Kritzius l. c.* 15 dulcius est *R* cetera (caetera *L*) maria *GL* ad dulcia] *r* adultia *R* dultia *D* sed amara *H* 16 comparitione *D* parvum] *rb* parum *R* pa*** (rum?) *B* aliquid paruum *P* dulcedinis] *b* dulce**dinis *B* cetera] *b* ceter* (ū?) *B* 17 more *P* superlativo] *P* superlatiuo comparatiuus *RBDHGLK* comparatiuus superlatiuo *gk* acchilles *P* achiles *GL* 18 haectore *PRDH* quando] quod *P*

p. 604 P. p. 113. 14 K.

parativum comparatur, ut 'fortior Achilles Hectore, fortiore Patroclo'. Homerus in alpha Odysseae:

Εἰ κεῖνόν γ' Ἰθάκηνδε ἰδοίατο νοστήσαντα
Πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι
Ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τε ἐσθῆτός τε.

Cicero Philippicarum II: quis interpretari potest, impudentiorne, qui in senatu, an improbior, qui in Dolabellam, an impurior, qui patre audiente, an crudelior, qui in illam miseram tam spurce, tam impie dixeris?

Et sciendum, quod apud Latinos diminutionem quoque accipiunt quae- 16
dam comparativorum, ut supra diximus, quod apud Graecos non invenitur, ut 'grandiusculus', 'minusculus', 'maiusculus', 'meliusculus'. omnia | tamen haec a neutro comparativi adiectione 'culus' invenio fieri: [ut] 'grandius grandiusculus', 'melius meliusculus', sic et cetera, quae sunt similia.

'Tam' et 'quam' adverbia tum comparativo vel superlativo adiciuntur, cum duo vel plures comparativi vel superlativi diversae significationis positi inter se aequantur vel idem geminantur, ut 'tam iustior quam felicior Aeneas Hectore'. Cicero pro Deiotaro: istam, inquam, dextram non tam in bellis neque in proeliis quam in promissis et fide firmiorem, bis enim 'firmiorem' intellegendum. 'minus' autem adverbium 17

1 acchilles *P* achiles *GL* haectore *PRDH* fortiore et *B* patroculo *GL* Homerus — impie dixeris *om. P* Homerus — *ἐσθῆτός τε om. GL in marg. add. l* *Hom. Od.* I 163 *sqq.* 2 a ΟΔΙCIAC *l* odisseae *RB* odissia *Dd* odysse *K* 3 *Εἰ — ἐσθῆτός τε lac. relicta om. H* ΕΙ ΚΕΙΝΟΝ ΤΕ ΠΗΚΗΕΝΕΙΔΟΤΟΤΑΝΟC ΤΗΕΑΝΤΑ ΠΑΤΗΚΑΤΗC ΑΤΑ ΤΕΛΑΦΑΙΟΤΗΡΟ ΠΙΟΔΑC ΕΙΦΑΙΕΙΟΤΕΡΟΙ ΧΡΥCΙΠΙΟ ΠΡΕC ΤΕ ΤΑΝΤΟC ΤΕ. *R* ΕΙ ΚΕΙΝΟΝ ΤΕΙΘCΔΚΗΝ ΑΕΙ ΔΟΙ ΑΤΟ ΝΟCΤΗ ΕΑΝΤΑ ΠΑΝΤΕC. ΚΑΡΗCΑΙΑ ΤΕΛΑΦΡΟΤΕΡΟΙ ΠΟΔΑC ΕΙΝΑΛΦΗΙΟΤΕΡΟΙ ΧΡΥCΟΙΟ ΤΕ ΕCΕΝΤΟC ΤΕ. *B* ΕΙ ΚΕΙΝΟΝ Α ΔΕ C Ε Ο ΝΟ C ΘΑΝΕΙΝΑΙΑΦΝΕΙΟ ΤΕΙΘΑΚΗΔΕΙΟΙ. ΑΓΟΝΟ*** ΕΑΝΤΑ. ΠΑΝΤΕC ΚΑΡΝCΑΙΑΤΗΕΛΑΦΡΟΤΕΡΟΙ. Ι********** ΟΤΕ ΧΡΙCΟΙΤΕCΤΕΤΟΥCΤΕ illum q. ulixen deli insola uerò agone ΡΟΙ ********** *Dd* ΕΙ ΚΕΙΝΟΝ ΤΕΙΘΑΚΗΝ ΔΗΛΟΥ ΔΕ ΑΓΩΝΟC ΕΑΝΤΑ (nomen herois eante nomen proprium per arma prudentior eas eautos eanti eanta *ad marg.*) ΕΑΝΤΟC ΚΑΡΗC ΔΙΑ ΤΗΛΑ ΦΡΟΝΩΤΕΡΟC ΥΙΘΑΗΙ (ΥΙΘΑΗC esse ditiore auroq. pectoreq. nom̃ proprium *ad marg.*) ΕΙΝΑΙ ΑΦΝΕΙΟΤΕΡΟΙ ΧΡΥCΟΙΤΕ CΘΕΤΟΥΤΕ *add. infra* talis sẽmus (*?*) ΚΑΡΗC prudentior mariuis eante ditiore auro et pectore quam ΥΙΑΗC. *l* ΕΙΚΕΙΝΟΝ ΙΤΕΙΘΑCHEN ΑΥΤΟΥ ΑΤΟΜΟC ΤΝΕ ΑΝΤΑ ΠΑΝΤΕC ΚΑΡΕΚΑΤΑΤΕΛΑΦΡΟΤΕΡΟΙ ΠΟΔΑC ΕΙΑΝΦΝΕΟΤΕΡΟΙ ΧΡΥCΟΤΕΕCΘΕΤΟCΤΕ. *K* 6 *Cicero Philipp. orr.* II 38, 99 philipicarum *G* interpretari] *b* interpretare *BGLK* inpudentiorne *RB* impudentior nequis in *GLK* im

7 an probior *Rr* inprobior *B et in litura h* dolobellam *RH* dolobellum *BDGLKrh* impurior patre *GL* 9 quam impie *GK* impie] *r* ipropriae *R* dixeris] *b* dixerit *B* 10 DE DIMINVTIVIS. *D* deminutionem *P* 12 minusculus manusculus maiusculus *P* maiusculus minusculus *GL* minusculus *om. K, post* meliusculus *add. k* Omni *P* 13 a *add. d* neutri comparatiuo *GL* comparatiuo *DK* adiecta *P* ut *om. PH* 14 melius — similia *om. P* 'sic cetera. *DH* quae *** sunt (*in lit.* non *a b ut vid. add.*) *B* 15 DE TAM ET QVAM IVNCTIS COMPARATIVO (ET SVPERLATIVO *D*) *DL* superlativo] *r* superlaua *R* 16 significationis] *h* significationes *H* 17 geminatur *P* Aeneas] *k* aenias *K* 18 haectore *PRDHb* *Cic. pro Deiot.* 3, 8 iotaro *P* dei tauro *GL* deiotoro *g* dea taro *K* dextram] *d* dexteram *DG* 19 tam imbellis *L* proeliis] *r* ꝑliis *P* preliis *R* promisis *GK* fidei *P* 20 intellegendum est. *R* DE MINVS. *DL*

p. 604. 605 P. p. 114. 15 K.

est quando cum positivo iunctum contrariae significationis comparativum demonstrat, ut 'minus stultus' pro 'prudentior'. Terentius in eunucho:

hoc nemo fuit

Minus ineptus,

pro 'prudentior'. est tamen quando pro 'non' adverbio ponitur, ut|| 5
'minus bonus' pro 'malus'. 'magis' quoque [adverbium] non solum positivo, sed etiam comparativo iungitur, quando ipse comparativus vel ad se vel ad alium comparatur, ut 'Achilles Aenea fortior magis quam iustior' et 'Aiax Vlixe fortior magis quam Diomede'.

Et comparativus quidem gradus ablativo casui adiungitur utriusque numeri, interdum tamen etiam nominativo, quando 'quam' adverbium sequitur, superlativus autem genetivo plurali vel singulari, quando ipsum nomen singulare multitudinem significat, ut: fortissime gentis. | 10

DE SVPERLATIVO.

III 18 Superlativum est, quod vel ad plures sui generis comparatum superponitur omnibus vel per se prolatum intellectum habet cum 'valde' adverbio positivi, ut 'fortissimus Graecorum Achilles' id est 'fortis super omnes Graecos'; sin autem dicam 'fortissimus Hercules fuit', non adiciens quorum, intellego 'valde fortis'. tale est apud Ciceronem pro M. Marcello: simillimum deo iudico, pro 'valde similem deo'. 15 20

Et sciendum, quod ex eisdem formis sive terminationibus supra dictarum in comparativis partium orationis fiunt etiam superlativa. sunt igitur formae superlativorum octo: duae quidem, in quas pleraque desinunt superlativa, 'rimus' et 'simus', sex vero, in quas pauca desinunt, 'limus', 'ximus', 'timus', 'remus', 'fimus', 'nimus'. et omnia superlativa mobilia sunt, id est mutatione 'us' in a faciunt feminina et in 'um' neutra. 25

1 cum *om. D* cum positiuo *r* copositiuo *R* cum positiuum positiuo uel iunctum *P* cum positiuo positum uel iunctum *B* significationes (e) *D* 2 *Ter. eunuch.* II 1, 20 *sq.* eunucho] *h* enucho *H* eunocho *G* iunacho *K* euchochoc nemo *P* 5 estamen *P* 6 DE MAGIS IVNCTO POSITIVO ET COMPARATIVO. *DL* quoque *add. k* aduerbium *om. P* 7 quando etiam ipse *K* quando etiam comparatiuus ipse *G* comparatiuus ipse *L* 8 alium sit conparatum *P* alium ***** comparatur (fit) *B* acchilles *P* achiles *GL* Aenea] *k* aenia *K* iustior fuit et *P* 9 ulixes *P* magis *add. h* diomide *GLK* 10 DE NVMERO CVI VERE COMPARATIVVS ET SVPERLATIVVS IVNGITVR. *D* cui casui comparatiuis et superlatiuis iunguntur. *L* Et comparatiuus — fortissime gentis. *om. P* iungitur *L* iunguitur *G* utriusque numeri adiungitur *D* 12 adiungitur plurali *K* plurali adiungitur *k* singulari iungitur *D* singulari adiungitur (adiunguitur *G*) *GL* 13 fortissimae *G* *Verg. Aen.* 1 96 14 FINIT DE COMPARATIVO INCIPIT DE SVPERLATIVO. *D* DE SVPERLATIVIS *LK* 15 comparatum] *rl* comparatur *R* (*L*?) superponitur] *r* semperponitur *R* 16 valde] uel de *P* 17 ut fortissimus. ut fortissimus grecorum acchilles *P* achiles *G* fortis *ex* fortes *corr. H* 18 hercolis *K* adiciens] *l* addens *GL* 19 fortis ualde *K* ualde forti ut apud *P* tale] *b* Tal** *B* *Cic. pro Marc.* 3, 8 pro M. Marcello] *om. PDGL* pro marcello *l* Marcello] *r* marcellino *R* 20 simillimum illi deo *L* 21 sciendum est quod *k* hisdem *GL* forme *P* 23 plerumque *P* pleraque ***** (multa) *B* 24 rimus] nomina rims *in litura b* rimus simus *D* simus et rimus *GL* pauca] *h* pauce *H* desinunt *om. D* 25 remus] *b* tremus *PBGL* 26 sunt per tria genera id est *D* mutationem *P*

.p. 605. 606 P. p. 115. 16 K.

In 'er' igitur desinentia positiva cum sint adiectiva sive secundae seu tertiae declinationis, accepta 'rimus' faciunt superlativum, ut 'pulcher pulcherrimus', 'miser miserrimus', 'pauper pauperrimus', 'acer acerrimus'. excipitur 'dextimus' et 'sinistimus' pro 'dexterrimus' et 'sinisterrimus'. Sallustius in Iugurthino: Sulla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte Mallius cum funditoribus.

In 'us' vero terminantia secundae declinationis assumunt genetivo s et 'simus' et faciunt superlativum, ut 'clarus clari | clarissimus', 'doctus docti doctissimus', 'perditus perditi perditissimus', exceptis anomalis, id est inaequalibus, quae sunt 'bonus optimus', 'malus pessimus', 'magnus maximus', 'parvus minimus', 'multus plurimus'.

Excipitur etiam 'maturrimus', cuius cum positivus 'maturus' sit, tamen, quasi a nominativo 'matur', qui nunc in usu non est, nascatur, in 'er' desinentium regulam servavit, id est in 'rimus' terminatur. invenitur tamen etiam 'maturissimus' secundum analogiam in 'us' terminantium. Cicero ad Herennium libro V: quibus virtutibus omnem tueri vitam possint, eas in aetate maturissima velint comparare.

'Nuperrimus' etiam proferebant antiquissimi, unde adverbium posuit Cicero in tertio ad Herennium: et quoniam nuperrime dictum

1 DE RIMVS. *D* ER. *L* igitur] *l om. GL* secunde *P* declinationis seu tertiae *GL* 2 superlatiua *B* ut pulchre *R* 3 miser miserrimus *om. P* miserrimus] *r* miserimus *R* acer acerrimus miser miserrimus pauper pauperrimus *GL* pauperimus *R* acer acerrimus *om. P* acerimus *R* 4 Excipiuntur *RBDH* senistimus *K* dexterrimus] *r* dexterimus *R* sinisterrimus] *r* sinisterimus *R* 5 Sallustius] *r et sic fere constanter*, Salustius *hic et plerumque rell. equidem ubique illam scribendi rationem secutus sum* Sallustius — funditoribus *om. P* *Sall. Iug.* 100, 2 in iugurthino *add. gl* Iugurthino] *r* iugurtino *R* sylla *RBDHK* silla *G* aequitatu *HK* eaquitatu *Rr* dextinos *D* dextros, extremos, extimos *vv. ll. codd. Sall.* 6 senistra *K* partre *L* Mallius] *sic etiam* § 22 malleus *K* A. Manlius *Sallustius* com *H* fundatoribus *G* fundiatoribus *L* 7 DE SIMVS. *D* vs. *L* uero *add. gl* assumunt] *r* adsumunt *PRBH* genetivo s et] *r* genetiuos et *R* 8 simus faciunt *PGL* clari clarissimus clarus *P* doctus docti doctissimus *om. P* 10 DE INAEQVALIBVS *DL* obtimus *R* 11 minimus] *d* minus *D* plurimus. haec enim inaequalia sunt. DE RIMVS ITERVM. *D* De rimus iterum *L* 12 Excipi**tur (uu) *B* maturimus *G* cuius cum — in us terminantium *in litura d* cum *add. r* sit] fit *GL* 13 quasi] *k* quia quasi *GLK* nunc *om. GL* usu] ·su· *P* u*su (s) *G* nascitur *GL* uel nascatur *l* in R. *PK* in *r (e) *B* 14 seruabit *R* rimis *Hh* 15 etiam tamen *GL* maturrissimus *B* maturism; secum. I. analogiam *P* ut cicero dicit ad *K* ut cicero dicit in aetate maturissima. Nuperrimus (Nuperimus *G*) *GL* ad Herennium — eas *in marg. add. l* Cicero — comparare *om. P* *rhet. ad Herenn.* IIII 17, 25. *Priscianus huius operis in sex libros divisione utitur, cf. praef. ed. Kayserianae p.* XII *sq.* 16 Herennium] *d* herentium *D* in *Dd* uitam tueri *libri rhet. ad Her.* 17 posint *K* eatate *K* maturis comparare *Rr* compare *K* 18 Nuperrimus] *r* Nuperimus *R* etiam superlatiuum proferebant *B* etiam a nuper aduerbio proferebant antiqui ut cicero quoniam nuperrime dictum est facile *GL* (ad Herennium lib. III. Et *post* cicero *add. l*) antiquissimi proferebant. Vnde cicero aduerbium protulit nuperrime *P* antiquisssimi (*sic*) a nuper aduerbio. posuit *K* Vnde aduerbium *add. k* 19 *rhet. ad Her.* III 10, 18 ad Herennium *add. k* et *om. rhet. libri Par.*

facile memoriae mandatur, qui superlativus magis ab adverbio in 'er' desinente videtur nasci. nomen enim positivum in 'us' | desinit, ut Capro videtur, 'nuperus', cuius accusativum Plautus profert in captivis:

Recens captum hominem, nuperum et novicium.

et bene: ut 'super superus', sic 'nuper nuperus' debet esse. Livius in Odyssea:

Inferus an superus tibi fert deus funera, Vlixes?

Tertiae vero declinationis nomina, quae habent superlativum, absque in 'er' desinentibus, de quibus supra dictum est, cetera genetivo assumunt 'simus', ut 'locuples locupletis locupletissimus', 'vilis vilis vilissimus', 'sapiens sapientis sapientissimus', 'iners inertis inertissimus', 'concors concordis concordissimus', 'audax audacis audacissimus'.

Excipiuntur haec: 'facillimus', 'difficillimus', 'gracillimus', 'humillimus', 'simillimus', 'dissimillimus', 'agillimus', quorum, cum in 'is' desinunt,
21 positivi abiecta 'is' et assumpta 'limus' faciunt superlativos. excipiuntur etiam in 'bris' desinentia: 'ris' enim in 'er' mutant et accepta 'rimus' faciunt superlati|vum, 'salubris saluberrimus', 'celebris celeberrimus'. Cicero in II ad Herennium: locus quaeritur celebris an desertus. Ovidius tamen 'saluber' dixit et 'celeber' in IIII || fastorum:

7714 *Herbip. m. pr.* dictum est *k* reliqua *s.* reliquum *ante* quoniam *add. iidem codd. rhet. praestantissimi cum aliis* 1 facillime *Erf. Leid.* 3 *librorum ad Her. cf. Halmium ad Cic. de imp. Pomp. or. p.* 210 *anal. Tull.* I *p.* 25 memoria *GL* 2 nasci uidetur *P* positum *P* Capro] *cf. lib.* XIIII § 38 *Osannum de Fl. Capro p.* 12 3 uide**tur (ba) *R* accusitium *R* *Plaut. capt.* III 5, 60 (*v.* 718) profert dicens captum hominem *GL* 4 nup|erum *P* nuper *Plaut. Vet.* et *om. Non. p.* 143, 15 *M.* n***cium *P* nouitium *RDH* nobicium *Kk* 5 bene dixit. ut *K* esse *add. k* Livius] *r* Liu* (s) *R* Libius *BHGLK* Laeuius *Osannus anal. crit. p.* 38 *cf. p.* 33 *sqq.* 6 in *om. P* odissea *P* odissia *R* odyssia *BHLd* odyssa *D* odisia *G* odysia *K* 7 an *add. r* ulyxes *H* *versum Saturnium constituit Corssenius origg. poes. Rom. p.* 202. *idem metrum agnoverat God. Hermannus elem. doctr. metr. p.* 624, *qui comparat Hom. Od.* X 64; *ad Od.* XI 135 *versum refert Düntzerus de versu Sat. p.* 45. *heroum esse post Merulam ad Enn. p.* LXXXVIII *sq. censuerunt alii, partim cum Merula ad ipsum Livium referentes* (*Bothius poet. scen. lat.* V 1 *p.* 14 *sq.*), *partim ad Laevium* (*Osannus l. l. Eggerus serm. Lat. vet. rell. p.* 121). *cf. etiam lib.* VII § 57 *lib.* VIII § 60 8 DE SIMVS ITERVM. *DL* 9 . Cetera uero genitiuo *B* adsumunt *RBH* 10 lociples locipletis locipletissimos *ex* locuples *etc. corr. K* locuplex *H* lopcupletissimus *H* locupletissimus uilis uilissimus *PR BDH* 11 inerti *P* 12 audax audacis audacissimus *om. P* audicissimus *G* 13 DE LIMVS. *DL* gragillimus simillimus difficillimus *K* homillimus *in marg. add. k* 14 dissimillimus] *g om. GLK* disimillimus *l* cum *add. h* quorum — abiecta is *in litura D* in i desinunt *P* desinunt *om. R, post* cum *add. r* 15 adiecta *P* is] *r* his *R* adsumpta *P* addita *rell.* 16 etiam *om. P* · DE RIMVS ITERVM. *D* acepta *K* 17 ut salubris *G* saluberrimos *P* celeberrimos *P* celeberimus *R* Cicero — desertus *om. P* 18 *rhet. ad Her.* II 4, 7 in II *add. k* ad Herennium *om. GL add. l* disertus *G* 19 celiber *K* in IIII — deorum *om. P* in IIII fastorum *tolerari quidem h. l. potest, equidem tamen crediderim haec verba vel post* et *p.* 97, 2 *transponenda vel tamquam insiticia uncis includenda esse* factorum *H* *Ovid. remed. am.* 704

p. 607 P. p. 118. 19 K.

Phoebe saluber ades

et:

Circus erit pompa celeber numeroque deorum.

ergo magis secundum analogiam in 'er' terminantium faciunt superlativum. Etiam 'veterrimus' notandum, quod, cum in 'us' desinat eius positivus, tamen formam in 'er' terminantium servat in superlativo, 'veterrimus' quasi a 'veter' positivo, quod Capri quoque approbat auctoritas et usus antiquissimorum. Ennius:

Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

cuius etiam comparativum 'veterior' protulit Plautus in Bacchidibus:

Senem †tibi dedo illum veteriorem, lepide ut lenitum reddas.

In 'ximus' duo desinunt: unum anomalum a positivo in 'us' desinente IIII secundae declinationis, 'magnus maior maximus', alterum ab adverbio, 'prope propior proximus', quod tamen quando | pro 'cognato' accipitur, positivi significationem habet ideoque a legis latoribus etiam comparative profertur, apud quos saepe invenitur 'proximiores [id est propiores] cognati', ut Vlpianus libro XLVI ad edictum: si quis proximior cognatus nasceretur. Vegetius Renatus rei militaris libro primo: sed latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint vulnus accipere, et proximior dextra sit, quae plagam possit inferre. nec mirum, cum apud Graecos quoque inveniuntur

1 Phoebe] *r* foebe *R* phoephe *K* ades et] adesses *K* 3 *Ovid. fast.* IIII 391 celiber *K* celebris *libri aliquot Ovid.* 4 superlatiuum faciunt *P* 5 veterrimus] *k* uiterrimus *K* *post* neterrimus: notandum — ueterrimus *om. G add. g* desinunt *P* 6 terminantium in er *K* seruat *Rr* seruant *P* euterrimus *P* uiterrimus *K* 7 positiuo ueter *GL* Capri] *cf. lib.* VI § 80. *ad opus de dubiis generibus utrumque l. refert Osannus de Fl. Capro p.* 11 adprobat *PBRH* auctoritas approbat *GL* 8 antiquisimorum *K* Ennius] *r* enius *R* *Enn. ann.* I 23 *E. S.* I 12 *Ilbg.* I XVI *p.* 6 *cf. p.* XXIV *Vahl.* 9 uter *P* accubuit *K* Pelasgo] *d* pelasco *D* phelargo *L* 10 cuius] *g* cum *GL* uterior *P* ueterrior *H* Platus *B* *Plaut. Bacch* V 2, 30 (*v.* 1150) bachidibus *RBDGLK* 11 Senem tibi dedo illum veteriorem] *sic libri Plautini ex Prisc. interpolati cf. lib.* VI § 80 senem illum tibi dedo ulteriorem *Plauti libri opt.* lepide] *bd, Plautus* lapide *PBD* lapidem (m) *R* lapidem *GL* lapidum *K* linitum *B* 13 DE XIMVS. *L* 14 aduerbium *P* 15 propior] *r* proprior *R* quod tamen — sit superlativus *p.* 98, 2 *om. P* quando *om. G* 16 comparative] *d* comparatiuae *BD* 17 quos] *b* nos *B* propiores] *r* propriores *R* 18 Vlpianus — nasceretur *om. GL add. l* *Vlpiani verba a Prisciano laudata extant etiam in dig.* XXXVIII 8, 1, 8, *inter Vlpiani fragmenta ea posuit Dirksenius fragm. lCtorum Rom. p.* 107 ut p̄ *R* uulpianus *r* ulpi anus *D* ulp *H* ianus *in mg. add. h* plinius *l* XLVI] *Putschius cum dig. l. l., quem numerum recte se habere docuit Dirksenius l. l. ann.* 30. XXV ut *RDKl* XXVI *B* XXV *H* aedictum *K* si quis] sicque *K* 19 uasceretur] nasci speretur *Vlpianus dig. l. l., et sic f. ipse Priscianus* Vegetius] *rh* Vegitius *R* uegetus *GL* Vegitus *H* Vigitus *K* Vegicius senatus *B* *Veg de re mil.* I 20 *extr.* primo libro *GL* 20 sed] ut et *Vegetius* ut *codd. Veg. M et N ap. Stewechium* 21 et] ut *RH* dextera *G* dextra sit *add. r* quae] *rh* quam *RBD* plaga *B* 22 infere *L* cum *om. G*

p. 607. 608 P. p. 119. 20 K.

huiuscemodi, ut Aristoteles ἀπὸ τοῦ 'ἔσχατος' 'ἐσχατώτατος' dixit, cum 'ἔσχατος' [id est 'extremus'] sit superlativus.

22 In 'timus' desinit unum anomalum, 'optimus', et ab adverbiis sive praepositionibus derivata haec: 'intra interior intimus', 'ultra ulterior ultimus', 'citra citerior citimus' - Cicero de re publica VI: ex quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, citima terris, luce lucebat aliena. Afranius tamen etiam positivum eius 'citer' protulit in patella teste Aruntio - | et praeterea 'dextimus' et 'sinistimus'. 'extimus' quoque pro 'extremus' dicebant antiqui. Varro περὶ αἱρέσεων: porro inde ab uno quoque compito ternae viae oriuntur, e quibus singulae exitum ac τέλος habent proprium. a primo compito dextimam viam munit Epicurus. Caelius in primo historiarum: dextimos in dextris scuta iubet habere. Sal-|| lustius in Iugurthino, ut supra diximus: Sulla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte Mallius cum funditoribus. Plinius in VI naturalis historiae: Dyrrachium, Canusium, Apuliae extima.

1 huiuscemodi *om. K, post* quoque *p.* 97, 22 *add. k* aristotelis *Rr* aristotiles *H* Asistoteles] *ἐσχατώτατα iam dictum est a Xenophonte hist. Gr.* II 3, 49; *in Aristotelis scriptis, quae nunc servata sunt, ἐσχατώτατος non legitur: ἐσχατώτερον dixit in metaph.* VIIII 4 *ἀπὸ — ἐσχατώτατος om. H add. h* ΑΡΟΘΟΥ *h* *ἔσχατος om. RDfi add. r* ECXATOTATOC *libri* dicit *LK* 2 *ἔσχατος* id est *om.*, EXATOC *in marg. add. H* id est cum extremus *K* 3 DE TIMVS. *D* TIMVS. *L* unum anomalum desinit (disinit *G*) *GL* obtimus *R* adverbiis] *g* aduerbis *G* 4 propositionibus *P* 5 ciciterior *R* Cicero — Aruntio et *om. P* *Cic. de re p.* VI 16, 16 (*somn. Scip.* 3) re puplica *GK* rep.**** VI *R* in VI *D* ·UI· libro *G* VI ** (II) libro *L* ·VI· *K* ·VI· *k* 6 ultima a caelo] *r* ultima cãelo *R cum somnii Bamberg. al.* citimũ a *GK* citimum a *L* citimum a *Dd* 7 afranus *K* affranius *G* *Afranius in patella: p.* 181 *Both. Neukirch. de fab. tog. p.* 233 *Pateliae fr.* IV *p.* 165 *Ribb.* 8 patellea *BDHGk* patellèa *d* patellia *L* Patelia *Ribbeckius l. l.* patelle. atesa teste *R* Aruntio] arruntio *BD, quae forma nominis plerumque a lapidibus usurpatur: at* Aruntio *praebent inscrr. ap. Manutium orthogr. p.* 78, 5 (*inscr. Neap.* 475) *et* 6, *Neap.* 4357 *al. grammaticus h. l. laudatus est* Arruntius *s.* Aruntius Celsus, *cuius testimonio plerumque cognomine adiecto utitur Priscianus, cf. ind. de quo homine v. Graefenhanium Gesch. d. Philologie* IIII 166 *et* 307 *sq. quosque laudat p.* 307 *n.* 150*: ad locum nostrum spectat Ritschelius parerg.* I 368 .Praeterea *P* dextimus] *r* diximus *R* sinystinmus *P* senistimus *K* 9 quoque *om. G* pro *om. H* extremo *P* Varro — Apuliae extima *om. P* *Varro περὶ αἱρέσεων: p.* 300 *ed. Bip. sat.* LXVII 1 *p.* 188 *Oehl ; versibus senariis h. l. describere conatus est Roeperus in philologo* VIIII 251 *in hunc modum:* porro inde ab unoquóque compitó viae | ternae éxoriuntur, é quibu' singulae éxitum ac | telós habent proprium. a primo compitó viam | munit Epicurus déxtimam .... ΠΗΡΙ *R* *περὶ αἱρέσεων*] *om. H* ΠΗΡΙ ΑΙΡΕCΕΩΝ *B* ΠΗΡΙ ΑΙΡΕCΕΩΝ *K* ΑΕΡΙCΕΟΝ *GL* 10 quoque ab uno *K* uiae *om. GL add. l* uice *K* 11 ex *HLK* extume ad caelos *codd. Nonii* 94, 29 ad caelos *k* ac telos *K rell.* 12 competo *K* munit. Epicurus caelius (coelius *K*) *BDHK* *Caelius in* I *hist. p.* 191 *Kr. fr.* 20 *p.* 316 *Roth. Epicurium Caelium historicum ex h. l. elicuit Fulsterus mem. obsc. p.* 52! 13 dextimos in *add. k* *Sallustius in Iugurthino* 100, 2; *v. supra* § 19 14 eugurthino *G* sylla *RBDHK* silla *GL* aequitatu *HK* 15 malleus *K* fundatoribus *G* 16 *Plin. n. h.* VI 34, 39, 217 VII. *b* Dyrrachium] *r* dyrichium *R* dyrachium *H* dirrachium *BDGL* dyrracheum conuseum *K* 17 extimam *RBD* dextimam *G*

p. 608 P. p. 120. 21 K.

In 'remus' - quae sola forma e habuit longam in paenultima, cum omnis forma superlativi i correptam habeat ante 'mus', ut 'pulcherrĭmus', 'doctissĭmus', 'sapientissĭmus', 'maxĭmus', 'ultĭmus' - ab adverbiis sive praepo- 23
sitionibus venientia desinunt haec: 'extra exterior extrēmus', 'supra superior suprēmus', 'post posterior postrēmus'. ex quo apparet, neque a 'supero' neque a 'postero' fieri comparativos sive superlativos, sicut neque ab 'infero' 'infimus', quod solum in 'fimus' desinit, sed ab adverbio 'infra' 'inferior infimus'. nam si essent a [nomine] 'supero', 'postero', 'infero', servassent regulam in 'us' terminantium secundae declinationis, quae in 'simus' faciunt superlativum.

In 'nimus' unum anomalum desinit, 'parvus minor minimus'.

In 'rimus' a verbo unum invenitur, 'detero deterior deterrimus' et unum anomalum, 'plurimus'.

In 'simus' etiam unum anomalum invenitur, 'pessimus'. nam 'novis- 24
simus' videtur | [secundum analogiam] a 'novo' factum. ab eo autem, quod est 'ante anterior', superlativum [in usu] non inveni. a 'paene' autem adverbio superlativum in 'simus' protulit Plautus in mustellaria:

Ita mea consilia pervortit paenissime.

item ab eo, quod est 'penitus' adverbium, superlativo usus est idem in Persa:

Furtivam adductam ex Arabia penitissima.

sciendum tamen, quod etiam nomen invenitur, 'hic penitus, huius penĭfi', ex quo magis superlativus gradus nascitur. Plautus in asinaria:

Etiamne? - Age quaeso hercle usque ex penitis faucibus.

1 DE REMVS *D* renus *R* logam *H* penultima syllaba communis (cum omnis *b*) forma *B* 2 formas perlatiui *P* habeat correptam *P* ut *om. RHGLK* 3 sapientimus *G* sapientissimus maximus ultimus *om. P* siue praepositionibus *add. r* 4 venientia] desinentia *P* desinunt haec supremus extremus postremus. ab aduerbiis supra extra post. Ex quo *D* superior *add. h* 5 post] prae *P* 6 sive] uel *DGL* nec *GL* 7 DE FIMVS. *D* quod] quando *D* solum infimus *H* 8 nomine *om. P* inferos *P* 9 seruasent *K* diclinationis *G* 10 faciunt] *P* proferunt *rell.* *post* superlatiuum: et facerent superissimus inferissimus *add. H* et facerent superissimus inferissimus et cetera *RBGK* et facerent superissimus et inferissimus et cetera *d* et facerent superissimus inferissimus et caetera *L* 11 DE NIMVS ET ANOMALIS. *D* nimus *inscr. L* 12 rimus *inscr. L* a verbo] *h* aduerbio *H* unum a uerbo inuenitur *K* unum inuenitur a uerbo *GL* uno *P* deterimus *K* 14 simus *inscr. L* pesimus *K* nouisimus *K* 15 uidetur *post* factum *collocat K* secundum analogiam *om. P* 16 ante *add. d* in usu *om. P* non inueni in usu *K* inuenimus *GL* poene *HK* 17 aduerbium *P* in simus *add. r* *Plaut. mustell.* III 1, 127 (*v.* 656) *cf. lib.* XV § 9 in mustellaria *om. P* in mustillaria *K* 18 pervortit] *d et sic lib.* XV *l. l.* peruertit *DGL* perturbat *Plautus* penissimae *D* plenissime *libri Plautini* 19 item] *l* idem *GL* poenitus *H* aduerbio *RGLK* idem] *r* Item *RHKl om. L* *Plaut. Pers.* IIII 3, 53 (*v.* 522) idem in Persa *om. P* idem usus est in ipsa fortiuam *BG* impersa *K* 21 furtivam] *h* fortiuam *HLK* adductam *Prisc. cum plerisque codd. Plautinis* AB ... TAM *Plaut. Ambros.* aduectam *Vet.* penitisima *K* penetissima *G* 22 paenitus huius.ti *K* poeniti *H* 23 magis] *r* maius *R* *Plaut. asin.* I 1, 28 (*v.* 42) assinaria *G* asenaria *K* 24 quaesso *L* quesso *G* quaesso *K* hercle] *P cum Plaut. Vet.* hercule *RBDHGL* ercule *K* peniti *B*

p. 608. 609 P. p. 121. 22 K.

Illud quoque sciendum, quod omnia et comparativa et superlativa duarum excedunt numerum syllabarum exceptis 'prior' et 'primus' et anomalis his: 'minor' et 'maior' et 'peior' et 'plus'. nec mirum, cum positiva quoque, ex quibus nascuntur, bisyllaba || sint vel eo plus [per genetivos] et vel unam vel duas assumentia syllabas faciant supra dictos gradus: 'ditis ditior ditissimus', 'clari clarior clarissimus', 'nigri nigrior nigerrimus', 'utilis utilior utilissimus', 'similis similior simillimus', 'infra inferior infimus'. superlativus vero comparativum est quando superat una syllaba, ut quando in 'simus' finitur, 'iustior iustissimus', et quando in 'rimus', si positivi nominativus et genetivus pares habeant syllabas, ut 'taeter taetri taetrior taeterrimus', 'acer acris acrior acerrimus'; est quando par est, ut in 'limus' terminans, 'agilior agillimus', 'facilior facillimus'; est quando una vincitur syllaba, ut | quando in 'fimus' vel 'timus' vel 'remus' desinit, ut 'inferior infimus', 'ulterior ultimus', 'exterior extremus' vel 'extimus'. Varro in chorographia:

Ergo inter solis stationem et sidera septem
Exporrecta iacet tellus. huic extima fluctu
Oceani, interior Neptuno cingitur ora.

Plautus in truculento:

1 DE NVMERO SYLLABARVM. *D* De numero sillabarum *L* quoq; **** (quoq;) *B* sciendum] *P* notand *B* notandum *rell.* omnia est comparatiua *K* 2 excepti *P* exceptis his prior *D* et anomalis — et plus *om. P* 3 mirum compositiua *G* 4 nascuntur comparatiua et superlatiua *RBDHl* bissyllaba *PBH* bissillaba *RGL* byssyllaba *Dd* bisillaba *r* bysylla *K* vel] *l* et *L* per genetiuos *om. P* genitiuos *d* nominatiuos *D* 5 duas sumentia *P* adsumentia *Rr* adsumentia *BH* faciant *scripsi* faciunt *libri* supradicto *P* ut ditis *D* 6 clarus *R et in* clari *corr. G* nigerrimus] errimus nigrissimus (nigrissimus *igitur archetypus*) *P* 7 similior *add. l* simillimus] *l* similissimus *PBL* simillissimus *G* 8 uero *om. GL add. l* est quando comparatiuum *D* ut] *r et in litura b* aut *R* et *GK* ut *in litura l* 9 finitur ut iustior *D* rimus superlatiuus finitur si *RBHGLKd* 10 nominatiui *Rr* genitiui *Rr* partes *R* habent *P* eter eteri eterior eterrimus *P* aeter taetri taetrior taeterrimus *Rr* 11 acri *B* accerrimus *L* est quando — facillimus *add. r* par est] pares *PD* pares *r* 12 terminans ut agilior *D* facillior *B* uicitur una *K* 13 quando imfimus *H* timus] *b* in timus *PBD* remus] *b* in remus *B* in rimus *D* ut *om. HGLK del. b* 14 uterior *Rr* 15 Varro — a uobis *om. P* chorographia] *mg. D* (*v. infra*) *π Putschius. Burmannus anth. Lat.* II *p.* 336 *prob. Wernsdorfio poet. Lat. min.* V 3 *p.* 1405 *Meyero anthol. Lat.* I *n.* 78 corographia *Erl* 2 *Krehlii* cosmographia *Zwicc.* 2 *et pro v. l.. ab ipsa m. pr. profecta teste Lind., Heidelb., Merkelius prolus. ad Ibin p.* 361 *Ritschelius quaest. Varron. p.* 24 *mus. phil.* VI *p.* 494. *inter utrumque titulum dubius haeret Wuelnerus de Varr. Atac. vita et scriptis p.* 24. 26. ortographia *RBGL et Heidelb. teste Lind.* hortografia *K* orthografia *H* orthographia *D cuius margini m. rec. adscriptum:* leg. Chorographia et est Varro Atacinus *cf. v. l. ad lib.* VI § 83; *ipsi versus inter Varronis reliquias leguntur apud Burmannum, Wernsdorfium p.* 1404 *sqq. Wuelnerum p.* 22, *Meyerum ll. ll.* 16 Ergo inter] *k* inter ergo *K* septem] *r* semptem *R* 17 extimi *Rr* 18 cingitu hora *Rr* 19 Plautus] *r* Plaustus *R* *Plaut. trucul.*

p. 609. 10 P. p. 122. 23 K.

Bona perdidi, mala repperi, factus sum extimus a vobis.

DE DIMINVTIVO.

Diminutivum est, quod diminutionem primitivi sui absolute demonstrat: V 26 'rex regulus', id est 'parvus rex'. ideo autem positum est absolute, quia comparativa quoque non solum augent, sed etiam est quando minuunt vim primitivorum, sed non absolute. ad aliquid enim [omnimodo] fit comparatio, ut 'brevior' dicitur ad brevem [et] 'angustior' ad angustum. unde, quamvis in his quoque [comparativis] inveniantur quaedam diminutiva apud Latinos, ut superius docuimus, non possunt tamen esse absoluta, cum a comparativis sint derivata et ipsa quoque comparationem significent, ut 'plusculus', 'maiusculus', 'minusculus': necesse est enim, ad aliquid ea comparari, ut Terentius in eunucho:

Thais quam ego sum maiuscula est,

id est 'parvo maior quam ego'. || alia autem diminutiva, id est omnia, quae non a comparativis derivantur, ex sese habent diminutionem et nulli comparantur, ut 'regulus', 'tantulus'.

Solent autem diminutiva vel necessariae significationis causa proferri - ut Sallustius in Iugurthino: postquam reguli in unum | convenere, id est 'parvi reges', - vel urbanitatis - ut Iuvenalis in saturarum IIII:

Vnde fit, ut malim fraterculus esse gigantum -

vel adulationis, et maxime puerorum, ut 'Catulaster', 'Antoniaster', 'pa-

fragm. p. 432 *Both.* (*vg. trucul.* I 2, 61) 1 existimus *L* a uobis extumus *Bothius* 2 DE DVMINVTIVO *Rr* DE DIMMINVTIVO *G* INCIPIT DE DIMINVTIVO *L* DE DIMINVTIVIS *PBK* DE DEMINVTVIS INCIPIT. *D inscr. om. H*? 3 diminutione *P* monstrat *P* 4 ut rex *BDL* id est rex id est paruus rex *Rr* rex paruus *K post* absolute: quia — absolute *om. R add. r* 5 est etiam *P* minuit *B* 6 absolute ***. ut maiusculus paruo maior quam ille. Ad aliquid *D* omnimodo *om. P* 7 et *om. P* 8 quoque in his *r* comparatiuis *om. P* 9 posunt *G* tamen possunt *P* 10 sunt *Rr* conparatione *P* ut maiusculus paruo maior quam ille maiusculus *Gg* 11 plusculus *P* plus cuius *B om. rell.* enim est *K* ea ad aliquid *G* 12 *Ter. eun.* III 3, 21 in iunucho (*sic*) *add. k* eunocho *G* 13 maiuscula'st *Ter. Bemb.* 14 paru** maior (or) *B* alia] *r* Aliam *R* 15 non a *om. B* ex] quae ex *K* diminutionem habent *P* 16 ut regulus tantulus *om. P* 17 necessaria *L* 18 salustius *etiam P* *Sall. Iug.* 11, 2: postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in unum conuenere (*al.* conuenerunt) iugurtino *B* eugurthino *G* ingurthino *P* postquam autem reguli *R* uno *P* conuenire *PK* conueniere *L* 19 id]. Reguli id *RDHK* reguli. Id *B* reges parui *K* urbanitates *Rr* urbanitatis causa ut *D* *Iuv. sat.* I 4, 98 in saturarum IIII *om. P* saturarum *Gg* satyrarum *R* satirarum *H* satirarum *Dd* sagittarum *B* 20 III *BHGLK* tertio *D num* I? 21 malum *Rr* gigantum *Prisc. cum codd. Iuv. interpolatis* Igigantum *P* gigantium *Dd* gigantis *Iuv. cod. Pith. et schol. ant.* 22 et] ut *P* puerorum ut] puerum aut *P* catulaster id est a catulus *Dd* patrociolus *H*

p. 610 P. p. 123. 24 K.

27 triciolus', 'Sergiolus'. derivantur igitur pleraque ab appellativis, pauca etiam a propriis, et servant genera primitivorum plerumque et saepe inveniuntur diminutivorum diminutiva in diversas desinentia formas, ut 'homo, homuncio, homunculus, homullus, homullulus'.

Sunt igitur formae diminutivorum masculini generis hae: 'culus', 'ulus' absque c, 'olus', 'ellus', 'xillus', 'illus' absque x, 'ullus', 'cio', 'aster', 'leus', 'tulus': 'culus', ut 'igniculus'; 'ulus' absque c, 'tantulus'; 'olus', 'Sergiolus', 'capreolus'; 'ellus', 'agellus'; 'illus' x antecedente, 'paxillus', absque x, 'codicillus'; 'ullus', 'homullus'; 'cio', 'homuncio'; 'aster', 'parasitaster'; 'leus', 'eculeus', 'aculeus'; 'tulus', 'nepotulus'. Plautus in milite glorioso:

Si te salvum hinc †amittimus Venerium nepotulum.

feminini autem generis hae: 'cula', 'ula' absque c, 'ola', 'ella', 'xilla', 'illa' absque x, 'ulla', ut 'anicula', 'silvula', 'unciola', 'capella', 'maxilla', 'anguilla', 'una' 'ulla'. neutrorum quoque sunt formae hae: 'culum', 'ulum' sine c, 'olum', 'ellum', 'illum' cum x et sine eo, 'ullum', ut 'corpusculum', 'corculum' - Plautus in Casina:

Meum corculum, melculum, verculum-,

sine c, 'capitulum', 'laureolum', 'lucellum', 'villum', 'vexillum', 'ullum'.

28 Et sciendum, quod nomina tertiae vel quartae vel quintae declinationis ple|raque, non tamen omnia, ut quidam putaverunt, diminutivorum masculina in 'culus', feminina in 'cula', neutra in 'culum' terminant, a primae vero vel secundae declinationis nominibus nullum invenitur dimi-

1 deriuantur — propriis] Pauca etiam a propriis pleraque ab appellatiuis deriuantur *D* igitur] autem *K* 2 a *om. P* inueniuntur sepe *P* 4 homuntio *Rr* homuntio *DH* homuncius *P* homulus *G* homolus *P* homollulus *P* 5 DE VNDECIM FORMIS MASCVLINORVM AC DE SEPTEM FEMININORVM AC DE SEPTEM SIMILITER NEVTRORVM. *D* De undecim formis masculinorum et de septem femininorum et de septem neutrorum. *L* masculi *K* heae *P* 6 absque c *om. P* absque x *om. P post* absque x: ullus — absque x *om. R add. r* 7 ut *add. k* 8 illus] xillus *r* x antecedente *om. P* pauxillus *GLr* 9 absque x *om. P* codicilus *P* homullus] *d* homulus *PD* homuntio *Hd* 10 eculeus] *r* etuleus *R* aeculeus *H* equuleus *L* equleus *Gg* aculeus equleus *K* aculeus *om. PG* neptulus *P* 11 Plautus — nepotulum *om. P* *Plaut. mil. gl.* V 1, 20 (*v.* 1413) in milite] similit *B* 12 amittimus *libri* mittimus *libri Plautini* amittemus *Plautus ex emend. Bothii et sic, teste Krehlio, cod. Prisc. Dresdensis* 13 autem *om. G* heae *P* cula] cla *P* absque c *om. P* olla *K* ella xilla ella ut anicula *P* 14 ulla] u*la (l) *Gg* cula *d* a*nicula *Gg* a*nicula (n) *L* 15 anguila *L* una *om. HL* una ulla *om. P* formae sunt *GL* heae *P* culum, ulum. ollum. ellum. | ellum. illum. cum. xulum. ut *P* 16 siue *Rr* illum *Rr* ullum] ulum *R* 17 corculum] corculum (corcolum *P*) melculum uerculum *PGLK* *Plaut. Cas.* IIII 4, 14 *sq.* casina melculum corculum uerculum. *GL* 18 corculum et melculum et uerculum. *K* melliculum *libri Plaut.* melculum uerculum sine c *om. P* verculum] ferculum *D* ferculum uerculum *B* 19 laure*lum *Rr* lauriolum *K* uexillum uillum *PD* ullum] *om. K* uelum ullum unum *B del. b* 20 nomina *ex* omnia *corr. K* 21 putaverunt] *r* putant *R* deminitiuorum *L* 22 femina *L* neutrum *RB HG* 23 uel *add. k* omnibus *P*

p. 610. 11 P. p. 124. 25 K.

nutivum in has desinens formas, nisi si a primitivo habeat c, ut 'Graecus Graeculus', 'furca furcula'. earum igitur [quoque] formarum, ut possim, regulas || coner exponere.

Monosyllaba in s desinentia vocali antecedente, cuiuscumque sint generis, et in 'er' omnia, quae sunt tertiae declinationis, et in 'us' neutra nominativo assumunt in masculino 'culus', in feminino 'cula', in neutro 'culum', ut 'flos flosculus', 'mas masculus', 'mus musculus', 'plus plusculus', 'os osculum', quod quamvis sit formae diminutivae, tamen, quia aliam habuit significationem, fecit ex sese aliud diminutivum 'oscillum'.

Similiter faciunt in 'er' terminantia diminutivum: 'frater fraterculus', 29 | 'pater paterculus', quod et proprium invenitur, 'mulier muliercula', 'pauper pauperculus paupercula pauperculum', 'mater matercula'. Plautus in cistellaria:

Tunc tu igitur mea matercula.

excipitur 'venter ventriculus'. Lucanus in tertio:

Qua iam non medius descendit in ilia venter.

Iuvenalis in primo:

Infra ventriculum tenui distantia rima.

sic etiam in 'us' neutra: 'munus munusculum', 'corpus corpusculum', 'opus opusculum', 'crus crusculum'. Plautus in cistellaria:

Cum extortis talis, cum todinis crusculis.

1 in as *Rr* inans *P* si *om. RBDHGLK add. r* habeant *B* 2 forca forcula *Kk* DE CVLVS ET CVLA ET CVLVM A TERTIA (tercia *L*) DECLINATIONE SED PRIMVM A MONOSYLLABIS. (monosillabis *L*) *DL* earum] *d* Eum *D* quoque *om. PG* formarum] regularum *P* possum *h* posim *K* 3 regulas *om. P* conabor *h* 4 sunt *K* 5 sunt] *h* sint *H* 6 assumunt] *r* adsumunt *PRBH* colum *P* 7 ut *om. GL* plus plusculus *om. PD add. d* plusculū *h* plusculus. la. lum. opus opusculum os *GL* 8 oscolum *P* alia abuit *P* habuit aliam *D* 9 oscillum] *k* oscellum *K* 10 AB ER. *DL* in er terminantia faciunt *G* in er ** terminantia faciunt (de) *L* terminantium *r* ut frater *GLK* 11 ut pater paterculus quod et proprium inuenitur frater fraterculus mulier *D* 12 paupercula pauperculus *P* Plautus — matercula *om. H add. h* Plautus — distantia rima *om. P* *Plaut. cist. fragm. ab editoribus Plauti ex coni. Scaligeri perperam ad clitellariam relatum, (astrabae s. clitellariae fr. 19 p. 434 Both.), quam nullam fuisse demonstrarunt Ritschelius parerg. I 159 sqq. et Ladewigius mus. phil. III 525 sqq., qui ad h. v. respicit ibidem p. 530* 13 cistellaria *ex* cistillaria *corr. B* 14 Tum tu *Dr* tun', tu ne *α f.* tunc, tu Lucanus — venter *om. GL add. l* 15 *Luc. Phars.* III 724 16 Quia *H* discendit *K* discedit *libri aliquot Luc.* 17 *Iuv. sat.* I 3, 97 prima *Rr* 18 et tenui *Iuvenalis indeque Prisc. Caroliruh. alter* distantia] *r* descen**tia (*non* den) *R* 19 AB VS NEVTRALI. *DL* sic in us terminata neutra *P* ut munus *GL* minus minusculum *P* corpus *add. r* corpus corpusculum *om. GL add. g* opus opusculum *om. GL* 20 crusculus *G* Plautus] *r* Vt plaustus *R* Et plautus *BH* Hec tamen et plautus *K* Plautus — similiter *om. P* *Plaut. cist. fragm. et ipsum perperam ad clitellariam relatum, v. supra; Both. astrabae s. clit. fr. 7 l. l. p. 433. ad Syrum (Both. l. l. p. 441) refert Festus p. 301. 352 (cf. p. 329 sq. Paul. p. 52. 353) M., quod alterum clitellariae nomen fuisse assecutus est Ladewigius l. l. p. 527, assentiente Ritschelio parerg. I 164 coll. 206, qui de ipso hoc versu cf. ibid. p. 175 sq.* 21 ... talis cum sodellis cr... *cod. Festi p. 301 s. v. succrotilla* cum extritis ..... *p. 330 s. v. schoeniculas* ...tis talis cum todellis crus... *p. 352 s. v.*

p. 611. 12 P. p. 125. 26 K.

similiter 'tus tusculum'. idem in aulularia:

Nunc tusculum emi hoc et coronas floreas.

Nec non et comparativa eiusdem generis et eiusdem terminationis similiter faciunt diminutiva, sed mobilia: 'maius maiusculus maiuscula maiusculum', 'grandius grandiusculus grandiuscula grandiusculum', 'celerius celeriusculus celeriuscula celeriusculum', unde Cicero adver|bium 'celeriuscule' protulit ad Herennium tertio libro artis rhetoricae: strenue quod volumus ostendere factum, celeriuscule dicemus, sicut a 'saepius' comparativo 'saepiuscule'. Plautus in Casina:

ut nubat mihi,

Illud quidem volebam: nostro vilico. - ‡Saepiuscule peccas.

'plus' quoque, quamvis a masculino vel feminino comparativo non veniat, facit tamen [ut superius ostendimus] 'plusculus pluscula plusculum', unde Terentius in hecyra:

primum dies complusculos,

et in Phormione:

tum pluscula

Supellectile opus est.

'lepus' quoque, quod || solum in 'us' masculinum sive epicoenum disyllabum [Latinum] tertiae est declinationis, assumit nominativo 'culus' et facit dimi-

todi. Cum extortis talis cum todillis crusculis *Paulus sub eodem voc. p.* 353 Extortis talis cum crocotillis crusculis *idem p.* 52 *s. v. crocotillum* cum extortis *om. GLl* todinis] *r* totiuis *RBl* todonis *D* totimis *K* tortis *in litura h* donis *G et in litura,* liter *ni f., L* 1 simitus *Rr* idem] Vt cicero *P* *Plaut. aulul.* II 8, 15 aululuraria *P* aularia *HGK* 2 emi et hasce coronas *libri Plautini* foreas *P* 3 AB VS COMPARATIVO. *D* Nec non *om. K* comparatiba *B* terminationis et eiusdem liter generis *K* simi faciunt *Rr* 4 mouilia id est masculina. fem̃. neū. ut maius *P* mobilia id est masculini et feminini (femini *K*) et neutri generis. maius *rell.* maiusculum. similiter et his similia. Vnde nascuntur aduerbia ut grandiusculus. grandiusculae. celeriusculus. celeriuscule, Vnde cicero in libro de arte rethorica strenue *P* 5 grandius] grandis *B* celerius] *om. R* celer *superscr. r* caelerius *B* 6 caeleriusculum *B* *rhet. ad Her.* III 14, 24 7 protulit ut strennue *GL* aderennium *post* protulit *add. l* in tertio libro artis rethoricae ad herennium *D* III in libro artis rethoricae *HK* rethoricae *R* rethorice *B* 8 strenuae *R* strennuae *K* celeriuscule] *sic etiam lexicographus Vatic.* (*Mai class. auct.* VIII 117: ostendere celeriuscule statim dicemus) *et libri rhet. fere omnes* celerius *cod. rhet. Herbipolit.* 9 a *om. P* saepiuscule] *rd* saepiusculae *PRD* Plautus — peccas *om. P* *Plaut. Cas.* III 5, 58 *sq.* cassina *BH* 11 quidem] quid me *D* cum *post* uolebam *add. PRHG,* non sed *libri Plaut.* saepiuscule] *sic etiam gloss. Plaut. ad calcem lib.* XIIII *expressum* saepicule *libri Plautini* pecas *K* 12 vel] *k* et *K* v comparatiuus *R* comparatiuos *H* 13 ut superius ostendimus *om. PD* plusculum. ideo enim mobile est quod et plus comparatiuum est. multi. multum. plus. unde *D* h ra unde] ut *GL* unde — opus est *om. P* 14 *Ter. hec.* I 2, 102 hecy. *Rr* haecyra *D* hechyra *G* hercyra *H* hechī *L* echyra *K* echira *B* 15 primos dies cumplusculos *Bemb.* 16 *Ter. Phorm.* IIII 3, 60 *sq.* formione *RHGK* 17 tum *ex* tum *corr. B* tum autem pluscula *Bas.* 18 suppellectule *R* suppellectile *DHG Bas.* subpellectile *K* 19 masculinum siue epicoenum in us *P* epicoenum] *om. H* epicenum *RGL* EPICOENON *D* epichenon *h* epikoenum (u *in* o *mut. m. pr. ni f.*) *B* ṽ dissyllabam *P* 20 Latinum *om. P* assumit] *r* adsumit *PRBH* famcit dimi-

nutivum, ut 'lepus lepusculus'. Cicero de signis: si minus eiusmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur.

Ad hanc formam etiam positiva in 'or' desinentia mutant 'or' in 'us' et accepta 'culus' faciunt diminutiva, ut 'rumor rumusculus': Cicero pro Cluentio: qui imperitorum hominum rumusculos aucupant, vel assumunt 'culus' vel 'cula', ut 'amator amatorculus', 'soror sororcula'. Plautus in Poenulo:

Vix aegreque amatorculos invenimus.

idem in cistellaria:

germana mea sororcula.

In 'is' vero vel in e desinentia omnia vel in 'ns' monosyllaba vel in 'rs' dativo corripientia i assumunt supra dictas syllabas et faciunt diminutivum, ut 'ignis [igni] igniculus', 'testis [testi] testiculus', 'navis [navi] navicula', 'cutis [cuti] cuticula', 'avis [avi] avicula', 'clavis [clavi] clavicula', 'rete [reti] reticulum', 'fons [fonti] fonticulus', 'mons [monti] monticulus', 'pons [ponti] ponticulus', 'lens [lenti] lenticula', 'pars [parti] particula', 'dulcis [dulci] dulciculus' et 'dulcicula dulciculum', 'securis [securi] securicula'. Plautus in rudente:

Post altrinsecus est securicula ancipes.

Cicero in III Tusculanarum: dulciculae potionis aliquid videamus. similiter 'fidis [fidi] fidicula'. idem in II de natura deorum: si platani fidiculas ferrent numerosa sonantes. nam si

nutiuo *H* 1 ut *om. B* Cicero — capiebantur *om. P* *Cic. in Verr.* II 4, 21, 47 huiusmodi *K* 2 uen**ari (cr) *D* 4 AB OR *DL* 5 ut *om. RHGLK* romusculus *Gg* Cicero — aucupant *om. P* Cicero — culus *post* rumusculus *om. G add. g* *Cic. p. Cluent.* 38, 105 6 imperitorum *ex* imperatorum *corr. B* romusculos *g* aucupa*t (n) *B* aucipiant *in* aucipant *corr. K* aucupati *Cicero* 7 assumunt] *r* adsumunt *PRB* ut *om. RDHGLK* 8 Plautus — sororcula *om. P* *Plaut. Poen.* I 2, 27 penulo *RDGLK* 9 egrique *GL* egr** *K* 10 *Plaut. cistell. fragm.: astrabae s. clitell. fr.* 20 *p.* 434 *Both. cf. ann. ad* § 29 *et Ladewigium l. ibi l. p.* 530 cystellaria *K* 12 AB IS ET E ET NS ET RS MONOSYLLABIS. *D* is] *r* his *R* *ns *P* uel rs *P* 13 i *add. r* assumunt] *r* adsumunt *PRBH* supradicta *P* diminutiua *P* 14 igni *om. P* testi *om. PR* naui *om. P* 15 c*utis (a) *K* cutis cuti cuticula *om. PD add. d* cuti *om. R* aui *om. P* clavis clavi clavicula *om. P* *post* clauicula: dulcis — dulciculum. cicero in tertio tusculanorum — uideamus *add. eademque infra om. D* 16 retis *Ll* uel rete restis. ti. resticulum *Gg* rete. reticula. dulcis. dulciculus. dulcicula. dulciculum. fons. fonticulus. lens. lenticula. pars. particula. securis. securicula. *P* 18 dulcicula dulcicula *l. l. D* dulcicala *H* dulcicula et dulciculum *GL* 19 Plautus — sed fidecula *p.* 106, 2 *om. P* *Plaut. rud.* IIII 4, 114 (*v.* 1158) 20 abstrinsecus *GL* est] * *H* uel anceps ancipes *Dd* ancipies *H* 21 *Cic. Tusc.* III 19, 46 aliquid *add. gl* uidemus *K* 22 idem] Plauctus *spscr. m. rec. in H* *Cic. de nat. deor.* II 8, 22 23 pla*tani (n) *D* plantani *B* pantani *H* plantam *GLK* fidiculas] *r* fidiculus *RB* ferrent] *r* terent *R* terrent *BDHGLK* nemorosa *K* numerose *Cicero*

p. 612. 13 P. p. 127—29 K.

esset 'fides' in hac quoque significatione, quomodo Servio placet, non
31 'fidi|cula' fecisset, sed 'fidecula'. et cum omnia huiuscemodi diminutiva tam paenultimam quam antepaenultimam corripiunt, 'cuticula' i antepaenultimam producit. Iuvenalis:

Combibet aestivum contracta cuticula solem,

quod eum facere metri necessitas compulit: quattuor enim breves habens dictio in heroico poni aliter non poterat, quamvis Virgilius huiuscemodi nomina soleat proceleusmaticos ponere, ut

labat ariete crebro.

excipitur 'lapis', quod 'lapillus' facit diminutivum; etiam 'anguis' 'an||guilla', 'unguis' quoque 'ungula' facit, quae tametsi formam videantur habere diminutivi, significatione tamen non sunt diminutiva.

VI 32 Secundum supra dictam formam quartae quoque declinationis nomina faciunt diminutivum. 'us' enim vel u nominativi in i convertunt correptam et accipiunt 'culus' in masculino, in feminino 'cula', in neutro 'culum', ut 'currus curr̆iculus' - dicitur tamen et 'hoc curriculum' -, 'versus vers̆iculus', 'artus art̆iculus', 'fluctus fluct̆iculus', 'anus an̆icula', 'cornu corn̆iculum', 'genu gen̆iculum'. excipitur ab acu 'aculeus'.

In x omnia vel in | 'ns' supra syllabam vel in t desinentia genetivi extremam terminationem, id est 'is', in u convertunt et accepta 'lus la lum' faciunt diminutiva, ut 'rex regis regulus', 'codex codicis codiculus' et ex

1 *v. Servium ad Verg. Aen.* VI 120 non fiducula *H* 2 fidecula *ex* fidicula *corr. B* ALITER. *inscr. D* 3 pene ultimam *P* ut cuticula *B* 4 iubenalis *P* *Iuv. sat.* IIII 11, 203: Nostra bibat uernum contracta cuticula solem 5 combibet *PD* cū bibet *d* c̄ bibet *K* aestivum] *om. PK add. k* aestium *Rr* contra tacutilia *P* coticula *K* 6 metri necessitas facere *G* fecere *Rr* compulit *P* habent *P* 7 aeroico *G* pone *P* non aliter poni *K* non aliter *DHGLr* potuit *P* huiuscemodi nomina] *sic P* in huiuscemodi nominibus id est quattuor breues habentibus *RBDHGLK* 8 proceleumaticos *PBHL* procelehumaticos *R* proclematicos *G* proeleumaticos *Dd* ut genua labant (*Verg. Aen.* V 432 XII 905) et labat *D* *Verg. Aen.* II 492 9 ariaete *PR* 10 lapis lapillus quod lapidiculus facere debuit diminutiuum *D* lapillos *P* etiam *om. K* angis angilla ungis *Kk* unguis ungula. anguis anguilla. quae tamen etsi *D* anguila *L* 11 quoque *om. K* ungula *H* facit *om. K* faciunt *GLk* tamen si *PR* tamen etsi *BGLK* *post* formam *duodecim fere litt. litura in D* videantur] *P* uidentur *rell.* habere uidentur *D* diminutiui et significationem. *B* 12 tamen significatione *D* diminutiua secundum supradicta formam *P* 13 A QVARTA DECLINATIONE. *D* De quarta declinatione. *L* quarteque declinationis *P* 14 diminutiua *P* u] o *P* conuertunt in i *G* 15 accipiunt cuiuscula. cuiusculum. faciunt diminutiua. ut fluctus. fluctículus. uersus. uersículus. anus. anicula. corni. corniculum. artus. articulus. genu *P* in masculino culus *D* 16 hoc *om. D* 17 artus] *d* arcus *D* *post* articulus: domus domunculū *in litura B* a*nus a*nicula (n-n) *B* a*niculus (n) *G* anicula *ex* aniculus *corr. L* 18 *post* excipitur: a domo domuncula *add. r* domus domuncula *DGLK* 19 DE VLVS ET VLA ET VLVM AB X ET NS ET T. *DL* uel ns *P* supra******* (dictam) *B* syllaba *P* in t] ti *P* genetiui ** *H* 20 is *sup. lin. B* conuertunt *in marg. add. L* 21 diminutiuum *P* codex] *b* codix *B* et ex eo codicillus *add. g*

p. 613 P. p. 129. 30 K.

eo 'codicillus', 'haec fornax fornacis fornacula', 'fax facis facula', 'cervix cervicis cervicula', 'adulescens adulescentis adulescentulus', 'caput capitis capitulum'.

In 'es' productam desinentia [feminina] tertiae declinationis vel quintae 33
abiecta s et assumpta 'cula' faciunt diminutiva et servant e productam, ut 'vulpēs vulpēcula', 'nubēs nubēcula', 'diēs diēcula', 'rēs rēcula' - Plautus in cistellaria:

Siquidem imperes pro copia, pro recula -,

'veprēs veprēcula'. Cicero pro Sestio: vepreculis extracta nitedula. excipiuntur 'mercēs', cuius 'is' genetivi in 'ula' conversa facit diminutivum 'mercēdula' - Cicero de oratore primo: infidi homines mercedula adducti ministros se praebent in iudiciis oratoribus - et 'apēs', cuius diminutivum pro e longa i habet 'apicula'. Plautus in Curculione:

Ego †nam apicularum opera congestum non feram?

In 'us' terminans unum tertiae declinationis commune trium generum 34
| abiecta s assumit 'lus' in diminutivo, ut 'vetus vetulus', femininum 'vetula', neutrum 'vetulum'. Persius:

Tun, vetule, auriculis alieniscolligis escam?

Iuvenalis in primo:

vetulae vesica beatae.

1 codicillus] cudiculus *R* codi*cillus *H* haec fornax fornacis fornacula *om.*, fornax fornacula *post* facula *add. P* fasx *P* ceruix ceruicis ceruicula fax facis facula *GLK* facis *add. r* facu**la *B* ceruis *P* 2 cervicis *om. P* adolescens adolescentis adoles. *Rr* aduliscens aduliscentis aduliscentulus *L* caput *ex* capud *corr. R* 4 DE CVLA AB ES PRODVCTA FEMININA TERTIAE ET QVINTAE (tercie et quinte *L*) DECLINATIONIS. *DL* producta *P* feminina *om. P* femina *Rr* uel quinte declinationis *P* 5 abiecta] *sic ni f. B* et uel abiecta *in litura b* et adsumta cula] *P* assumunt (adsumunt *RB*) cula et faciunt *rell.* servant] *r* seruent *R* 6 vulpes vulpecula] *g* uolpes uolpecula *G* uulpicula *B* nuues nuuecula *P* recola *P* *Plaut. cist. fragm. cf.* § 29 (*astrabae s. clitell. fr.* 21 *p.* 434 *Both.*) 7 cistellaria] *bl* cistillaria *K* cist**laria *B* pistillaria *G* pistellaria *L* 8 siquidem] *ex* sequidem *corr. K* si quid *PD* imperes] *k* iuperes *H* impares *K* 9 *Cic. pro Sest. or.* 33, 72 setio *GL* uepreculis *b* extracta. ALITER DE VLA ET VLVS VLA VLVM. Nitedula animal est quod in siluis inuenitur sicut ignis effulgens quod apud grecos ΛΑΜΠΥΡΥC dicitur et non est diminutiuum. Excipiuntur *D* extracta nitedula. DE VLVS VLA VLVM. Excipitur *d* nite*dula (n) *K* 10 Excipitur *RBDHL* his *Rr* 11 Cicero — oratoribus *om. P* *Cic. de or.* I 45, 198 oratiore *K* infimi *Cicero* 12 iudic***is *Rr* iuditiis *H* horatoribus *B* 13 i breue habuit *h* habet] *P* habuit *rell.* Plautus — feram? *om. P* *Plaut. Curc.* I 1, 10 (*v.* 10) 14 corculione *K* 15 ego non *k* ego nomen *D* egon *libri Plaut.* congestum opera *Fleckeisenus* congestam *h* coniestam (conistam? *nam dignosci nequit, utrum* ge *an sola*m g *supscr.* i *deleverit r*) *r* 16 IN VS *L* comune *P* 17 s *add. r* assumit] *r* adsumit *RBH* sumit *P* uetuslus *K* feminum *L* 18 Persius — beatae *om. P* Persius] *dh* perseus *DK* per**sius *H* *Pers. sat.* 1, 22 19 tun *Caroliruh. alter h, Persius* tunc *Pers. cod. Vat.* tune *BDGLK* tun* *H* uetulae *HK* auriculis] *r* auriculus *R* aescam *G* aescas *K* escas *Heidelb. Krehlii, Persius* 20 *Iuv. sat.* I 1, 39 21 uessica *G* uesica* (e) *D* uensica *K* beatae] *d* baetae *D*

p. 613. 14 P. p. 130. 31 K.

'sus' quoque commune abiecta s et assumpta 'cula' facit diminutivum 'sucula'. Plautus in rudente:

† Sucula. - Quin tu dierecta cum sucula et porculis.

in o desinentia si faciunt diminutiva, convertunt o in 'un' || et accipiunt 'culus' vel 'cula', ut 'tiro tirunculus' - Iuvenalis in IIII:

Nec frustum caprae subducere nec latus Afrae
Novit avis noster, tirunculus ac rudis omni
Tempore -,

'latro latrunculus', 'carbo carbunculus' - Cicero ad Herennium IIII: aut si Prometheus, cum mortalibus ignem dividere vellet, ipse a vicinis testula ambulans carbunculos corrogaret -, 'pedo pedunculus', 'curculio cur|culiunculus' - Plautus in rudente:

curculiunculos minutos fabulare -,

'virgo virguncula' - Iuvenalis in V:

tunc cum virguncula luno -,

'ratio ratiuncula' - Terentius in Phormione:

erat ei de ratiuncula -,

'offensio offensiuncula' - Cicero pro Plancio: ista in aedilitate offensiuncula accepta -, item 'loligo loliguncula' - Plautus in Casina:

Emito sepiolas, †lepidas, loliguncula s -,

1 et *add. k* assumpta] *r* adsumpta *PRBH* assumta *L* 2 Plautus in rudente *add. r* Plautus — porculis *om. P* *Plaut. rud.* IIII 4, 126 (*v.* 1170): et sucula. - quin tu i dierecta cum sucula et cum porculis *Plaut. Pal. uterque* Et suculast. - Quin dierecta i tu cum sucula et cum porculis *Fleckeisenus* 3 Sucula *om. RGL* qui tu *GLK* e die recta *K* diae recta *R* succula *K* porculis] *b* porculas *B* 4 DE CVLVS ET CVLA AB O. *DL* si *om. P* culus cula culum *P* 5 tyro tyrunculus *PHGK* tyro tyrunculus *Rr* Iuvenalis — tempore *om. P* *Iuv. sat.* IIII 11, 142 *sqq.* 6 frustrum *BGL* caprae] *sic etiam Pith. Iuv. m. pr.*, capreae *h cum Pith. m. alt. schol. et codd. interpol. Iuv.* subducire *K* 7 tyrunculus *BHGK* 9 carbo carbunculus] *b* caruo caruunculus *B* Cicero — corrogaret *om. P* *rhet. ad Herenn.* IIII 6, 9 10 si *add. r* promitheus *K* bellet *B* ipse uellet *K* 11 testula] cum testula *rhet. cod. Opit.* cum testo *codd. aliquot rhet. praestantissimi*, cum testa *codd. rhet. fere omnes* carbunculus *Rr* corrogaretur *D* 12 pedo οφειρ *GL* curculio] *r* corculio *RDHLKg* corculeo *G* gorgulio *h* curculiunculus] *r* corculiunculus *RDHGLK* gorguliunculus *h* Plautus — fabulare *om. P* *Plaut. rud.* V 2, 38 (*v.* 1325) 13 curculiunculos] *r* corculiunculos *RDHLK et ex* corcubunculos *m f. corr. B* gurculiunculos *d* gorguliunculos *h* 14 Iuvenalis — Iuno *om. P* *Iuv. sat.* V 13, 40 V] *scripsi* II *BHGLK* II *R* secundo *D* 15 virguncula] *h* uirgula *H* inno *Rr* 16 Terentius — ratiuncula *om. P* *Ter. Phorm.* I 1, 2 formione *RHK* 17 esse de *D* 18 Cicero — loliguncula *om. P* *Cic. pro Plancio* 21, 51 plantio *HGLKr* blantio *R* ista in] *sic etiam Cic. Erfurtensis* ista *Par. pr.* in ista *rell. codd. ap. Wunderum* 19 ofensiuncula *K* lolligo lolliguncula *RDh* lollico lollicuncula *Hr* lollico lollicumcula *B* *Plaut. Cas.* II 8, 58 casina *Rr* 21 emitto *BDHG Plaut. Vet.* saepiolas *BH* lepidas *etiam Plaut. Vet.* lapidas *R* lepadas *coni. Camerarius* lolliguncula *Dhk* lollicunculas *RBH* loginculas *G* lolligiungas *Plaut. Vet.*

p. 614. 15 P. p. 131. 32 K.

'homo homunculus' - Plautus in rudente:

Homunculi quanti estis, eiecti ut natant.

dicitur tamen et 'homuncio' et 'homullus' et 'homullullus'. [similiter facit diminutionem 'fur furunculus'.] | Cicero in Pisonem: [olim furunculus, nunc vero etiam rapax. idem in eodem:] homullus ex argilla et luto fictus -, 'leno lenunculus' vel 'lenullus'. Plautus in Poenulo:

Sic dedero, aere militari tetigero lenunculum.

idem in eadem:

ita ut occepi dicere,

Lenulle, de illa pugna.

In 'nus', sive habeant ante n aliam consonantem sive non, et in 'lus', 35
si non habeant geminatam l, et in 'er' secundae declinationis nomina duplicant l ante 'us' [in diminutivis]: 'asinus asellus', 'geminus gemellus', 'bonus bellus', 'pugnus pugillus', 'agnus agnellus' - quod ideo servavit n, ut sit differentia inter agri diminutivum, quod est 'agellus' - 'anulus anellus', 'oculus ocellus', 'populus popellus', 'catulus catellus', 'tener tenellus', 'liber libellus'. et sciendum, quod omnia e habent paenultimam absque 'pugillo', nisi primitiva paenultimam habent natura productam in omni genere. tunc enim servant primitivi vocalem, ut 'ūnus ūna ūnum, ullus ulla ullum', 'vīnum villum'. excipitur unum in 'lus' desinens, 36
'paulus', quod non geminavit l in diminutione, nec mirum, cum au diphthongus post || se geminari consonantem prohiberet: facit igitur 'paulus' 'paululus', ex hoc 'pauxillus', 'pauxillulus', quas formas servant et femi-

1 Plautus — natant *om. P* *Plaut. rud.* 1 2, 66 (*v.* 155) 2 adiecti *Rr* eiecti *G* 3 homuntio *DH* et homullulus *om. P* homululus *K* *post* homullulus *vocc.* idem in eodem — de illa pugna *collocat, infra om. D, quem ordinem cum tenerent edd. inde ab α, indicem Krehlianum sequens rudenti Plautinae fragmentum* Homullulus fictus ex argilla et ex luto *addidit Bothius* (*rud. fr.* 1 *p.* 432). *mihi totus hic locus ita interpolatus esse videtur ut lib.* II § 47 faciunt diminutionem. Fur *P* 4 Cicero — fictus *om. P* *Cic. in Pis.* 27, 66 pissonem *K* ollim *G* 5 *Cic. in Pis.* 25, 59 eadem *HG* homillus *Cic. cod. Vat. m. pr.* 6 luto] *l* luco *K* luctu *G* uel luto *g* lenulus *PBDHrglk* Plautus — pugna *om. P* *Plaut. Poen.* V 5, 7 7 penulo *RHGLK* paenulo *BD* 8 si *G* aere] *Plautus* (aerem *Palatt.*) e *libri Prisc.* tetigere *Rr* 9 *Plaut. Poen.* II *v.* 24 *sq.* eodem *BDHK* 10 occepi] *r* hoccepi *d* hoc coepi *B* accepi *GK* coepi *H* cepi *R* 11 lenule *DHKg* lenulae *K* laenulae *R* laenule *r* illac *Plaut. Vet.* 12 DE ELLVS A SECVNDA DECLINATIONE (ellus secundae declinationis *L*) SED PRIMVM A NVS ET LVS ET ER. *DL* In us *P* 13 si *add. r* l ante us et in *P* er] e.r. *Rr* 14 in diminutiuis *om. P* ut asinus (assinus *G*) *DGLK* assellus *RG* 15 quod ideo — agellus *om. P* 16 diferentia *R* 17 ALITER DE VLLVS VLLA VLLVM ET ILLVM. *DL* 18 quod nomina .e. habent ante penultimam *P* 19 pugillus *D* productam natura *K* producta *D* 21 ALITER DE VLVS VLA VLVM (ullus .la .lum *L*) ET XILLVS XILLA XILLVM. *DL* in *om. P* 22 quod non — pauxillulum *in litura k* l] .i. *P* in *add. h* diminutione] *P* deminutiuo *L* diminutiuo *rell.* au‹e (tē) *B* 23 post se] posse *B* prohibet *P* paulus paulus ex *P* 24 et ex *BGL* pauxillus et pauxillulus *BDHGLK* pausillus ex pauxillulus *Rr* seruaet (n) *B*

p. 615 P. p. 132. 33 K.

ninum et neutrum eius ['paula paulula, pauxilla, pauxillula', 'paulum paululum, pauxillum, pauxillulum']. similiter 'velum' 'vexillum' facit diminutivum. et puto ideo haec assumpsisse x, quia haec in 'lus' vel 'la' vel 'lum' desinentium primitivorum facientium diminutiva paenultimam natura longam habent, 'paūlum pauxillum', 'vēlum vexillum'. ideo 'māla' quoque [assumpsit x et] 'maxilla' facit et | 'tālus' 'taxillus'. Pomponius: interim

Dum contemplor orcam . . . taxillos perdidi.

quae vero geminant l ante 'us' vel a vel 'um', in 'ulus ula ulum' faciunt iterum diminutiva, ut 'homullus homullulus', 'pauxillus pauxillulus, pauxilla pauxillula, pauxillum pauxillulum'.

37 Feminina quoque in 'na' desinentia, sive habeant ante n aliam consonantem sive non, geminant in diminutivis l ante a, ut 'catena catella', 'asina asella', 'gemina gemella', 'columna columnella'. excipitur 'rana ranunculus'. eandem formam in 'la' quoque desinentia vel 'ra' servant, ut 'fabula fabella', 'tabula tabella', 'libra libella', 'capra capella', 'umbra umbella', 'sacer sacra sacrum, sacellus sacella sacellum'. 'puer, puera' antiqui, ex quo 'puella'; 'tener tenera tenerum, tenellus tenella tenellum', 'miser misera miserum, misellus misella misellum'. excipiuntur in 'ra' desinentium, quae nec a masculinis in 'er' desinentibus fiunt nec habent ante r aliam in eadem syllaba consonantem, ut 'ara arula', 'terra terrula', 'litera literula'.

VIII 38 Neutra quoque in 'num' desinentia geminant in diminutione l ante 'um', et si g habeant ante n, in paenultima syllaba diminutivi i, non e, accipiunt, ut 'tignum tigillum', 'signum sigillum'. alia vero e habent in paenultima, nisi sit, quod superius docuimus, paenultima primitivi naturaliter

1 paula — pauxillulum *om. P* 2 fecit *Rr* 3 adsumpsisset haec .x. *P* adsumpsisse *Rr* adsumpsisse *H* assumsise *G* assumsisse *Dg* haec] *d om. D* **** *R* he *P* uel in la *in litura b* 4 uel in lum *B* desinentia primitiua *r* priuitiuorum faciunt *P* fatientium *R* facientia *r* diminutiua* (m) *B* 5 habent longam *K* ideo,q. *K* 6 assumpsit x et *om. P* adsumpsit x et *RBh* adsumpsit x *Hr* assumsit x *D* assumpta x *LK* assumta x *G* taxeillus *K* taxillus ,o quae uero *P* *Pomponii fragm. inc.* 6 *p.* 123 *Both. p.* 161 *Munk. fr. inc.* VII *p.* 214 *Ribb. ad aleones refert Munkius p.* 162 Pompinius *lexicogr. Vat. in Mai auct. class.* VIII 584 7 interim *om. lexicogr. Vat.* Interim, dum orcam contemplor, tax! taxillos perdidi *Bothius* Interim dum contemplor orcam, taxillos ego perdidi *Munkius. ego lectione codicum servata in versu disponendo secutus sum rectum Ribbeckii iudicium* 8 orcam] pugnam *lexicogr. Vat.* 9 DE DEMINVTIVIS AB ALIIS. *DL* 10 pauxilla — pauxillulum *om. P* 12 DE ELLA A PRIMA DECLINATIONE SED PRIMVM A NA ET LA ET RA. *DL* in .a. *PBL* 13 ut *add. g* 14 assina assella *G* gemina gemella *om. P* gemilla *Gg* columpna .ella (n) *K* colum*ella (n) *L* 15 uel in ra *D* 16 libra libella tabula tabella *GL* umb*ella (r) *B* umbellas. acer *P* 17 antiq. *DGL* antiqui dixerunt *B* 18 tener — misellum *om. P* 19 mis*ellus (s) mis*ella (s) misellum *H* DE VLA IN RA *D* desinentia *PDHK* 20 masculini *P* 21 aliam *add. r* tula *G* 22 littera litterula *P* 23 DE ILLVM ET ELLVM A SECVNDA DECLINATIONE SED PRIMVM A NVM *D* in .um. *PB* deminutione *P* 24 habeant] *om. L* habent *BH* 25 Alii *P* e *add. g* penealtima *P* 26 nisi sit *add. l* docuimus in pae-

p. 615. 16 P. p. 133. 34 K.

longa, ut 'bonum bellum', 'geminum gemellum', 'scamnum scamnellum'. Apuleius tamen in I Hermagorae: verum infirma | scamillorum, obice fultae fores.

Quae vero || in 'um' desinunt i paenultima antecedente, mutata i ultima genetivi in o et accepta 'lum' faciunt diminutiva, ut 'negotium negotiolum'. Plautus in cistellaria:

datores

† Bellissimi vos negotioli, senicis, soletis esse.

Similiter in 'illum' vel 'ellum' faciunt diminutiva in 'lum' vel in 'rum' desinentia: 'tantulum tantillum', 'lucrum lucellum', 'cerebrum cerebellum', 'flabrum flabellum', 'flagrum flagellum', 'castrum castellum', 'sacrum sacellum'. et scire debemus, quod 'ellus' vel 'illus' desinentia diminutiva, si a disyllabis derivantur, assumunt unam syllabam, ut 'agnus agnellus', 'liber libellus', 'culter cultellus', 'paulus pauxillus'. similiter feminina 'ella' vel 'illa' terminantia: 'capra capella', 'libra libella', 'umbra umbella', 'paula pauxilla'. sic etiam neutra 'ellum' vel 'illum' exeuntia: 'tignum tigillum', 'signum sigillum', 'lucrum lucellum'. excipiuntur a desinentibus in 'nus' vel 'na' vel 'num', quae nullam habent consonantem antecedentem in eadem syllaba ante n, venientia, ut a bono, uno, vino derivata. haec enim pares habent syllabas primitivis: 'bonus bona bonum, bellus bella bellum', 'unus

nultima (*al.* penultima, poenultima) *RBDHl* in *del. r* penenltima *P* 1 scamellum *RDHGLK* 2 Apuleius — fores *om. P* Apuleius] *rd* Apud eius *R* Apuleus *DK* *Apul. fragm.* 4 *t.* II *p.* 636 *ed. Hildebr.* ermagore *RH* hermagore *r* hermogore *K* Veram *Rr* infirtua *Gg* scamillorum] *dgtk* scamellorum *DGLK* scamuellorum *Schneiderus Elementarl. p.* 229 4 DE OLVM AB IVM *DL* um] uno *P* muta *Rr* 5 in o] *om. PRHK add. hk* in r *m. rec. in R* diminuiuum *RBHGLK* ut *om. G* ut pallium palliolum negotium *BD* negotium negotii negotiolum *GL* negociolum *H* 6 Plautus — soletis esse *om. P* *Plaut. cist. fragm. cf.* § 29, *astrabae s. clitell. fr.* 22 *p.* 434 *sq. Both. cf. Ladewigium l. l. p.* 530 *et lib.* VI § 94 cistillaria *K* 8 negotioli bellissumi *Bothius* bellisimi uos negotioli senecis *Rr* bellisimos negotiolis i poenices *Gg* bellissimis negotiolis phoenices *Dd* bellissimos (s) negotiolis aenetes *Hk* belissim** negotioli ***** enices *L* bellissimos negotioli phenices *l* bellissimos negotiolis phoenices *Kk* bellissimos negotioli senecesso letis esse *B* senicis] *v. Lachmannum ad Lucr. p.* 56, *f.* seniceis' *Fleckeisenus* 9 DE ILVM ET ELLVM ALVM ET RVM. *DL* lum et in *D* uel rum *L* 10 ut tantulum *D* tantullum *P* celebrum *Rr* cerebrum *Gg* cerebellum *Gg* 11 frabrum *Rr* fabrum *P* 12 DE ELLVS ELLA ELLVM ET ILLVS ILLA ILLVM A DISILLABIS. *D* quod in ellus *DGK* uel in illus *D* 13 a dissyllabis *r* a dissyllabas *H* ad syllabis *PRB* assumunt] *r* adsumunt *PRH* agnellus *om. R* 14 cultellus *ex* cultellum *corr. B* femina *L* feminia *K* 15 uel *add. k* terminata *P* ut capra *BD* libella. scientiam neutra excipiuntur (*med. om.*) *P* 16 sicut etiam *LK* neutra in ellum *DG* vel] *d* ne *D* 17 sigellum *Ll* tignum tigillum signum sigillum *post* lucellum *repetit D* ALITER A DISYLLABIS. *D* alt a dysillabis. *L* 18 uel in na uel in num *G* 19 a *om. P* uino uno diriuata. *P* 20 bellum. Similiter unus ul-

p. 616. 17 P. p. 134—36 K.

una unum, ullus ulla ullum', 'vinum villum'. notandum etiam 'pannus', quod | 'panniculus' facit. Iuvenalis in II:

quarum
Delicias et panniculus † urit bombycinus.

A trisyllabis quoque venientia diminutiva, quae geminant l, pares habent [suis] syllabas primitivis, ut 'oculus ocellus', 'catulus catellus', 'gemi-
40 nus gemellus', 'fabula fabella', 'tabula tabella'. excipiuntur, quae in primitivis ante n aliam habent in eadem syllaba consonantem. haec enim [unam] addunt syllabam diminutivis, sicut etiam disyllaba eiusdem terminationis, ut 'columna columnella', sicut 'agna agnella', 'tignum tigillum'.

In 'us' desinentia secundae declinationis nomina e vel i antecedentibus mutant 'us' in o et accepta 'lus' faciunt diminutiva, ut 'urceus urceolus', 'alveus alveolus', 'luteus luteolus', 'malleus malleolus', 'aureus aureolus'. Plautus in Epidico:

Lunulam atque anellum aureo||lum.

'capreolus' quoque videtur a nominativo 'capreus' esse, cuius femininum in usu est 'caprea'. nam 'capra' a capro fit, ex quibus 'capellus' et 'capella' fiunt diminutiva. i quoque antecedente: 'filius filiolus', 'gladius gladiolus', 'Sergius Sergiolus', 'Tullius Tulliolus', 'patricius patriciolus'. excipitur 'Antonius', quod 'Antoniaster' facit diminutivum. Cicero pro Vareno: Lucius ille Septimius diceret, | etenim est ad L. Crassi eloquentiam gravis et vehemens et volubilis: Erucius hic noster
41 Antoniaster est. feminina quoque e vel i ante a habentia in 'ola' fa-

1 ut probus *Dh* 2 mendicus mendici mendicitas] medicus medici medicitas *G* asperitas asperitas] Prosperus *R* 3 vel prosperus] *om. K* uel us *add. k* intiger *G* intiger ·ri ·tas *K* intigritas *G* 4 sincoerus sincoeri *G* sincerus ·ri ·tas *K* psedulus ·li ·tas *K* timidus ·di ·tas *add. k* timidi] *h* tumidi *H* 5 quodq. in *H* quae *om. G* 6 aeuphoniae *R* piaetas *Rr* *post* pietas: ab eo autem quod est pietas compositum dixit ouidius et (ad *K*) consanguineas compositum ut sanguine leni adumbras impietate pia. (*metam.* VIII 476 *sq.*) *add. LK* 7 mediaetas *R* anxiaetas *R* sotius sotii *A* socius socii societas *om. L* sociaetas *R* 8 nominativo] *h* nominatiuum *H* assumsit *G* assumit *Kr* ut libertas *RAHGLK* ut liber libertas *r* 9 adsumunt tas sicut supra diximus *AH* supra *DLK* 10 tas auctori auctoritas capax *K* 11 affinis affini affinitas *DG* adfini adfinitas *AHLK* 12 infidelis infideli infidelitas *D* infedelitas *G* celer celeri celeritas *D* caeleritas *R* auctor auctori auctoritas *D* auctori *om. K* 13 ∗b(a.) *H* p — enim *in litura l* siue *L* ante er habent *Kl* ante .r. *A* 14 peber *H* pauper ·tas. puber ·tas. uber ·tas *K* 16 liber *add. g* quia] quae *L* 17 asperitas] *K* non aspertas *add. k* 18 ideoque et salubritas *K* caeleber caelebris caelebritas *H* celebrita* .r. uetus (s) *A* 19 unum *add. r* 20 uetus uetustas *L* 21 or in es mutauerunt *D* assumserunt *A* ut maior *KL* magestas *Rr* 23 accussatiuo *AL* acusatiuo *G* 25 Ravennas] *rdh* rabennas *Ak* rab∗∗nas *R* rebennas *DH h. l. om. G* capennas *H* arpinas rabennas crotonias *G* Crotonias] *h* crotenius *A* crotuniis *H* larimas *Rr* la∗rinas *H*

p. 629 P. p. 152—54 K.

quae | ideo in fine habent circumflexum accentum, quia per syncopam proferuntur. perfecta enim eorum inveniuntur apud antiquissimos in 'tis' desinentia, 'hic' et 'haec primatis', 'optimatis', 'Arpinatis', unde neutra quoque eorum in e desinunt: 'primate', 'optimate', 'Arpinate', et ablativus in i, more eorum, quae in 'is' desinentia, cum sint communis generis et faciant in e neutrum, in i terminant ablativum: 'a primati', 'optimati', 'Arpinati'. et testis eius Caper, qui diversorum de huiuscemodi nominibus ponit usus auctorum, confirmans tam in 'is' quam in 'as' huiuscemodi nomina solere proferri. Cato Censorius in I originum: sed lucus Capenatis. in II: si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur. ibidem: lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Baebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. hi populi communiter: Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Po|metinus, Ardeatis, Rutulus, 'Ardeatis' dixit pro eo, quod nunc dicimus 'Ardeas'. Titinius in psaltria:

Ferentinatis populus res Graecas studet,

pro 'Ferentinas'. non est igitur dubium, quod - cum in omnibus, quae 22
paenultimam habent circumflexam, si patiantur syncopam, servamus eun-

1 habent in fine *D* circunflexum *L* accentum *add. k* 2 antiquos *LK* desidentia *L* 3 primatis et optimatis *LK* optimatis] *ex* optimus *corr. A* obtimatis *R* unde et neutra *K* 4 ablitiuus *A* ablatiuum *G* ablatiui *L* 5 com *A* cum ** sint *H* 6 faciant] *1* faciunt *libri* obtimati *R* 7 Caper] *in libris enucl. sermonis* ponit *secundum Osannum de Capro p.* 13 8 nominibus auctorum exemplis usus est *Kk* in his *Rr* in has *A* 9 *Caton. orig.* I *fr. p.* 105 *Kr. fr.* 25 *p.* 274 *Roth. fr.* XXVI *p* 31 *sq Wagener. iterum laudatur lib.* VII § 60 10 in] Idem in *ADh Caton. orig.* II *fr. p.* 107 *Kr. fr.* 67 *p.* 278 *R. fr.* LVII *p.* 42 *sq. W'r. cf. Prisc. l. supra l.* II. *R* U *G. ad lib.* I *refert Prisc. l. l.* esset *r* est et *ADG* est et *K* eiusdem *A* 11 haeredem *G* non sequuntur *AG* sequuntur *L* consequuntur *D* *cf. Godeschalkii ICti apud Krehlium annotationem, quemque l. Savinium in Zeitschr. f. gesch. Rechtswissenschaft* II *p.* 366 (*verm. Schriften* I *p.* 155 *sq.*) *Caton. orig.* II *fr. p.* 106 *Kr. fr.* 64 *p.* 277 *sq. R. fr.* XXXVII *p.* 36 *W'r. inde a vocc.* populus (*sic*) communiter — Ardeatis *hoc fragm. rursus laudat Prisc. l. supra l. cf. Lorenzium de dict. Lat. et mun.* I 1841 *p.* 24 *sqq.* 30 *sqq.* dianum *H* 12 arcino *G* egregius *L* Baebius] *G Wagenerus,* bebius *K* breuius *L* laebius *H* lebius *RAD* . Laebius *defendit Grotefendius zur Geogr. u. Gesch. von Altitalien fasc.* III *p.* 14, *coll.* Slabiis, *Osco nomine. at id non Laebium, sed vel Labium vel Laberium significare iure suo suspicatur Mommsenius unterital. Dial. p.* 295. *num* Laevius? dedicabit *L* dicator *R* 13 latinos hi *A* latinus bii *G* latinus in populi commoniter *K* Aricinus] *d* arricinus *K* arcinus *GD* lanuuinus *ex* languinus *corr. A* lanubinus *L* lan*ubinus *K* 14 tiburt' *D* Ardeatis, Rutulus] Ardeatis Rutulus *Klausenius Aeneas und die Penaten p.* 810 *n.* 1502 *d*, Rutulus *in f. sententiae infra l. l. a Prisc. omissum, h. etiam l. interpretamentum esse censet Lorenzius l. l. p.* 38 15 quod est nunc ardeas *K* Titinius *scribendum esse post alios docuit Neukirchius de fab. tog. R. p.* 97 tutinius *H* titinnius *rell. et sic fere ubique libri Prisciani . Tit. psaltr. fr.* 1 *p.* 66 *Both. fr.* VI *p.* 121 *Neuk. psaltr. s. Ferentinatis fr.* I *p.* 125 *Ribb. cf. lib.* VII § 60 16 psaltria] *r* psalteria *RG* saltria *K* 17 res Graecas] *lib.* VII § 60 graeca *h. l. libri* studet. ferentinatis pro ferentinas *L* 18 ferentinas arpinatis pro arpinas. non *K* 19 circunflexam *L* patiuntur *R* patientur *K*

p. 629, 30 P. p. 154, 55 K.

dem accentum in ultima, ut 'produce produc', 'audivit || audit', 'cupivit cupit', 'fumavit fumat', 'illice illic', 'istice istic', idque omnibus placet artium scriptoribus, qui de accentu scripserunt - debeant haec quoque idem servare, cum 'ti' subtracta paenultima vocalis, quae circumflectebatur in dictione perfecta, (id est a) invenitur ultima in concisione habens eundem accentum. inveniuntur tamen etiam propria differentiae causa in fine circumflexa, ut 'Lenās Lenatis', 'Menās Menatis', ne accusativi plurales menae [genus est piscis] et lenae [femininum est lenonis] esse putentur.

In 'es' correptam pauca inveniuntur denominativa: 'equus equĕs', 'pes pedĕs', et verbalia: 'tego tegĕs', 'mergo mergĕs'.

In 'es' productam verbalia repperi a praesenti vel praeterito tempore; a praesenti: 'saepio saepēs', 'luo luēs', 'struo struēs', 'mācero maciēs', 'luxurio luxuriēs', 'illuo illuviēs'; a prae|terito: 'rupi rupēs'.

23 In 'is' denominativa sive verbalia multas et diversas habent formas. alia enim in 'alis', alia in 'elis', alia in 'ilis', alia in 'ulis' finiuntur, ut 'curialis', 'fidelis', 'docilis', 'virilis', 'curulis', alia vero in 'ris' a longa antecedente: 'Apollināris', 'scholāris', alia in 'ensis': 'Atheniensis', 'Catinensis'; alia duas consonantes habent ante 'is': 'agrestis', 'caelestis', 'salubris', 'muliebris', 'Samnis', 'insignis'.

Ergo in 'alis' desinentia vel 'ale', si sint a nominibus primae declinationis, assumunt nominativo primitivorum 'lis' vel 'le' et producunt a paenultimam - ut 'curia curiālis', 'memoria memoriālis', 'pluvia pluviālis', 'mensa mensāle', 'via viālis' -, sin secundae, extremam i genetivi, sin tertiae, 'is' mutant in a longam et assumunt 'lis': 'Mercurius Mercurii Mercuriālis', 'fluvius fluvii fluviālis', 'neuter neutri neutrālis', 'liber liberi

1 accendum *A* fumauit fumat cupiuit cupit audiuit audit produce produc *D* 2 illicee *ADHLr* uel illic *A* isticee *DHLr* sticee *A* idque] *rk* Id quoque *R* ideoque *H* ideoque *k* id *K* omnibus quoque placet (placet *in mg. add.*) *K* 3 accentibus *G* debeant] *d* quo debeant *R* debent *DLa* 4 servare] obseruare *LK* obseruaret *l* circumflectebatur *L* 5 eundem accentum *cr* accentum eundem reuoc. *K* 6 accendum *A* in fine om. *H* circumflexa *g* 7 lenas lenatis *AG* menatis om. *G* accusatiuus *L* plurales] *k* pluralis *H* plurales — luo luēs *lin.* 12 *in fluxu l* 8 menae *q* genus *GL* menae quod est genus *K* genus est piscis *Hk* laenae *RL* lenae *G* leenae *A* quod femininum est de nomine lenonis *Hk* lenonis] *a* leonis *KrL* laenonee *A* 9 denominatiua inueniuntur *K* equs *G* 10 merges merges *Bd* 11 producta *R* reperi uerbalia *G* a praesenti repperi *D* uel preterito tempore *add. d* 12 praesenti *sup. lin. add. in D* uo luo uo luas *K* luas] *k* luae *H* 13 luxurio luxuries] *k* luxorie luxories *H* illues *GK* uel formas 14 formas] significationes *Bd* 15 alia in ulis om. *GL add. l* u.lis (l) *H* 16 docilis *add. k* uiriles ducilis *D* curulis om. *GL add. l* 17 ut apollinares *P* appollinaris *GL* scholaris] *k* scolaris *KDLK* Atheniensis] om. *R* atheniensis *K* athinensis *G* ut athenaiensis *Bd* Atheniensis Catinensis] corr. ex r catinensis athenaiensis r m. pr. catinensis *R* catinensis *K* 18 Alsa (m) *K* duas *Hr* habent *Hr* ut agrestis *PK* agrestis *A* 20 ale] alae r a nominibus sunt *G* 21 primitiuorum *add. k* 23 mensalae *A* 24 mutant a aliam *A* et assumunt *lis add. d* mercurius *H* ut mercurius *B* 25 fluuius fluuiolis *K* neutrum

p. 630. 31 P. p. 155—57 K.

liberālis', 'theatrum theatri theatrālis', 'iudicium iudicii iudiciālis', 'Martius Martii Martiālis', 'fatum fati fatālis', 'genitus geniti genitālis', 'caput capitis capitālis', 'virgo virginis virginālis', 'cardo cardinis cardinālis', 'hospes hospitis hospitālis', 'navis navālis', 'dos dotis dotālis', 'flos floris flo||rālis', 'corpus corporis corporālis', 'caelebs caelibis caelibālis', 'mors mortis mortālis', 'iuve|nis iuvenālis' (invenitur et iuvenilis), 'princeps principis principālis', 'municeps municipis municipālis', 'crinis crinālis', 'vox vocis vocālis'. sin a quartae declinationis nominibus deriventur, abiecta s, sin a quintae, 'es' ex nominativo assumunt 'alis': 'manus manuālis', 'census censuālis', 'species speciālis'. verbalia quoque a prima V 24 coniugatione inveniuntur in 'alis': 'penetro penetrālis'.

In 'elis' pauca invenio denominativa: 'fidus fidi fidēlis', 'crudus crudi crudēlis', 'patruus patrui patruēlis', 'frater fratris fratruēlis'. et nota, quod omnia extremam i genetivi in e productam mutantia assumpserunt 'lis', 'frater' vero 'fratris' 'is' in u conversa assumpsit 'elis'.

I longam habent omnia in 'ilis', quae a nominibus derivantur, nec non in 'ile' neutra, sive ex eis fiant sive non habeant aliud ante se genus, sed a quacumque parte orationis nascuntur, ut 'aedis aedīlis', 'senex senīlis', 'anus anīlis', 'puer puerīlis', 'vir virīlis', 'scurra scurrīlis', 'civis civīlis', 'servus servīlis', 'quintus Quintīlis', 'sextus Sextīlis', 'gens gentīlis', 'hostis hostīlis', 'subtel subtīlis'. 'exīlis' etiam a Graeco ἐξίτηλος factum denominativorum servavit regulam. similiter neutra producunt paenultimam: 'ovīle', 'monīle', 'cubīle', 'sedīle'. nam in 'ilis' desinentia verbalia sive participialia corripiunt eandem i paenultimam: 'fero fertĭlis', 'utor utĭlis', 'futio (ex quo compositum effutio) futĭlis', | 'volo volatĭlis', 'textus textĭlis', 'altus' vel 'alitus altĭlis', 'fictus fictĭlis'. a pare etiam derivativum, quod a verbo 'paro' nascitur (unde comparo compa-

AHL 1 Thaeatrum *R* teathrum teathri teatralis *D* theathrum theathri theathralis *GL* teathrum .ri .alis *K* iuditium iuditii *A* 2 Martii] *l* marti *L* marcialis *A* fa*tum .ti fa*talis (c-c) *K* genitus — capitalis *om. L* capud *Rr* 3 uirgini[s] *Hh* 4 hospes hospitis hospitalis] *g* ospes ospitis ospitalis *G* hospis .itis .alis *K* nauis nauis naualis *DGL* 5 celebis *L* 6 iuvenilis] iuenilis *r* iuenalis *R* 8 deriuentur] *r* deriuantur *RHGK* 9 es] s *R* abiecta es *Hd* ut manus *D* 11 ut penetro *D* ut penitro *K* 12 ut fidus *AD* fidi *add. h* 13 nota] *r* noto *R* 15 conuersa et assumpsit *L* 16 quae in ilis *h* 17 eis] eis in ilis *ADHrg* eis in illis *R* se *in mg. add. H* 18 aedes *A* 20 ciues *L* quintus quintilis sextus sextilis seruus seruilis *LK* 21 subtelis *G* *post* subtilis: Excipitur par paris parilis. Ouidius *add. R* Excipitur par paris parilis *DGLk* Excipitur parilis *Kh* Ouidius *quod et ipsum ad* parilis *spectat A cf.* § *sq. extr.* ἐξίτηλος] *gk* ΕΞΙΤΕΛΟϹ *R* ΗΞΙΓΕΛΩϹ *r* ΕΞΙΓΗΛΟϹ *A* ΕΞΙΓΕΛΟϹ *D* ΕΞ*ΗΓΟϹ *G* ΕΞΙ*ΗΛΟϹ *K* ΕΖΙΤΗΛΟϹ *L* exilos *h om. H* 22 seruabit *A* seruat *L* 23 ut ouile *r* oliue *A* monile] *r* munile *RAG* illis *Rr* 24 participialia] *g* participalia *G* i paenultimam *in litura g* ut fero *D* 25 futtio *RH* fucio *A* sutio *in litura g* futio futilis ex quo compositum effutio effutilis uolo *LK* ex — effutio *om. G* conpositum *H* effutio] *r* effuttio *H* effucio *RA* futilis] *r* futtilis *RH* 26 uolatilis uictus uictilis textus *Kl* textus — altilis *om. L add. l* texilis *G* fictus fictilis *om. K* 27 diriuatum *K*

p. 631. 32 P. p. 157. 88 K.

ras. proprie enim pares sunt, qui inter se possunt comparari) verbalium regulam servavit, 'parilis'. Ovidius in VII metamorphoseon:

Arte suum parili revirescere posse parentem.

26 cetera quoque omnia i paenultimam corripiunt et, si sint a verbis primae coniugationis, a longam habent antepaenultimam, ut 'amo amas amābilis', 'penetro penetras penetrābilis', 'paro paras parābilis', 'praedico praedicas praedicābilis', 'lacrimo lacrimas lacrimābilis', 'quasso quassas quassābilis', 'laudo || laudas laudābilis', 'tracto tractas tractābilis', 'aequo aequas aequābilis', 'miror miraris mirābilis'. excipitur 'stăbilis', quod solum antepaenultimam a corripuit. Lucanus in V:

Quam non e stăbili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret.

27 quae vero a verbis secundae vel tertiae vel quartae coniugationis nascuntur, si habeant antepaenultimam i, eam quoque corripiunt: 'doceo docĭbilis', 'credo credĭbilis', 'utor [utilis] utĭbilis', 'sentio [sensi] sensĭbilis', 'audio audĭbilis'. sciendum tamen, quod plurima nascuntur ex his coniugationibus, quae antepaenultimam i non habent, ut 'docilis', 'habilis', 'flebilis', 'nubilis', 'volubilis', 'utilis', et quod quaedam ex praesenti, quaedam ex praeterito, quaedam ex futuro derivantur; ex praesenti: 'doceo docibilis', 'habeo habilis', 'volvo volubilis', 'utor utilis' et 'utibilis'; ex praeterito: 'plausi plausibilis', 'sensi sensibilis' vel 'sensilis' - Lucretius in II:

Ex insensilibus ne credas sensile nasci -;

ex futuro: 'flebo flĕbilis', unde e ante b productam habuit.

In 'aris' desinentia derivantur a nominibus sive verbis, quorum extrema syllaba incipit ab l vel alia consonante vel a vocali aliqua pura. fiunt autem a genetivo nominum sive a positione verborum sic: quaecumque litera sive literae sequantur l vel aliam consonantem, ex qua postrema

1 proprie] r propriae *RH* posunt *K* 2 regulam om. *R*, *post* servavit *add.* r servavit] r servabit *RAH* *Ovid. metam.* VII 305 in VII metamorphoseon om. *K* 3 remiscere *Rd et sic multi ex recentioribus scripti Ovidianis tracti N. Heinsio* miscecere *g* rerevocare *K* ian. nescere *libri aliquot Ovidiani* 5 ut om. *GLK* 6 penitro .tras .lis *K* tracte tractas tractabilis laude laudas laudabilis aequo aequas aequabilis predico predicas praedicabilis lacrimo lacrimas lacrimabilis quasse quassas quassabilis miror miraris mirabilis *K* 9 miraris] miras *A* ex in mirar*s corr. H* 10 *Luc. Phars.* V 250 *sq.* 11 e] *HK Luc. Voss. A B et sic vel ex libri Luc. fere omnes, ext. vall., om. codd. bb.* VIII § 38 est abili *Luc. Guelf. 2, corruptelae originem demonstrans*

stabulis *Rr* cunc*a *Rr* 12 dispiceret *BGK* 13 secunde *R* 14 ut docere *AD* 15 utilis] om. *DK add. d.* lis *add. k* sensie *G* sentio — nunc ergo dicimus. § 30. una *hic exciso desunt in H* sensi] sensilis *R* om. *K* sensibilis] r sensibilis *K* 16 hisdem *K* 17 habilis] r abilis *R* 18 volubilis om. *L* 19 derivantur] nascuntur *l.* ex] om. *DG R A* presentis *A* decinalis (bi) *G* docibus in docilis *corr. A* docilis *D* 20 habeo *add. d* 21 ut plausi *A* *Lucr.* II 888 in II *add. i* 22 insens.bus] cum *libris Lucretianis DGr* insensibilis *A* et ni *f. in litera R* insensibilibus *L* insens.bis *K* sensile *A* nasci] gigni *Lucretius*

23 prodeam *Rr* 24 sive a verbis *K* quorum etiam extrema *L* 25 vel alia consonante om. *L* 26 ex horum ni quaecumque *A* sic *add.* r

p. 632. 33 P. p. 158. 59 K.

incipiat syllaba genetivi, transeunt in a longam et assumunt 'ris' vel, si a vocali incipiat, ipsa extrema mutatur in a longam, et assumunt 'ris': 'populus populi populāris', 'singulus singuli singulāris', 'Apollo Apollinis Apollināris', 'consul consulis consulāris', 'miles militis militāris', 'schola scholae scholāris', 'Latium Latii Latiāris', 'familia familiae familiāris', 'peculium peculii peculiāris', 'molo molis' vel 'mola molae molāris'. sic etiam neutra in 'are' finita: 'velum veli velāre'. Iuvenalis:

Et pegma et pueros inde ad velaria raptos.

In 'ensis' desinentia, si sint a nominibus primae vel secundae decli- 28
nationis, mutant extremam || partem nominativi singularis vel pluralis in 'en' et assumunt 'sis': 'Cirta Cirtensis', 'Olbia Olbiensis', 'Sardinia Sardiniensis', 'Hispania Hispaniensis', 'Catina Catinensis', 'Enna Ennensis', 'Minturnae Minturnensis', 'castrum castrensis', 'forum forensis', 'Ilium Iliensis', 'Locri Locrensis', 'Vtica Vticensis', 'Cremona Cremonensis', 'Ostia Ostiensis' ('Athenae Atheniensis' euphoniae causa i habuit antepaenultimam et 'Halice Haliciensis'); sin vero tertiae sint declinationis, abiciunt extremam s genetivi et assumunt 'ensis': 'pistor pistoris Pistoriensis', 'Carthago Carthaginis Carthaginiensis'. quae vero duas consonantes habent ante 'is', vel a nominativo fiunt primitivorum vel a genetivo. et a nominativo quidem derivata abiciunt extremam literam et assumunt 'bris': 'salus salubris', 'mulier muliebris'; a genetivo vero, mutata extrema eius parte in e et assumpta 'stis' vel 'stris': 'ager agri agrestis', 'caelum caeli caelestis', 'terra terrae terrestris'.

In 'tis' quoque inveniuntur denominativa, sed antique prolata, pae- 29
nultimam natura vel positione longam habentia, ut 'Samnitis' pro 'Sam-

2 incipit *AG* extre^{ma} *Rr* assumit *d* Vt populus *D* 3 populi] *r* populis^{i} *R* appollo appollinis appollinaris *GL* appollo appollonis appollonaris^{i} *K* appolinis^{l} *Rr* 4 milis ·tis ·taris *K* scola scolae scolaris *RDL* 5 scolaris *A* 6 molaris. sicut etiam *G* 7 *Iuv. sat.* I 4, 122 11 ut cirta *DG* cirta *Rr* uel cyrta *in marg. l* Olbia Olbiensis] *Zwicc.* 2 *Krehlii* oluia oluiensis *RADl* oliua oliuensis *GLK* Sardinia — Hispaniensis *add. d* 12 catena *G* uel catina *g* minturnae (minturna *L*) minturnensis enna ennensis *GLK* 13 utica uticensis cremona cremonensis ostia ostiensis castrum castrensis forum forensis ilium iliensis locri locrensis *D* 14 hostia hostiensis *L* 15 Athenae Atheniensis] *g* athinae athinensis *G* 16 Halice Haliciensis] *sic, m. pr. in* halice halicensis *corr., K* alice alyciensis *R* halyce halyciensis *ADL Heidelb.* halyc•e (a) halicensis *G. de Halice cf. Paus.* II 36, 1 *Curtius Peloponnesos* II 461 *sq. cum libri optimi Halicyarum incolas* Halycienses *nominent* (*fr. Val. resgr. et cod. Lagom.* 29 *ap. Cic. in Verr.* II 2, 28, 68) *et* Haliciaenses (*Riccardian. Plin. nat. hist.* III 14, 91), *coniciat quis* Halicyae Haliciensis *legendum esse* sunt *D* 17 ut pistor *DK* 18 charthago charthaginis charthaginiensis *R* karthago kartaginis karthaginensis *Gg* cartago cart•aginis (h) cartaginiensis *Ll* karthago ·nis ·iensis *K* carthaginensis *Dd* uero in duas *K* 20 diriuata *Aa* deriuatiua *K* 21 ut salus *AD* parte eius *R* 22 stris] *g* tris *AG* ut ager *GK* agris *Rr* 24 antiqua^{e} *Rr* 25 i uel e *post* paenultimam *add. L et in litura K* pro samnis *add. r*

p. 633. 34 P. p. 180. 60 K.

nis', sicut 'Laurentis' quoque pro 'Laurens', 'Tiburtis' pro 'Tiburs' teste Capro. sic 'Quiritis' pro 'Quiris' et 'Caeritis' vel 'Caeretis' pro 'Caeres', qui tamen nominativi nunc in usu non sunt. unde Virgilius in X:

Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis.

invenitur tamen et correptam i habens paenultimam apud eundem Virgilium:

Est ingens gelidum lucus prope Caerĭtis amnem,

et Horatius similiter in primo epistularum:

Quid deceat, quid non obliti, Caerĭte cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlixis,

nisi pro 'Caerete', quod est nomen oppidi, e paenultima in i conversa protulerunt. | Livius ab urbe condita XLI: Lanuvini Caeritesque anguem iubatum apparuisse nuntiarunt.

In 'os' tam denominativa quam verbalia pauca inveniantur: 'lepus lepos', 'competo compes' et mutatione e in o 'compos', 'custodio custos', 'do dos'. ||

In 'us' terminantium diversae sunt formae tam denominativorum quam verbalium, ex quibus multas iam diximus, cum de possessivis tractabamus, id est de his, quas a Graecis accepimus, formis possessivorum et Latinis VI in 'ius' vel 'nus' desinentibus. nunc ergo dicamus de reliquis in 'us' ter-

1 sicut] sic *AD* . tyburtis pro tyburs *Pr* . Teste capro sic *A*
2 Capro] *inter librorum emend. sermonis rell. h. l. posuit Osannus de Capro p.* 13 *sq.*
et ceritis *Kk* et ceris uel ceretis pro ceres *G* et caeris uel caeretis pro caeres *g*
3 *post* non sunt: Alpheus (*l.* Alphius: *corr. Bondamus apud Burmannum l. infra l.*) tamen Auitus in I (Io *E*) excellentium Curis posuit pro Quiris: Marite, si sanguis Curis, Sabina si caedes (*Bondamus* cedes *D*ª sedes *E*) placet. In me, oro, conuertas manus. unde Virgilius de Sabinis loquens: priscique (pĭssique *D*ª) Quirites [*Aen.* VII 710] pro Curites, a Curibus enim urbe Sabina est deriuatum. *add. Burmann.*ª *m. alt. et Krl.* 2 *Krehlii*, *cui tamen desunt extrema verba inde ab* a Curibus, *et partim. verba sc. ab* Alpheus — excellentium *et ab* unde — Curites *eiusdem Krehlii Dresd. Alphii Avieni, de quo cf. Wernsdorfium poet. Lat. min.* III *p.* XXXI *sqq., hos versus ex cod. suo Prisc. in anth. Lat. recepit Burmannus add. t.* II *p.* 730 (*n.* 125 *v.* 9—11, *t.* I *p.* 46 *Meyer.*), *quorum immemor videtur frisse Lachmannus in Ter. Maur. praef. p.* XII
Verg. Aen. X 183 4 cerete *bγ* cherete *Med.* minonis *GK* 5 *Verg. Aen.* VIII 597 uirg in VIII est *G* 7 lucus *add. r* cheritis *Med.* 8 Oratius *K* *Hor. epp.* I 6, 62 *sq.* similiter *om. K* 9 Quid deceat] *r* Quidecerit *R* quod non *D* certi *D* caerite *Kr* caera *RL* coera *G* 10 rumigium *L* uitio sumit hacensis *GL* uitio sumit ithacensis *K* Itacensis *ADr* olixis *Kk* ulixei *D et post Prisc. lib. VI § 92 cum parte libr. Horat.*: *et vel sic vel* Vlixi *Hor. praestantiores fere omnes*, Vlyssei Vlixis Vlyxis *ai.* 11 pro ---- *L* caeretae *R* caeritĕ *in libura g* 12 Libius *L* *Liv. ab u. c. lib.* XXXXI 21, 13: et faces eadem nocte plures per caelum lapsae sunt in Lanuuino: Caeritesque anguem in oppido suo iubatum, Ianis (auuis *vel* flauis *add. f.* cauis) mensis sparsum apparuisse affirmabant, *ubi ex Prisciano sunt.* Lanuuini Caeritesque *scribendum esse coni. Siguinus* Lanuuii *L* caeritusque *r* 13 anguem *L* iubeatum *GK* nuntiarunt *rk* nunciarunt *R* nanciamerunt *GK* 14 ut in os *AD* 15 *ante* compos: competu *repetit A* 18 iam multus *K* possitus *K* 19 accipimus *Kr* 20 uel a ius uel *K* ius] eius *Rr* in eius *A* ergo] uero *r* *a nouo de reliquis earum inc. H cf.* § 27

p. 634 P. p. 160. 61 K.

minantibus, quae diversas, sicut dictum est, habent formas. alia enim in 'ius' exeunt, ut 'nuntius', 'patricius'; alia in 'uus' divisas: 'arduus', 'vacuus'; alia in 'bus': 'probus', 'orbus', 'superbus'; alia in 'cus': 'acus', 'lucus', 'arcus', 'parcus'; alia in 'quus': 'aequus', 'obliquus'; alia in 'dus': 'providus', 'invidus', 'lividus', 'vividus', 'praedabundus', 'furibundus', 'loquendus', 'sequendus'; alia in 'lus': 'patulus', 'anniculus', 'bibulus', 'credulus'; alia in 'rus': 'sonorus', 'honorus'; alia in 'sus': 'cursus', 'usus', 'spumosus', 'saxosus'; alia in 'tus': 'togatus', 'palliatus', 'metus', 'motus'; alia in 'stus': 'venustus', 'angustus', 'quaestus'.

In 'ius' desinentia, sive a nominibus sive a verbis derivata, servant 31 ante 'ius' primitivorum suorum consonantes, ex quibus incipiunt ultimae vel paenultimae syllabae, sed tum paenultimae, cum et ipsa paenultima in vocalem desinit et ultima a vocali incipit, ut 'servus servi Servius', 'servilis Servilius', 'agellus agelli Agellius', 'silva Silvius', 'virgula Virgilius', 'Mars Martis Martius', 'nuntio nuntius', 'saucio saucius', 'scio scius' - sic Apuleius in primo Hermagorae et Pacuvius in Teucro:

• Postquam defessus †. perrogitando advenas . .
De gnatis neque . . quemquam invenit scium.

unde 'nescio' quoque 'nescius' -, exceptis in | 'icius' desinentibus: illa enim assumunt, si sint nomina ex quibus derivantur vel participia secundae declinationis, genetivo, sin tertiae sint, dativo 'cius', i tamen tam paenultima quam antepaenultima correpta, ut 'advectus advecti advectĭcĭus', 'commendatus commendati commendatĭcĭus', 'faber fabri Fabrĭcĭus', 'pigneratus pignerati pigneratĭcĭus', 'tribunus tribuni tribunĭcĭus', 'pater patri patrĭcius', 'aedilis aedili aedilĭcĭus', 'gentilis gentili gentilĭcĭus'. inveniuntur ta-

1 dictum est] diximus *GK* formas habent *L* 2 patricius] *r* patritius *RH* diuisas *ex* diuersas *corr. A* deuisas *L* ut arduus *LK* 3 *post* uacuus: alia in quus aequus obliquus *add., eadem infra om. D* ut probus *K* orbus probus *A* alia in cus *add. g* 4 lucus] *k* lacus *LK* alia — obliquus *praeter D om. G add. g* quus] cus *R* ut aequus *K* 5 probidus *L* lividus] *h* libidus *GLK* liuidus *H* uiuidus *om. GK* uiuidus — loquendus *in mg. add. A* 7 honoros *A* 8 metus] *d* maetus *Ah* mestus *RDGk* maestus *H* 9 uetustus *H* augustus *K* angustus mestus quaestus *h* questus *RDGLK* 10 deriuatiua *K* 11 ultimae syllabae uel paenultimae *A* 13 Servius] *r* seruus *R* 14 seruulis *Rr* agelli] agelli** *L* uirga uel Silvius] *r* siluaus *R* uirga *G* uirgula *Dd* 15 marti *L* nuntio] *r* nuncio *RA* nuntius] *r* nuncius *R* saucio saucius] *h* sautio sautius *RH* sautio sautius socio socius *A* 16 epuleius *G* epuleus *K* *Apul. Hermag.* I *fr.* 5 *t.* II *p.* 637 *Hild.* ermagorae *G* ermagore *R* ermogore *K* pacubius *RDGLK* *Pac. in Teucro fr.* 11 *p.* 145 *Both.* II *p.* 98 *Ribb.* 17 defessus] *dg* diffessus *D* defesus *G* defessus est *G. I. Vossius castigat. et not. p.* 108 defessus fuit *Ribbeckius* 18 neque eorum quemquam *G. Hermannus opusc.* VII 382 quemquam] *r* quenquam *GL* quemquem *RA* 19 in cius *GKh* 21 tamen *om. RADL* paenultimā *R* 22 antepaenultimam *Rr* adfectus adficti adfecticius *A* advecticius] *r* aduectitius *RH* commendatus -ti commendaticius *Kk* 23 commendatius *Rr* commendatitius *H* tribunus tribuni tribunicius pigneratu* -ti pigneraticius *L* 24 pigneratius *Hh* 25 aedilis *ex* aedilus *corr. A* aedili *om. R* gentilus *A* gentili

p. 634. 35 P. p. 161. 63 K.

men quaedam a primae quoque declinationis nominibus eiusdem formae, quae a habent || ante 'cius': 'gallina gallinacius', 'membrana membranacius', 'chartina chartinacius'.

32 In 'uus' divisas tam a nominibus quam a verbis derivata secundum in 'ius' terminatorum regulam mutatione extremarum literarum vel literae in 'uus' solent fieri, ut 'pater patri patruus', 'annus anni annuus', 'perspicio perspicuus', 'ambigo ambiguus', 'rigo riguus', 'ardeo arduus', 'vaco vacuus'. notandum inter haec 'menstruus', quod euphoniae causa assumpsit t et r.

In 'quus' quoque desinentia similiter fiunt: 'aequo aequus', 'obliquo obliquus'; sed magis ab his nominibus verba quam a verbis nomina sunt derivata. 'longus longinquus' ideo assumpsit n ante 'quus', quia aliter euphoniae satisfacere non poterat.

In 'bus' vel 'cus' desinentia a verbis b vel c ante postremam vocalem habentibus derivantur mutatione o et, si ante eam alia sit vocalis, eius quoque, in 'us', ut 'probo probus', 'orbo orbus', 'superbio superbus', 'parco parcus', 'luceo lucus', 'arceo arcus'.

33 Inveniuntur pauca a nominibus vel verbis in 'ulcus': 'sus subulcus', 'bos bubulcus', 'peto petulcus'.

In 'dus' tres sunt formae:

Una quae servat consonantem, ex qua ultima vel paenultima primitivi incipit syllaba | - sed tunc paenultima, si non intercedat consonans inter ultimae et paenultimae syllabae vocales -, et reliquam eiusdem syllabae vel syllabarum partem mutat in i correptam et assumit 'dus', ut 'herba herbĭdus', 'turba turbĭdus', 'uva uvĭdus', 'vivo vivĭdus', 'rabies rabĭdus', 'tumeo tumĭdus', 'timeo timĭdus', 'areo arĭdus', 'squaleo squalĭdus', 'ferveo
34 fervĭdus', 'invideo invĭdus', 'frigeo frigĭdus', 'valeo valĭdus'. excipitur al-

om. *R* 1 quoque *om. L* 2 ut gallina *AD* gallinicius *Kk* gallinatius *AH* membranacius] *r* membranatius *RA* 3 chartina] *r* carthina *RD* epistola e charta quae a carpendo dicitur *gloss. cod. Heidelb.* carthinatius *RA* carthinacius *r* 5 extremarum] *r* extremum *R* 6 in uus *add. d* patrius *A* perspicio perspicis perspicuus ambigo ambigis ambiguus *L* 7 *post* ambiguus: pigo piguus *add. RH* pigeo piguus *AD* piget piguus *h* rigo riguus *post* uacuus *collocant RAH* vaco] uacuo *ADGLK* 8 assumit *R* assumsit *G* 10 fiunt ut *AD* obliquo] *g* oblico *G* 11 uerba fiunt quam *LK* sint *AL* derivata sint *K* 12 derivatiua *A* loginquus *G* 14 postremam vocalem] *l* postremam *K* postremam uocalem uocales *A* postremam uocalem uel uocales *k rell.* 15 o in us et *h* eam *in marg. add. l* sit alia *H* eiusq. in *G* 16 *post* quoque: scil. mutationes *sup. lin. add. r.* mutatione *in mg. l* *post* probus: turbo turbus *add. ADHGLK* *post* orbus *idem add. r. de* turbus = *turbo cf. Ducangii gloss. med. et inf. Lat. s. vv. turbus et turbinus t.* VI p. 700 *ed. Henschel.* 18 uel a uerbis *LK* ut sus *D* 19 bobulcus *DGLK* boculcus *A* 20 sint *A* 21 penultima *K* 22 intercedat *H* 24 mutant *K* dus] *r* ds *R* ut *om. L* 25 uidus *Rr* uino uinidus *om. DL* rabies rabies *A* 26 timeo timidus *om. G* areo aridus] *rk* hareo haridus *RAK* squaleo squalidus] *k* scaleo scalidus *GK* 27 frigio *Rr* alternitas *Hk*

p. 635. 36 P. p. 162. 63 K.

ternitatis causa, quam Graeci *ἐπαλληλότητα* vocant, unum 'pando pandus', ne, si 'pandidus' dicamus, male sonet alterna d in utraque continua syllaba, quod in multis solent tam Graeci quam nos evitare. (non dicunt illi '*Χαρύβδιδος*', quamvis exigat regula, sed '*Χαρύβδεως*'. et Romani quoque illos secuti non dicunt 'huius Charybdidis' sed 'huius Charybdis'. eiusdem vitii causa non dicimus ab eo, quod est 'mane', 'manuine', sed 'matutine', 'vitis vinetum', non 'vi||tetum', quod tamen etiam a vinea videtur esse derivatum. praeterea 'meridies' pro 'medidies' a medio die. sed non tamen in omnibus hoc valet. nam 'candeo candidus' facit, 'sordeo sordidus', 'madeo madidus', nisi quod haec secundae coniugationis in 'deo'; illud unum, id est 'pando', tertiae in 'do' desinens habuit huiuscemodi formae nomen.) et haec quidem in 'dus' supra dictae formae nomina demonstrant habere ea in se, ex quibus derivantur, ut 'herbidus', qui habet herbas, 'turbidus', qui habet turbam, 'timidus', qui habet timorem, 'rabidus', qui habet rabiem, 'invidus', qui habet invidiam.

In 'bundus' vero desinentia similitudinem habere significant, | ut 'vi- 35
tabundus' similis vitanti, 'praedabundus' similis praedanti, 'errabundus' similis erranti, 'moribundus' similis morienti, 'furibundus' similis furenti. et sunt paene omnia huiuscemodi formae nomina verbalia et, si a verbis primae coniugationis derivantur, a habent longam antepaenultimam, ut 'causor causaris causābundus', 'vito vitas vitābundus', sin ab aliis, i correptam, ut 'ludis ludĭbundus', 'furis furĭbundus', 'moreris morĭbundus'. excipitur alternitatis causa 'rubicundus', quod in paenultima syllaba pro b c habuit, ne sit absonum, si 'rubibundus' dicamus.

Tertia forma in 'dus' terminantium est participialis, id est quae ter- VII 36
minationem habet participiorum futuri temporis passivorum, et significat

1 *ἐπαλληλότητα*] *om. H* ΕΠΑΛΛΕΛΟΤΗΤΑ *Rr* ΕΠΑΛΛΕΛΟΤΕΤΑ *DL* ΕΠΑΛΕΛΟΤΗΤΑ *G* ΑΛΛΟΘΕΤΑ *h* pondo *Rr* 2 sonat *G* sonant *A* alternam *RAGL* alternum *r* continua] *r* continuatam *R* continuans *L* continua** *K* 4 ΧΑΡΥΒΔΙΔΟC *Gg* carybdidos *RK* *Χαρύβδεως*] *scripsi* ΧΑΡΥΒΔΕΟC *ADGr* χarybdeos *K* carypdeos *R* ΧΑΡΥΒΔΙΟC *L* ΧΑΡΙΒΔΙΟC *H* rumani *K* 5 Charybdidis] *g* χarybdidis *K* charibdidis *L* carybdidis *DGr* carypdidis *R* caribdidis *A* sed huius Charybdis *om. G* sed huius charubdis *g* χarybdis *K* charibdis *L* carybdis *Dr* carypdis *R* caribdis *A* 6 uicii *A* 7 non vitetum] *h* nouitetum *H* tamen a uinea etiam uidetur deriuatum *L* 8 miridies *K* pro] non *D* me**didies *K* medio et die *h* 9 tamen non *D* 10 sordidus] sordidus facit *RH* mandeo mandidus *H* quod *in mg. add. h* coniugationis sunt in *ADr et* sunt *in litura H* in deo; illud] . ideo illud *GLK* ideo. Illud *H* . Ideo. illud *h* 12 demonstrantur *H* 13 ea habere *D* herbas habet *G* 14 herbas — rabidus qui habet *in marg. add. r* turbam] rabiem *Aa* turbam *Gg* timidus — rabiem *om. A* 17 uitandi *A* moribundus similis morienti (et *H*) errabundus similis erranti *AH* 18 furienti *L* 19 poene *Rr* nomina formae *G* 21 caussaris *Rr* *post* uitabundus: morior moreris moribundus *add. A* si^{n} *Kk* 22 ut ludo ludis *DHL* laudis laudibundus furis furis furibundus *K* 24 obsonum *Dd* 25 terminantium participialis *L*

p. 636. 37 P. p. 163. 64 K.

dignum esse aliquem eo, quod demonstratur, ut 'laudandus' laude dignus, 'amandus' dignus amari, 'curandus' dignus cura, 'ornandus' dignus ornari, 'ordinandus' dignus ordinari, 'legendus' dignus legi, 'loquendus' dignus de quo loquantur homines.

In 'lus' desinentium formae similes sunt diminutivis: 'pendulus', 'credulus', et veniunt tam a nominibus quam a verbis, ut 'annus anniculus', 'pateo patulus', 'credo credulus', 'pendo pendulus', 'bibo bibulus'. extremas partes syllabarum finalium sive extremas syllabas, si sint purae, in 'ulus' vertunt, excepto anniculo differentiae causa: nam 'annulus' diminu-||

37 tivum est. ('novacula' a 'novo novas' derivatur.)

In 'rus' denominativa sive verbalia pauca inveniuntur, quae paenultimam producunt: 'honor honōrus', 'odor odōrus', 'decor decōrus', 'cano canōrus', 'sono sonōrus', quorum regula | in promptu est: nam nomina 'us', verba 'rus' assumunt.

In 'sus' duplicem habent formam: vel enim participialia sunt, id est participiis praeteriti temporis similia, et res incorporales significant et sunt quartae declinationis, ut 'usus', 'cursus', 'lusus', 'versus' - quod ab incorporali re ad corporalem quoque adductum est, quae est in literis -; aut mobilia sunt et secundae, ut 'lassus', 'fessus', 'cassus'; vel o productam habent ante 'sus' et significant plenum esse aliquem eius, quod significatur, ut 'saxosus' plenus saxis, 'spumosus' plenus spuma, 'ventosus' plenus ventis, 'harenosus' plenus harena. fiunt autem a primitivis suis hoc modo: mutant extremam partem syllabae vel syllabam, si pura est, in quam terminat genetivus, in o productam et assumunt 'sus': 'saxi saxosus', 'curiae curiosus', 'herbae herbosus', 'scelus sceleris scelerosus', 'numeri numerosus', 'oneris onerosus', 'perfidiae perfidiosus'. notandum, quod a metu 'meticulosus' fit. Plautus in mostellaria:

Nescis, quam meticulosa res sit ire ad iudicem.

1 eo quod] eoque *k* dignus laude *DL* 2 dignus amore *L* curari *Gh* orandus *L* orari *L* 3 ordinari] *ah* ornari *AH* 4 loquantur] *rdh* loquentur *RADHGL* 5 pendulus credulus *om. A* *post* credulus: et ueniunt — credulus *om. R add. r* 7 credo credolus *Hh* pendo *Hh* pendo pendulus *om. A* 8 sillabarum partes *L* 9 conuertunt *AD* anniculus *DH* annulus] *gk* anulus *AGr* anulum *K* 10 Et nouacula *AD* 12 hōuorus *A* honoris *K* 13 quorum — assumunt *in mg. add. g* in promptu est regula *K* promtu *R* prumtu *L* prumptum est. Nannomina *A* 14 rus accipiunt uel assumunt *g* 15 sus] *h* cus *H* 18 re. Ad *H* quoque *add. k* addictum *Rr* 19 lassus fessus cassus] *g* lassus fesus cassus *l* lasus fesus casus *GLK* 20 habent *om. L* aliquem esse *D* eius rei quod significantur *H* 21 saxus *Rr* spumis *K* uentuosus *K* 22 arenosus *D* arena *Dr* arenae *H* 23 in qua *L* terminatur *D* terminatus *A* terminet *H* 24 et *om. K* assumit *R* ut saxi *D* 25 haerbae haerbosus *H* scelus *om. DL* scelus sceleris scelerosus *R* perfidiae perfidiosus numeri numerosus oneris onerosus *D* 26 *oneris *onerosus (h-h) *L* *post* onerosus: ponderis ponderosus *add. r* 27 metuculosus *DHGLKr* plaustus *A* *Plaut. most.* V 1, 52 (*v.* 1101) mustellaria *ADHGLK* 28 metuculosa *RDGLK*

p. 637. 38 P. p. 164. 65 K.

In 'tus' si sint participialia aut denominativa, vel incorporalia et fixa 38
sunt, ut 'motus', 'tumultus', 'sonitus', 'habitus', 'cultus', 'consulatus', 'tribunatus', vel mobilia, ut 'togatus', 'palliatus', 'loricatus', 'tunicatus', 'gratus', 'laetus', 'mutus'; et sciendum, quod, si a primae declinationis nomi-
5 nibus derivantur, a habent paenultimam productam, ut 'barbātus', 'stellātus', 'trabeātus', 'purpurātus'; sin a secundae vel tertiae, in quibusdam a, in aliis i productam, ut 'pallium [pallii] palliātus', 'anulus anulātus' - Plautus in Poenulo:

quia incedunt cum anulatis auribus -

10 (excipitur 'manuleātus', quod quamvis a paenultimam productam habet, tamen a quarta declinatione derivatur: 'manus mānuleātus'. Plautus in Pseudulo:

manuleatam tunicam habere hominem adde||cet,

id est manicatam), 'grates' vel 'gratiae grātus', 'avītus', 'marītus', 'cerrītus',
15 ab avo, mare, Cerere. excipiuntur 'vetustus' et 'libertus', in quibus no- 39
minativi primitivorum 'tus' assumpserunt. a quartae declinationis nominibus derivata u productam habent ante 'tus': 'cornūtus', 'verūtus', 'astūtus', 'versūtus'.

In 'ctus', 'ptus', 'xus' participialia sive verbalia inveniuntur: 'amictus',
20 'sanctus', 'acceptus', 'sumptus', 'aptus', 'captus', 'raptus', 'flexus', 'laxus', 'fluxus', 'luxus', 'nexus'; haec enim omnia, cum non significant tempus, nomina sunt.

cum Plaut. Vatic. et Decurt. corr. metucolosa *H, Plaut. Decurt. m. pr.* fit *G* iudicium *K* 1 participialia] *gk* participalia *GK* et *om. H* 2 *post* fixa sunt: et quarte scilicet declinationis sunt et non sunt uerbialia *Rr* et quartae declinationis *ADl* et quartae declinationis et sunt uerbalia *d* et quartae scilicet declinationis *H* et non sunt uerbalia *GK et in litura L* et secundae sunt scilicet declinationis et non u sunt uerbalia *g* consolatus *K* tribunatus et quartae declinationis *add. GLK et iterum A, del. l* tribunatus et secundae uel mobilia sunt et haec secundae declinauel mobilia tionis et non sunt uerbialia ut togatus *Rr* 3 *post* mobilia: et secundae declinationis *add. H* et secundae scilicet declinationis (sunt *D*) et non sunt uerbialia *AD* et sunt secundae declinationis et non sunt uerbalia *l* palliatus togatus tonicatus loricatus *K* tonicatus *AGL* 4 laetus] latus *GLK* si *add. h* 5 a habent] *sic*, habent *in mg. add., d * D* scellatus *G* 6 purpuratus] *k* porpuratus *AGK* purpopuratus *H* sin autem a *G* *post* sin a *unius folii iactura deficit L usque ad vocc.* ut Glycerium *p.* 142, 23 hic est defectus unius folii *in mg. inf. m. rec.* 7 pallium *om. RAHGK* pallii *om. D* annullus *Rr* Plaustus *A* *Plaut. Poen.* V 2, 21 8 paenulo *AH* penulo *DGK* pamulo *R* paerulo *r* 9 quia] 'qui *G. Hermannus in Iahnii ann.* XXXV 191 *f. recte' Fleckeisenus* 10 manulatus *GKd* manuliatus *A* productam peneultimam *G* 11 manulatus *GKd* manuliatus *A* plaustus *A* *Plaut. Pseud.* II 4, 48 (*v.* 738) 12 Pseudulo] *k* phseudulo *RrH* psedulo *DGK* 13 manuliatam *A* manulatam *GK* tonicam *GK* addecet] *sic etiam Plaut. Ambros.* . Addecet *H* adiecit *GK* decet *codd. Plaut. praeter Ambr.* 14 gratis *K* productum i avitus] productam ·i· auitus *G* auitus *Kk* cerritus] *r* ceritus *RHd* ceriritus *k* 15 Cerere] *dk* cererae *D* ***rere *K* cerre *A* nominatiuo *k* 16 t^us^ *Kk* quartae quoque declinationis *h* 21 nexus fluxus luxus *D* non sint significant *H*

p. 635 P. p. 105 K.

In 'stus' a nominibus vel a verbis nascuntur extremam partem convertentibus in 'stus' e vel u antecedentibus. ut 'honor honestus', 'maeror maestus'. 'modus modestus', 'scelus scelestus', 'robur robustus', 'augo augustus', 'augur augustus'. praeterea 'Venus venustus', 'ius iustus', 'onus onustus'. quae, quomodo 'vetus vetustus', assumpta 'tus' faciunt derivativa et omnia una vincunt syllaba primitiva absque maesto.

In 'ax' plerumque verbalia inveniuntur ab omni coniugatione: 'voro voras vorax', 'audeo audes audax', 'teneo tenes tenax', 'emo emis emax', 'fallo fallis fallax', 'capio capis capax', 'pellicio pellicis pellax', 'sagio sagis sagax'.

In 'ex' correptam similiter a verbis: 'lateo lates latĕx', 'verto vertis vertĕx', 'vomo vomis vomĕx'. in 'ex' productam similiter: 'rego regis rēx', 'lego legis lēx'.

In 'ix' feminina inveniuntur a masculinis verbalibus sive denominativis in 'tor' desinentibus defigurata, quae mutant 'or' in 'rix', ut 'victor victrix', 'senator senatrix', 'cultor cultrix'; 'nutritor' quoque 'nutritrix' debuit facere, quod euphoniae causa sive alternitatis mediam syllabam concidit: 'nutrix' enim dicimus.

In 'ox' verbalia vel denominativa: 'voco vox', 'velum velox'.

In 'ux': 'luceo lux', 'duco dux'.

In 'nx' et 'rx': 'coniungo coniunx', 'arceo arx'.

In duas consonantes inveniuntur participialia: 'sapiens', 'amans', cum sint sine tempore; inveniuntur et denominativa: 'principium princeps', 'municipium municeps'. | ||

1 uel uerbis *DG* 2 ut *om. GK* meror mestus *RDGK* 3 scelus scelestus *add. r* robor *K* 4 anguo *K* 5 onestus *Rr* assupta *A* asumpta *G* 6 deriuatiuum *D* maesto *Rr* mesto *GK* mestus *D* maestus *H* 7 ut uoro *ADG* 8 uoras *om. G* tenes *Rr* emis] *om. G* .is *in mg. g* emes *Hk* 9 fallis] *om. G* .is *g* capis] *om. G* .is *g* pellicis] *om. G* .is *g* pelax *A* 10 sagis] *om. AG* .is *g* 11 ut lateo *D* lates *om. G* uertis *om. G* 12 uomis *om. G* regis *om. G* 13 legis *om. G* 15 motant..or *K* ut *om. G* 16 natritor (o) *Kk* 17 eufoniae *K* ephoniae *H* 19 ut uoco *G* 20 lucio *Rr* 21 nx] unx *r* coniungo] *h* coniugo *RH* 23 sunt *DKh* sine tempore] *ex* tempore sine *mut. K*

DE

Explicit lib. IIII. DE NOMINATIVO. INCIPIT LIBER V DE GENERIBVS *R* EXPL LIB. QVARTVS | INCIPIT LIB QVINTVS DE GENERIBVS *A* finit liber quartus | INCIP AIB. V. de generibus *G* INCIPIT LIBER V DE GENERIBVS *H* finit | Liber quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes. de numeris. de figuris et earum compage. de casu. *K* PRISCIANI LIBER .IIII. ID EST .III. DE NOMINE EXPLICAT. Quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes. de numeris. de figuris et earum compage. de casu. INCIPIT. *D*

LIBER QVINTVS.

p. 639. 40 P. p. 166. 67 K.

DE GENERIBVS.

Quoniam de speciebus sive formis nominum, quantum potuimus, supra I 1
tractavimus, nunc de generibus quaerere conemur.

Genera igitur nominum principalia sunt duo, quae sola novit ratio naturae, masculinum et femininum. genera enim dicuntur a generando proprie quae generare possunt, quae sunt masculinum et femininum. nam commune et neutrum vocis magis qualitate quam natura dinoscuntur, quae sunt sibi contraria. nam commune modo masculini modo feminini significationem possidet, neutrum vero, quantum ad ipsius vocis qualitatem, nec masculinum nec femininum est. unde commune articulum sive articulare pronomen tam masculini | quam feminini generis assumit, ut 'hic sacerdos' et 'haec sacerdos', neutrum autem separatum ab utroque genere articulum asciscit, ut 'hoc regnum'.

Epicoena, id est promiscua, vel masculina sunt vel feminina, quae una voce et uno articulo utriusque naturae animalia solent significare. dubia autem sunt genera, quae nulla ratione cogente auctoritas veterum 2
diverso genere protulit, ut 'hic finis' et 'haec finis', 'cortex', 'silex', 'margo'. similiter 'grus', 'bubo', 'damma', 'panthera' in utroque genere promiscue sunt prolata. || sunt alia communia non solum masculini et feminini, sed etiam neutri, et sunt adiectiva, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc felix', 'sapiens'. sunt quaedam tam natura quam voce mobilia, ut 'natus

2 formis *in litura g* 3 tractabimus *R* de geribus *A* 4 DE DIVISIONIBVS GENERVM *inscr. D* 6 proprie] *rd* propriae *RADH* posunt *G* 7 communia et neutra *G* naturae *AH* denoscuntur *G* 8 cummunę *K* femini[ni] *H* 9 ad] et *Rr* ****** ad (ptinet ?) *K* ad ipsius *in litura H* 11 feminini] *h* femini *HK* 12 separatim *K* 13 assciscit *R* adsciscit *H* adscisit *A* ut horegnum *R* 14 epicoena *Rr* ΕΠΙΚΕΝΑ *GK* ΕΠΙΨΥΧΗΝΑ *in lac. h* uel masculina uel feminina sunt *K* 15 animalia] *om. H add. h* animalium *Rr* 18 margo *om. K, ante* silex *add. k post* bubo *in marg.:* Ouidius. fedaque fit uolucris, uenturi nuncia luctus (?), Ignauus bubo, dirum mortalibus omen. (*metam.* V 549 *sq.*) Solaque carminibus (*l.* culminibus) ferali carmine bubo (?). (*Verg. Aen.* IIII 462) *add. h* dama *g* panthera damma *D* pantera *r* 19 promiscue] *rg* promiscuae *RGd* promiscua *D* sunt promiscue *A* sint prolata *G* communa *R* 20 femini *R* foemini *H* 21 mobilia natus *HG*

p. 567, 6 K. p. 567, 6 K.

nata', 'filius filia'; sunt alia natura et significatione mobilia. non etiam voce, ut 'pater mater', 'frater soror', 'patruus amita', 'avunculus mater-
2 tera'; sunt alia voce, non etiam naturae significatione mobilia, ut 'lucifer lucifera', 'frugifer frugifera': sive enim de sole sive de luna sive de agro sive de terra loquar, nulla est discretio generis naturalis in rebus ipsis, s sed in voce sola; sunt alia quasi mobilia, cum a se, non a masculinis feminina nascuntur, ut 'Helenus Helena', 'Danaus Danaa', 'liber libra', 'fiber fibra'. unumquodque enim eorum propriam et amotam a significatione masculini habet demonstrationem et positionem; sunt alia, quae differentiae significationis causa mutant genera, ut 'haec pirus hoc pirum', 10 'haec malus hoc | malum', 'haec arbutus hoc arbutum', 'haec myrtus hoc myrtum', 'haec prunus hoc prunum'. et hoc in plerisque invenis arborum nominibus, in quibus ipsae arbores feminino genere, fructus neutro proferuntur vel ligna, ut 'haec buxus' arbos, 'hoc buxûm' lignum. Virgilius: dant arbuta silvae, cruentaque myrta, cerea pruna, 15 volubile buxum.

De singulis igitur terminationibus quomodo possint comprehendi genera, prout valeam, hinc tractare incipiam.

4 Masculini generis terminales inveniuntur litterae septem: a, o, l, n, r, s, x, ut 'scriba', 'Cicero', 'sol', 'flamen', 'Caesar', 'bonus', 'rex'; femi- 20 nini quoque eaedem, ut 'Roma', 'virgo', 'Tanaquil', 'Siren', 'mater', 'civitas', 'pax'. in e quoque productam inveniuntur || feminina, sed Graeca duntaxat, ut 'Taygete', 'Euterpē', et in 'um', sed figurate, ut 'Glycerium mea' et 'Dorcium' et 'Philotium'. communia in easdem literas desinunt, quas et masculina, ut 'hic' et 'haec advena', 'homo', 'vigil', 'tibicen', 25 'fidicen'- ut quibusdam placet, nam usus eorum feminina in a terminat, II 5 'fidicina' et 'tibicina' -, 'hic' et 'haec pauper', 'civis', 'dux'. neutrorum duodecim inveniuntur terminales literae: a, e correpta, i, u, l, m, n, r, s, c, t, d, ut 'poema', 'marĕ', 'gummi', 'cornu', 'mel', 'regnum', 'numen',

1 alia mobilia natura et significatione *D* 2 *post* mater: non enim fit a patre patra *add. D* 8 unumquoque *G* propria *R* propria et amota *A* 9 habent *G* positionem] significationem *R* 10 differentiae] *h* differentia *H* differentiae significationis *ex* significationis differentiae *corr. G* et hoc pirum *D* 11 haec malus *Dd* myrtus] *k* mirtus *K* 12 myrtum] *k* mirtum *K* implerisque *AD* 13 genere *om. AHGK add. h* necuero *A* 14 arbor *ADK Verg. georg.* II 520 *georg.* I 306 *ecl.* 2, 53 *Aen.* VII 382 15 arbusta *Rom.* arsuta *Pal.* syluae *R* cruentaque myrta *ex* myrta cruentaque *corr. D* coera *Gg* cerea *Kk* 17 DE TERMINALIVM LITTERARVM NVMERO IN VNOQVOQVE GENERE. *D* conprehendi *A* comprehendi *Dd* cprachendi *H* 19 litterae inueniuntur *D* 21 eadem *AG* syren *H* 22 productam quoque *G* producta *R* productam sed graeca duntaxat inueniuntur ut *D* femininae *H* 23 tahygete *ADHK* taigete *G* eyterpe *HK* euturpe *G* eyterpe feminina *D* figuratae *A* glicerium *ADK* gligerium *G* 24 mea et Dorcium *iterum inc. L, e. lib.* IIII § 38 *p.* 139, 7 Dorcium] *r* dortium *RA* philocium *RH* *post* Philotium: sicut dicam ossa mons *D del. d* desinunt litteras *AH* 25 quas] in quas *ADKr* 26 femina *L* 27 fidicina tibicina *G* 29 nomen, *sed*

p. 641 P. p. 168. 69 K.

'tuber', 'sidus', 'lac', 'caput', 'aliud'. communia trium generum desinunt in i, m, r, s, x, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc frugi', 'nequam', 'par', 'prudens', 'audax'.

In a igitur desinentia vel masculina sunt vel feminina vel communia vel neutra. masculina sunt, quae cum sint propria apud Latinos a terminantia, apud Graecos assumunt s, ut 'Catilina', 'Sulla', 'Fimbria', 'Aquila', *Κατιλίνας*, *Σύλλας*, *Φιμβρίας*, *Ἀκύλας*; vel contra apud Graecos in 'as' desinen|tia vel in 'es', apud nos in a terminant, ut *Μαρσύας*, *Σωσίας*, *Βυρρίας*, *Χαιρέας*, *Τυρίας*, *Βαγράδας*, 'Marsya', 'Sosia', 'Byrria', 'Chaerea', 'Turia', 'Bagrada', *ποιητής*, *κιθαριστής*, *σοφιστής*, *Σκύθης*, *Μελικέρτης*, *Λεπτάστης*, 'poeta', 'citharista', 'sophista', 'Scytha', 'Melicerta', 'Lepta.ta'. Sallustius in II historiarum: quem ex Mauritania rex Leptasta proditionis insimulatum cum custodibus miserat. excipitur 'haec charta' et 'haec cataracta', 'margarita', 6 'catapulta', quae, cum sint masculina apud Graecos, apud nos etiam genus cum terminatione mutaverunt. quod autem 'Turia' et similia fluminum nomina masculina sunt, ostendit etiam Sallustius in 'am' terminans eius accusativum in II historiarum: inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam. nam si esset neutrum, similis esset accusativus nominativo. illa quoque in a desinentia, quae officiorum sunt ad viros perti-

cabulum a 'volo' verbo, quomodo a 'colo cultus' et ab 'occulo occultus', ab 'ulciscor ultus'. nec mirum, cum Aristoteles species incorporales erga corpora vult esse, 'vultum' || in facie intellegi, voluntatis enim significat affectum, quomodo 'metus', 'gaudium', 'laetitia', 'tristitia', quae omnia rerum incorporalium sunt vocabula. iure igitur quartae est. similiter

1 consumta *L* per*ibit (h) *D* 2 Oratius *D* Oratius *HK* *Horat. epist.* I 16, 72 aepistolarum *K* 3 anno ne *L* anno*ne *K* annonne *b* oportet *r* 4 genetiui *RD* Caesar] *g* Cessar *G* *Caesaris Strabonis contra Sulpicium Rufum tribunum plebis or.: v. Meyerum l. l. p.* 334 *sq. cf. lib.* V § 44 5 tribuno *Rr* tribunus *GK* tri*unus *L* propinquos] *b* proprinquos *B* messales *R* messisalas *L* mesis alas *GK* 6 ponere *Rr* uoleuamus pribare *B* 7 affranius *HK* *Afranius in talione, v. lib.* V § 44 8 paenum *R* erile] *RHK, unde et hic et lib.* V *l. l. restitui, cf. Ritschelium prolegg. in Plaut. p.* XCVIII *Wagneri orth. Verg. p.* 433. *om. G* aerile *g* erile *D* herile *BL* haerile *r* 9 uicium *H* *Martial. epigr.* I 65 epigrammatton *K* 11 babara *H* 12 dici] *r* dixi *R cum Mart. Paris.* 8284 *et pr. cod. Leid. Voss.* 121 ficus *K et ex* ficos *corr. B* ceciliane *RHGL et ex corr. K* ceciliane *ex* ciciliane *corr. B* 13 dicemus ficos *Rr* dicemus *Gg* ficus] *sic etiam nonnulli codd. Martialis* ficos *codd. Mart. plerique* 14 ceciliane *BDHL* ciciliane *GK* 15 quo* ostenditur *H* ostendit uitium uel fructum *K* genera *H* 16 diferre *L* defferre *G* praeterea] quoque *L* 17 occulo *ex* acculo *corr. K* cultus *D* 18 et ab olciscor (ulciscor *b*) *B* ultus] *rd* uultus *RD* mirum quoque cum *H* Aristoteles] *g* maristoteles *R* aristotiles *GK v. Aristotelem de anima* I 1, 9 *sqq. p.* 403 *Bk.* 19 ergo *Dd* erga *Kk* in facie intellegi *h. l. om. DH* faciae *Rr* quomodo colores et figuras cum sint incorporales *post* intellegi *add. GLK* quoque quomodo colores et figuras cum sint incorporales *RH et eadem post* uultum *BD* uoluptatis *K* significant *RrLl* 20 affectum in facie (faciae *Rr* faciae *H*) intellegi quomodo (. Quo modo *H*) *libri a voc.* gaudium *iterum inc. A v.* § 43 laetitiae *Rr* letitia*(m) *B* tristitiaq. omnia *G* 21 iurae *Rr* est similiter *b*

p. 714 P. p. 270 (71). 72 K.

'artus'. hoc enim quoque, cum neutro etiam genere 'hoc artu' veteres proferebant, bene secundum quartam declinatur. omnia enim masculina, quae neutra quoque in u desinentia inveniuntur, eiusdem sunt declinationis, ut 'hic tonitrus hoc tonitru', 'hic cornus hoc cornu'. ergo similiter 'hic artus hoc artu'. Plautus in Menaechmis:

Ita mihi imperas, ut ego huius membra atque ossa atque artua
Comminuam.

illud etiam possumus dicere, quod a verbo 'arto artas' rei vocabulum fit 'artatus' et per syncopam 'artus', quomodo a 'poto potas potatus potus'. ideoque nomen etiam, quod significat ἄρθρον, id est 'artus', quia vocabulum rei est simile, et eandem servavit declinationem quomodo 'exercitus', 78 'saltus', 'magistratus'. et forsitan ideo etiam 'acus' ab acutu, 'portus' a portatu, 'lacus' a laqueatu, 'sinus' a si|nuatu, 'currus' a cursu, 'gradus' a gressu nata primitivorum servant declinationem, quomodo univoca fixa. a portu compositum tam masculini quam neutri generis invenitur et secundae declinationis, 'hic angiportus' et 'hoc angiportum, huius angiporti'. sic Plinius Secundus in I artis grammaticae. Terentius quoque in adelphis:

Id quidem angiportum non est pervium.

idem in Phormione:

Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum.

'gradus' quoque quartae est, ut ostendimus, et 'sinus'; dicitur tamen 'hoc sīnum' i producto et significat vas. Varro de vita populi Romani

2 declinatur] *rh* declinantur *R* (*H*?) declinationem *BK* 3 desinentia] *r* desi *R* 4 tonitruus *G* hoc *ante* tonitru *in lit. b* 5 hoc *ante* artu *in lit. b* *Plaut. Menaechm.* V 2, 102 *sq.* (*v.* 855 *sq.*) menechmis *RBH* menechenis *GK* mechenis *L* menech*mis (i) *D* 6 mihi imhi imperas *R* īmbra *D* ossa artua *GLK* 9 possimus *D* rei] *d* ei *D* 10 et *add. r* . Quomodo *H* 11 ἄρθρον] *in litura l* ΑΡΘΡΩΝ *R* apepo *GK* in uocabulum *Aa* uocabulo *BDGL* *uocabulo (a) *H* a uocabulo *K* 12 similem *GLK* (*R*?) et *om. BD del. a* exercitus *H* 13 etiam *om. G* arcus *Gg* arcitu *Gg* acuto *RD* portas *Dd* 14 laquaeatu *D* 15 gresu *G* nata *add. k* nata aequiuoca ******** primitiuorum (CYNONYMA) *B* declinationem *add. r* quomodo exercitus *G* OMONYMA *post* uniuoca *adras. in B* 16 et fixa *H* generis quam neutri *GL* 17 anguiportus *Rr* anguiportum *Rr* huius angiporti] *a* huius angiportis *K* his angiportis *RBADHGL* aī huius angiporti *r* 18 plenius *GK* saecundus *R* II. *K* *Plinius Secundus in art. gramm. lib.* I *ap. Lerschium Sprachphilosophie der Alten* I *p.* 183 primo *h* prima *H* *Ter. adelph.* IIII 2, 39 19 quoque *om. L* adelfis *GL* 20 Id] ·i· *K* ***iportum *H* aggiportum *h* *post* angiportum: non est — angiportum *om. R* *add. r*, non *om. D* 21 *Ter. Phorm.* V 7, 8 formione *AL* 22 hic *Bas.* concedam in *Hh* concedam transire uos in *B* hunc *etiam duo codd. Ter. Bentl. Bemb. Bas.* proximum] *b* **ximum *B* 23 . Et sinus *H* tamen et hoc *ADHr* 24 signum *D* i producto in neutro geñ. in masculino corp̃. et *H* *Varro de vita p. R. lib.* I *p.* 239 *ed. Bip. cf. Non.* 547, 21 *v. etiam Varr. de l. L.* V § 123

p. 714. 15 P. p. 272. 73 K.

libro I: ubi erat vinum in mensa positum aut galeola aut sinum. Virgilius in bucolico:

Sinum lactis et haec te liba, Priape, quot annis.

sed hoc etiam masculino quidam protulerunt. Plautus in Curculione:

hic cum vino sinus fertur.

forte igitur etiam differen||tiae causa hoc secundae, illud quartae declinaverunt. 'currus' similiter excipitur, quod quartae est declinationis, ut ante docuimus. et possumus non inverisimilem de his omnibus rationem, ut superius demonstravimus, reddentes dicere, quod ea, quae a participiis derivantur in 'us' desinentia, si sint fixa, quartae sunt: | 'portatus portus', 'artatus artus', 'arcuatus arcus', 'laqueatus lacus', 'acutus acus', 'sinuatus sinus'. a cursu quoque vel 'curro currus', a gressu vel 'gradior gradus'. adeo autem cognatio est currus ad cursum, quod diminutivum 79 pro cursu accipitur. Cicero pro Marcello: nec fas esse ducebam, versari me in nostro vetere curriculo. quomodo igitur, si essent participiis similia, fixa quartae proferrentur declinationis, sicut omnia quae similia sunt participiis non mobilia, sic etiam per syncopam prolata vel mutatione consonantium ante 'us' positarum eandem tamen declinationem servaverunt. nec mirum in nominibus hoc fieri, cum etiam ipsa participia inveniuntur est quando per syncopam prolata, ut 'potus' pro 'potatus', 'cretus' pro 'creatus', 'dictus' pro 'dictatus', 'saucius' pro 'sauciatus', 'truncus' pro 'truncatus', 'lassus' pro 'lassatus'. 'tonitrus' quoque et 'cornus', quando sint masculina, notantur, quod quartae sunt. nam plerumque neutra inveniuntur, 'hoc tonitru', 'hoc cornu', de quibus

ibique Od. Muellerum 1 mensam *libri Non.* galleola *Rr* gal⁎eola(l?) *L* 2 sinu *et* senu *libri Non.* *Verg. ecl.* 7, 33 bocolico *A* bocolico *K* bocō *G* bucō *L* 3 te] *sic etiam Ver.* tibi *GL* lib⁎⁎a (us) *Pal.* Priape *a pia quadam anima eras. in H* quot annis] *dk* quod annis *DK* cotannis *Rr* 4 quidam] *r om. L* quidem *R* *Plaut. Curc.* I 1, 82 (*v.* 82) gurgulione *l* 5 *f.* eine, *unde incipit versus Plautinus, excidit post* Curculione fertur forte igitur *K* fertur forte, igitur *G* 6 diferentiae *L* deferentiae *G* 8 non inverisimilem] *AH ex corr.* non inueniri similem *RDGL et AH pr.* uerisimilem *dh et in mg. r* ⁎⁎⁎⁎⁎⁎⁎⁎⁎ (ñ inueniri) similem *K* ⁎⁎⁎ inueuiri similem (non) *B* 9 quae ea participiis *Rr* 10 us *in litura h* portatus *add. r* portatus portus] *ex corr. G* portus portatus *LK et G pr.* 11 artatus artus] *ex corr. G* artus artatus *LKr et G pr.* arcuatus] *rh* arcitus *RADHGLK* 12 gresu *GL* 13 *post* diminutiuum: curriculus *add. R* currus *BADG* currus *Kk* currus id est curriculum *H* currus curriculus *vel* currus, curriculus *edd. ante Krehlium* 14 *Cic. pro Marcello* 1, 2 nec fas] nefas *r* ne fas *B* 15 uestro *v. l. librorum Cic.* uertere *Rr* ueteri *plerique libri Cic.* curriculo pro cursu. *H* 16 proferrentur] *rah* proferr⁎ntur *H* proferentur *RBAD* proferuntur *L* proferuntur *K* sicut] sic *D* 17 quae *spscr. in K* participiis similia sunt *GL* mobilia ut est uisus sic *B'* sic] sin *Dd* sicut *H* 18 mutationem ante *B* 19 nominibus] *rh* omnibus *RBH* cum *K* partitipia *R* 20 est quando inueniuntur *h* ⁎st quando inueniuntur *K* 21 pro dicatus *K* sautius pro sautiatus *D* 22 lasus pro lasatus *L* tronitrus *L* 23 sunt *AGLKd* masculina sint *Hh* quod *in litura g* 24 inueniuntur neutra *GL*

p. 715. 16 P. p. 273. 74 K.

supra quoque docuimus. quomodo autem quaedam quartae declinationis nomina etiam secundae regula protulisse superius vetustissimos ostendimus, sic ex contrario, quae | debuerunt secundae esse, quasi quartae est quando declinaverunt, ut 'hic sibilus huius sibilus', 'vadus', 'vulgus', 'fretus'. Sisenna in XII historiarum: procul sibilu significare consuli coepit. excipitur etiam 'lepŭs leporis', quod solum in 'us' correptam desinens masculinum tertiae declinationis invenitur. nam 'vetŭs veteris' commune est trium generum et 'Ligŭs' quoque 'Liguris' commune. Sallustius in II historiarum: sed ipsi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat Corsa nomine, Ligus mu||lier. invenitur tamen etiam in 'ur' desinens, 'Ligur', ut Lucanus in I:

Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decore
Crinibus effusis toti praelate Comatae.

quamvis 'veter' etiam analogia exigit, ut bene sit dictum. Accius in Hecuba:

Veter fatorum terminus sic iusserat,

pro 'vetus'. quod Capro quoque prudentissime videtur, cum comparativus 'veterior' et superlativus 'veterrimus' 'veter' desiderent positivum. Cato in I originum: Antemna veterior est quam Roma. Plautus in Bacchidibus:

1 supra quoque] *G ex corr.*, quoque supra *GL* *post* quoque: et cornus *add. R uncis incl. r* 2 in regula *B* ostendimus] docuimus *g* ducimus *G* 3 ex econtrario *L* secundae debuerunt *GL* est quando *in mg. add. A* declinauere *H* 4 hic *add. h* huius] *in litura k* haec *ni f. K* huius sibilus *add. r* *Sisenna in* XII *hist. p.* 315 *Kr. p.* 377 *R.* 5 XV. *GL* XI *B* historiarum] *b* histo*** *B* sibilu] *D Vind.* CCCXLVII *h* ('*unus*' *Krehlii*) *Rothius* sibilus *RBAHGLd* sibilus *K* 6 caepit *GLK* solam *D* correptum *L* 8 et ligus *Rr* ligus .oris commone "est quoque' *Gg* ligus ligoris commune quoque est *L* ligoris quoque *K et ex* liguris quoque *corr. B* commune est *D* *Sall. hist.* II 13 *p.* 129 *Kr. cf. Isid. origg.* XIIII 6, 41 9 in *om. GLK* ferrum *K* 10 quaem *K* littora *L* Corsa] *d* causa *D* nominae *B* Ligur *et* Ligurum *vv. ll. edd. Isid.* 11 ut *in mg. K* *Luc. Phars.* I 442 *sq.* 12 tonsa *Hh* decore] *plerique codd. Lucani cum utroque Vossiano* decora *alii;* decora decore *libri;* decore decora *del. rhl;* decore *archetypus Prisciani* 13 effusis] *b* effusi *BL* effussi *GK* toti *Lucanus* totis *libri Prisc.* (*sic ni f. in litura etiam H*) praelate comate *a* p̄. c̄. *AD t sic f. in litura H* * * (p̄. c̄.) *Rr* p̄cum *GLK* p̄lata cōmata *ad mg. l* .poc. *B* comete *Luc. Voss. A* 14 quamui* (s) *L* etiam ueter *BGL* Accius] *b* Actius *BH* Attius *L* *Att. Hecub. p.* 210 *Both. p.* 168 *Ribb.*, *qui Hecubam ex solo Prisciano cognitam ad Neoptolemum referendam esse censet p.* 321 ecuba *R* ecuba *B* becula *GLK* 15 Veteter *B* iuserat *L* iuserat *K* 16 *Capro: cf. lib.* III § 21 prudentissime *ex* prudentissimo *corr. A* prudentissimo *K* 17 ueterimus *Gg* positivum] *b* possessiuum *B* *Cato origg. lib.* I *p.* 90 *Kr. fr.* 13 *p.* 270 *Roth. fr.* XXI *p.* 28 *sq. Wr.* 18 Antemna] *v. l. a g ascripta* 'uel antemna', Antempna *Lips.* 2 *Krehlii*, Autemnantia *mei omnes, quod f. vel ex gloss.* ueterior *vel ex* Antemna *ortum est, ut* ante a. (ante amnem) *fuerit a sciolo quodam appositum*, *cf. Varronem de l. L.* V § 28 *et Paulum, si dis placet, Silentiarium s. v. amneses p.* 17 *M. et Serv. ad Aen.* VII 631 Antemnatium *coni. Rothius* ueterior *spscr. r* *Plaut. Bacch.* V 2, 30 (*v.* 1150) *cf. lib.* III § 21 bachidibus *RBA* bicchilibus *L* bachilibus *GK*

p. 716 P. p. 274. 75 K.

Senem †tibi dedo illum veteriorem, lepide ut lenitum reddas.

Monosyllaba quoque in 'us' omnia, cuiuscunque sint generis, tertiae XVI 81
sunt declinationis, quae et producuntur. est autem masculinum unum a Graecis sumptum μῦς, 'hic mus muris', quod per obliquos casus producit u, 'mūris mūri', ideoque assumpsit r, quia non poterat u vocalis paenultima produci vocali altera consequente. itaque nominibus monosyllabis u longa est per omnes casus et similis declinatio supra dicti nominis, ut 'mūs mūris', 'plūs plūris', 'iūs iūris', 'tūs tūris', 'crūs crūris', exceptis 'grūs' et 'sūs', quae sola in monosyllabis communia inveniuntur et in nominativo producuntur, in obliquis vero corripiuntur, quod apud Graecos quoque σῦς productum in nominativo reliquos casus corripit. et u paenultima ante vocalem posita longa non invenitur apud Latinos, ut 'ardŭus', 'sŭa', 'fluctŭi', 'rŭo'. sunt autem nomina in 'us' desinentia communia quattuor, duo in 'us' productam monosyllaba et duo disyllaba in 'us' correptam, de quibus supra diximus, 'hic' et 'haec sūs suis', 'grūs gruis'. Virgilius:

Strymoniae dant signa grues.

Horatius sermonum libro II:

discerpta ferentes
Membra gruis, sparsi sale multo non sine farre.

'vetŭs' etiam 'veteris' et 'Ligŭs' (quod in 'ur' terminat nominativum 'Ligur', ut supra dictum est) 'Liguris'. praeterea 'unus', 'ullus', 'nullus', 82
'solus', 'totus', 'alius' quamvis verissima ratione nomina esse ostendantur, ||

1 lepide] *r* lapide *Rh* lapidem *GLK* 3 cuiuscumque *B* 4 est] sunt *r* sunt est autem. Unum masculinum (. Unum *in litura g*) graecis *G* sunt autem unum masculinum graecis *Ll* a *om. K* 5 sumptum] *g* sumtum *GL* μογc *GL* hic mus] *h* humus *H?* quod et per *BAH* oblicos *B* 6 u ut muris *GL* Ideoquae *Rr* assumpsit] *g* adsumpsit *B* adsumsit *D* sumpsit *GL* 7 procid (t) *Dd* sequente *GLK* nominibus] in omnibus *Arhl* in uominibus *DH* 8 u] *rdh* us *RBADHL* 9 crus curis *R* 10 sus et grus *GL* quae sola monosyllabis *Hh* monosyllabis] *b* monasyllabis *B* commonia *G* 11 *post* nominatiuo: producuntur — nominatiuo *om. R add. r* 12 produc in *Rr* reuos *Kk* 13 non inuenitur longua *GL* apud *ex* aput *corr. B* 14 fluctui *Dd* ruo] suo *G* suo *LK* nomina] *ex corr. L* omnia *GK et L pr.* commonia *G* cummunia *K* 15 duo disyllaba *Rr* 16 gruris *B* 17 *Verg. Aen.* X 265 *post* Virgilius: in X. *D* in I georgicon *L* (*cf. georg.* I 120 Strymoniaeque grues *etc.*) dicit *K* in III *add. r* 18 strimoniae *AGd* strimonie *D* istrimoniae *R* strimoniaeque *L* strimonia *K* sygna *D* 19 *Hor. serm.* II 8, 86 *sq.* sermonem liber .II. *R* in sermonum libro II *r* in sermonum lib II *AG* sermonum I. *L* 20 discerta *B* 21 mbra *D* 22 quod et in *B* terminat nominat nominatiuum *Rr* 23 est *om. L* Praetere *R* ullus *add. d, post* nullus *repet. A* 24 ostenduntur *Rr*

p. 717 P. p. 275. 76 K.

ut in pronomine docebimus, tamen pronominum sequuntur declinationem illorum, quae in 'ius' terminant genetivum, 'quamquam inveniantur apud veteres et nominum modo declinata, id est genetivum in i et dativum in o desinentia, nec solum haec, sed omnia, quae simili declinatione proferuntur, sicut iam in superioribus ostendimus. Titinius in barbato:

quod quidem pol mulier dicet,
Namque uni collegi sumus,

'uni' pro 'unius'. Afranius in suspecta:

Adeo ut te satias caperet toti fami|liae,

pro 'totius'. Cato in I originum: nam de omni Tusculana civitate soli Lucii Mamilii beneficium gratum fuit, 'soli' pro 'solius'. idem: qui tantisper nulli rei sies, dum nil agas, 'nulli' pro 'nullius'. Plautus in truculento:

quasi vero corpori reliqueris
†potestatem coloris ulli capiendi, mala,

'ulli' pro 'ullius'. 'alius' quoque tam 'huius alius' paenultima circumflexa quam 'alii' genetivus invenitur apud veteres. Caelius in V: nullius alii rei nisi amicitiae eorum causa, 'alii' pro 'alius' dixit. Caesar in Anticatone priore: uno enim excepto, quem alius modi atque omnis natura finxit, suos quisque habet caros. M. Cato in censura de vestitu et vehiculis: nam periniurium siet, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur, ubi datus est, tum uti eos mutem atque alii modi sim. G. Licinius in II: perversum esse alii modi postulare.

1 pronominae *B* docebimus] *l* doceuimus *B* docuimus *GL* tamen] *h* tantum *H* secuntur *BDHr* sequntur *Gg* declinationem sequntur *K* 2 ius] us *Bd* apud ueteres inueniuntur *GL* 4 sed et omnia *L* 5 iam] etiam *GK* in *add. r* superiobus *H* *Titinius in barbato: v.* § 36 6 pol mulier *ex* mulier pol *corr. K* dicit *AHKr et libri* § 36 7 namque] *L pr.* nanque *K et L ex corr.* colligi *G* colligii *R* collegii *BADHLK* 8 affranius *GK* *Afranius in suspecta: v.* § 36 specta *B* 9 satias] *r* satis *RHGLK* totae *K et quos praeterea l.* § 36 10 *Caton. orig. lib.* I: *v.* § 36 tu|seculana *Dd* 11 soli*(i) *L* mamellii *G* mammilii *K* 12 idem] Idem in secundo *s.* Idem in II. *edd. Cat. fr. inc. v.* § 36 tantis pro *B* nullae *sed ni f. corr. ex* nulli *K* nihil *B* nullae *iterum, ut videtur, correctum ex* nulli *K* 13 *Plaut. trucul.* II 2, 37 *sq. v.* § 36 14 corporis *H* corpori*(s?) *L* 15 Tuo potestatem *Plautus* capiendim *Vet. Plaut.* 16 ulli pro *in lit. et ad mg. b* circunflexa *L et ex* circumflexa *mut. G* 17 Caelius] *d* § 36 Cecilius *RBADGLK* Caecilius *H* *Caelius in* V: *v.* § 36 18 alius *DH* aliae *ex* alii *ni f. mut. K* alii] *hic etiam DH et ex eodem voc. ni f.* aliae *corr. K* 19 Caes*ar(s) *G* *Caesar in Anticat. priore: v.* § 36 Cesar inticatone *D* 20 oms *DGLKa* 21 *M. Cato in censura de vestitu et vehiculis: v.* § 36 vehiculis] *h* ueiculis *Aa* uechiculis *GLK* uehi***** *H* per iniuriam *B* periurium *GK* 22 si et *LK* ob] *rb* ab *RB* eas *Aa* quos et prius *L* 23 tum *ex* cum *corr. K* mutiem *A* mo*tem (r *ni f.*) *L* motem *K* G. Licinius] Glicinnius *H* licinnius *RBAL* *C. Licinii Macr. ann. lib.* II: *v.* § 36 24 .V. *K*

p. 717. 18 P. p. 276. 77 K.

Feminina eiusdem terminationis correptae, si sint arborum nomina, 83 secundae erunt declinationis, ut 'haec ornŭs huius orni', 'haec fagŭs fagi, 'haec pirŭs piri', 'haec cupressŭs cupressi'. excipitur 'quercŭs', 'laurŭs', 'pinŭs', 'cornŭs', 'ficŭs', quae tam secundae quam quartae inveniuntur. Cicero in chorographia: ibi quercorum rami ad terram iacent, ut sues quasi caprae ex ramis glande pascantur. Virgilius in VIII:

Arma sub adversa posuit radiantia quercu.

Statius in VII Thebaidos:

cornu depressus Achiva.

Virgilius in XI:

ferro sonat alta bipenni
Fraxinus, evertunt altas ad sidera pinus.

Cicero in II de oratore: cum familiaris ‖ quidam quereretur, | quod diceret uxorem suam suspendisse se de ficu, amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore, quos seram, surculos. Martialis in epigrammatibus:

Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci.

sin vero in productam 'us' terminentur, ablata s, addita 'tis' faciunt genetivum, ut 'haec servitūs huius servitutis', 'virtūs virtutis', 'salūs salutis', 'senectūs senectutis', 'iuventūs iuventutis'. excipiuntur 'tellūs telluris', 'palūs paludis', quae duo non habuerunt t in genetivo. 'palus' tamen etiam correpta 'us' invenitur apud Horatium de arte poetica:

1 Feminina — cupressi *in mg. add. g* 2 saecundae *G* erunt] sunt *K* haec cornus huius corni *BHk* huius orni] horni *A* .ni *L* fagi *in lit. b* huius. fagi *R* 3 haec *om. DGLK add. g* huius pyri *R* haec *om. GLK* cup̃s .sus *D* cup̃sus cup̃si *L* cup̃sus .si *K* cupressu cupressi *B* huius cupressi *R* Excipiuntur *DGL* 5 *Cic. in chorographia: Cic. ed. Or.* IIII 2, 493 chorographia] *sic RAD* ortographia *GLK* hortographia *BHd* cosmographia (*sed* os *in litura*) *Caroliruh. alter* chosmographia *Zwicc.* 2 chronographia *Zwicc.* 1 *Krehlii* cronographia *Darmst.*[a] *cf. v. l. ad lib.* III § 25 ubi *Rr* ibi quercorum] *d* ibiq; uercorum *D* querquorum *R* 6 ramis(t) *R* glande] *h* claude *D* grande *K* glade *H* *Verg. Aen.* VIII 616 7 VIII*(I) *A* 8 radiantia] *r* radientia *RK cum aliquot libris Vergil. cf. lib.* XIIII § 50 9 *Stat. Thebaid.* VII 647 III *D* tebaidos *K* 10 dep̃sus *GLd* dp̃sos *D* deprensus *Vind.* CCCXLVII *cum Statio* achiua *Rr* 11 *Verg. Aen.* XI 135 *sq.* XII *BGLK* 12 Ferro *ex* Ferre *corr. A* alta] icta *Caroliruh. alter cf. lib.* V § 28 bipinni *DHr* bibinni *K* 13 altas] *sic etiam nonnulli libri Vergil. ex dett.* actas *Med. Pal. Rom.* pinos *Med.* 14 *Cic. de orat.* II 69, 278 q̄dam *G* quereretur] *r* querctur *RK* quaereretur *Da* quaereret *B* 15 ursorem *A* 16 inquit] *ah* inquid *ADHK* ex] de *codd. aliquot Cic.* hista *H* ea *Cic. codd. Lagom. 2 et 36 ex praestantissimis* surculos] *l* serculos *A* sarculos *GL* *Martial. epigr.* I 65, 3 17 grammatibus *L* 18 in *spscr. Ab* 19 productam] *b* producta *B* us productam *gl* terminantur *HGK* 20 seruitus. tis *K* uirtus uirtutis *om. B* 23 oratium *RD* oratium *BAK* *Horat. de arte poet. v.* 63 *sqq.*

p. 718 P. p. 277 K.

Debemur morti nos nostraque: sive receptus
Terra Neptunus classes aquilonibus arcet,
Regis opus, sterilisque diu palŭs aptaque remis.

84 alia nomina eiusdem generis [id est feminini] in 'us' correptam desinentia quartae sunt declinationis, ut 'haec nurŭs huius nurus', 'haec tribŭs huius tribus', 'haec manŭs huius manus' - ex quo compositum eius declinationem sequitur, 'hic centimanŭs huius centimanus'. Horatius in II carminum:

Testis mearum centimanus †gygas
Sententiarum -,

'haec anŭs huius anus'. nam Terentius contra hanc regulam in heautontimorumeno dixit 'anuis' more antiquo:

ipsam offendimus
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anuis causa, opinor, quae erat mortŭa.

excipitur 'haec alvŭs huius alvi', quod veteres frequenter masculino genere protulerunt. Accius in annalibus:

ut quam fragilissimus alvus.

Cato ad filium: ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis, ex cataplasmatis, ex alvo lavando. Cinna in Smyrna:

1 debemus *ADHLKr* nostra quae siue *BK* nostraque sive receptus] *a* nostra quaesiuere ceptus *A* nostra quesiue re.ceptus *H* 2 clases *GL* classis *v. l. ap. Hor.* 3 sterclisque *BH* sterilisue *pars codd. Horat.* 4 nomina] omnia *BHK* 6 declinationem eius *L* declinationem *in marg. add. k* declinationem ÷ sequitur *G* 7 sequimur *H* huius centimanus *om. D* oratius *K* *Hor. carm.* III 4, 69 *sq.* 9 gygas] *R* gigas *ADLK et libri lib.* XVII § 152; *atque sic* gygas *vel* gigas *libri Horatiani fere omnes et h. l. et carm. lib.* II 17, 14; *al.* Gyges *et, quod apud Hor. recipiendum est,* Gyas. *Prisciani vero codex et ipse s.* gygas *s.* gigas *pruebuit.* gigans *BH* II *libri f. carm.* II 17, 14 *memores* carminum II *K* 11 *Ter. heautontim.* II 3, 44 *sqq.* eautontimorūmenon *R* ea_utontimorumenon *A* eautontimorumenon *DH* eutantamor̃ *G* eutantomor̃ *L* eaeutontamoromeñ *K* 13 offendimus *Rr* 14 ligubri *K* 15 casa *H* casa *K* 16 huius *om. G* 17 protu•lerunt (l) *G* protulerẽ *A* accius *Rr* actius *H* *Att. annal. p.* 177 *fragm. hist. Rom. ed. Kr. cf.* *Non.* 193, 25 18 fragillissimus *HG* al•us (i) *A* *post* aluus: Persius [*sat.* 1, 17] liquido cum plasmate *B*, *quod est gloss. ad* cataplasmatis, *lin.* 20. *pertinens* 19 Cato ad filium] Cato in epistula ad filium: ex dolore — bibendis. *lib.* VII § 59. *epistularum fragmentis haec inseruit Lion p.* 49, *at v. O. Iahnium in act. soc. scient. Saxon. cl. hist. phil a.* 1850 *p.* 267, *qui docet referenda haec esse ad isagogen commentarii.* 'quo medeatur filio, servis, familiaribus' *ap. Plin. nat. hist.* XXVIIII 8, 15, *ipsum vero hunc commentarium partem effecisse eorum librorum,* 'quos scripsit ad filium': *cf. Böckhium in act. acad. Berol. menstr. a.* 1854 *p.* 280 *Fleckeisenum Caton. poes. rell. p.* 14, *qui prudenter nostro loco pedestrem orationem vindicaverunt* frebri *Rr* mendicamentis *D* 20 cataplasmatas *H* caplasmatis *L* al•uo *L* leuando *R* labando *B*

C. Helvii Cinnae ex Smyrna fr. I *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 187 *sq.* smirna *LK*

p. 718. 19 P. p. 277. 78 K.

At scelus | incesto Cinyrae crescebat in alvo.

itaque secundum hoc genus bene declinatur 'alvus alvi'. Virgilius tamen femininum hoc protulit in II:

In latus inque feri curvam conpagibus alvum.

'humŭs humi': hoc etiam neutrum in 'um' desinens invenitur apud veteres, 85 secundum quod oportune hanc declinationem servavit Lae||vius in Adone:

Humum humidum pedibus fodit.

Gracchus in Thyeste:

Mersit sequentis humidum plantis humum.

'domŭs huius domi' et 'domŭs huius domus'. Terentius in eunucho:

domi focique fac vicissim ut mèmineris.

Virgilius in VI:

Hic labor ille domus et inextricabilis error.

Ovidius in IIII metamorphoseon:

domui communis utrique.

'colŭs coli' et 'colus'. Virgilius in VIII:

Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva.

Statius in VI:

sed huius

Extrema iam fila colu, datur ordo senectae.

'Venŭs Veneris' quoque excipitur, quod solum proprium femininum in- 86 venitur Latinum in 'us' desinens correptam. et forte ideo sic declinatur, ne, si 'Venus Veni' declinaretur, dubitationem haberet genetivus cum 'veni' verbo imperativo. 'incus' etiam 'incudis', quod ponit Nonius Marcel-

1 incaesto *A* incesto *Kk* incestum turpe *cod. Char. p.* 61 *P., quod ex* incesto cinure *corruptum videtur Lindemanno ed. suae p.* 44 *not.* 21, incestum turpi *coni. Weichertus* Cinyrae] *α* cinnae *libri nisi quod* Cirenae, *unus Krehlii* Smyrnae *Burmannus ad Ovid. metam.* X 298 craescebat *D* 2 *Verg. Aen.* II 51 3 II Aeneidos *G* 4 inquae *D* ferit *Verg. Med.* compagibus *RADGLK* 5 in um disinens (dissinens *K*) neutrum *GLK* ures *L* 6 oportunae *BA* Laevius] *ex cod. suo G. I. Vossius castig. et not. p.* 1 *cf. bibl. crit. nov.* II 32 *sq. Weichertum l. l. p.* 41 leuius *BDGLK* liuius *RAHl* *Laevius in Adone: v. Weichertum l. l. p.* 53 *sq. Livii Andronici dramatum reliquiis post alios inseruit Bothius l. l. p.* 7 *cf. Klussmannum Liv. Andr. dram. rell. p.* 5 adonae *A* andone *G* 7 humi**dum *H* *post* humidum: pedibus — humidum *om. R add. r* 8 Graccus *rh* gracus *H* gratus *BDGLK* grachus *A* *Gracchi Thyest. fr. p.* 272 *Both. p.* 196 *Ribb. cf. Weichertum de L. Vario et Cassio Parm. p.* 170 *sq.* in tithes temer sit *L* in tithestener. sit *G* inthithes temersit *K* thieste *R* 9 humidum] *rh* humidumdum *RHK* plantas *Bentleius ad Hor. art. poet. v.* 260 10 domus *post* et *om. K* *Ter. eunuch.* IIII 7, 45 eunacho *L* enuclĭ *D* iunacho *G* iunucho *K* 12 *Verg. Aen.* VI 27 13 lauor *K* inextricabilis *B* 14 *Ovid. metamorph.* IIII 66 15 commonis *Gg* communis utrique *ex* utrique communis *corr. A* 16 *Verg. Aen.* VIII 409 VII *GL* 17 tollerare *G* tenuique *ex* tenui quae *corr. A* mineruam *Rr* 18 *Stat. Theb.* VI 379 *sq.* 19 Sed eius *L* 20 extraema *A* fil*a (i) *A* fisa *Stat. Cass.* colo *Stat. Cass. al.* 21 excipitur *spscr. in B* 23 Veni *spscr. in L* genitiuus *spscr. in K* 24 im*peratiuo *L* Nonius] *r* Nouius *RBALk* Nonnius *H* marcellius *B* *Nonius Marcellus de doctorum indagine (id est operis de compendiosa doctrina cap.* XII) *p.* 523,

p. 719 P. p. 278. 79 K.

lus de doctorum indagine: massa malleis cuditur, unde etiam incus est appellata. cuius quia et genetivi paenultima 'cu' et in verbo 'cudo' eadem syllaba producitur, debet quoque in nominativo produci. 'pecus' quoque femininum 'pecudis' facit, quod etiam neutrum est, 'hoc pecus pecoris'. Caesar in auguralibus: si sincera pecus erat. Virgilius in I:

Ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

vetustissimi | etiam 'hoc pecu', unde 'haec pecua' plurale, dicebant. Hostius in I annali:

Saepe greges pecuum ex hibernis pastibus pulsae.

Plautus in mercatore:

Nec pecua ruri pascere nec pueros nutricare.

item in truculento:

Pecua ad hanc collo in crumina ego obligata defero.

idem in rudente:

Non vides referre me uvidum rete sine squamoso pecu?

et Solinus in memorabilibus de Britannia dicit: ita pabulosa, ut pecua, nisi interdum a pastibus arceantur, ad periculum

31: Stricturae dictae sunt, quae de ferro candenti micant, cum massa malleis cuditur, unde et incus est appellata 1 massa] massa ferri *R* ferri massa *GLK* 2 peneultima genitiui *G* peniultima genetiui *L* 3 cudem *Rr* in nominatiuo quoque *R* 4 feminiuum *Kk* pecodis *Gg* 5 est pecus *GLK* est pecus *Kk* caesar (s) *G* Caesar in auguralibus] *corr. ex* cesa in aguralibus *A* *ad L. Iulium Caesarem haec auguralia pertinere coll. Prisciani lib.* VIII § 15 *docuit Nipperdeius in ed. C. Iulii Caesaris p.* 785 sincera] *d* sincoera *GL* sinceras *D* 6 *Verg. Aen.* I 465, *versus repetitus ex georg.* IIII 135, *unde f.* in II *A* in IIII georgicon *k Vind.* CCCXLVII 7 psaepibus *a* 8 pecu] *L ex corr.* pecus *GK et L pr.* unde *om. GLK* et haec *BHr* paecua *D* Hostius] *I. A. Fabricius bibl. Lat. med. et inf. Latinitatis lib.* VIII *s. v. Hostilius t.* III *p.* 281 *sq. ed. Mansi, cf. Weichertum. l. l. p.* 16 *sqq.* Hostilius *BGLK* Ostilius *RD* Ostilius *AH* 10 pastibus] *r* partibus *RK* pulsi *AHK* 11 *Plaut. merc.* III 1, 11 (*v.* 509) 12 pecua] *sic etiam Ambros. Plauti* peculia *Vet.* pecula *Decurt. al.* 13 Idem *BLd* Iterum *GK* *Plaut. trucul.* V (1) 64 14 adhc *G* adhuc *L* ad hanc ego in crumina obligata *Pall. Plaut.* collo in crumina] collo in crumena *Camerarius* collo In *R* collo nerumina *A* collone rumina *GDK* colone rumina *L* collo neruina *Br* collo neru*** *H* collo neruant *h* defero] *d* deforo *D* differo *G* difero *L* 15 Item *A* *Plaut. rud.* IIII 3, 5 (*v.* 942) *cf. lib.* VII § 55 16 Non vides] Nam uides *Plaut. Vet. cf. Fleckeisenum in Iahnii ann.* LXI 40 *sq.* referre *G* proferre *lib.* VII *l. l. codd. fere omnes* uiuidum *GLK* rete] *rk cum Pall. Plaut.* recte *R* rectum *GL* restem *K* retem *lib.* VII *l. l.* sines | quamoso *B* qua scamoso (*quod ex* scamoso *archetypi scriptura ortum esse patet*) *G* 17 *Solinus in memorabilibus* 22, 2 memorabb. *A* memoralibus *DGK* memorabibus *L* britania *Rr* brittania *KDd* brittania *Aa* brittania *BH* britannia *L* 18 pecua ibi, nisi *Solini edd.* partibus *DdK* apericulum *Rr*

p. 719. 20 P. p. 279. 80 K.

agat satias. praeterea invenitur apud vetustissimos 'intercus intercutis', 87
et proprie 'intercus aqua' dicitur, quam Graeci ὕδρωπα nominant. Plautus in frivolaria:

Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris.

Cato autem quasi adiectivo eo est usus, dicens intercutibus stupris obstinatus pro 'intestinis', ut sit secundum eum 'hic' et 'haec' et 'hoc intercus', id est 'qui' vel 'quae' vel 'quod intra cutem est'. || nec mirum declinationem simplicis sui id quoque servare, quamvis nominativi terminatione mutata, quod in omnibus paene fieri compositis invenimus: 'hoc cor huius cordis, hic' et 'haec' et 'hoc concors concordis'; 'hoc caput huius capitis, hic' et 'haec' et 'hoc triceps tricipitis'; similiter 'hoc corpus corporis, tricorpor tricorporis' et omnia talia. excipitur 'exanguis', quod, quia commune est in 'is' brevem desinens et in e brevem facit neutrum, parem habuit nominativo genetivum 'huius exanguis', quomodo omnia similia.

Graeca, quae apud Graecos in ος desinentia mutant o in u, secun- XVII 88
dae sunt declinationis, ut 'Κῦρος Cyrus Cyri', 'Πύλος Pylus Pyli', 'πέλαγος pelagus pelagi' (sic 'Χάος Chaus Chai'. Ovidius in XIIII metamorphoseon:

1 satias] *r Solinus* satietas *BAGK* sacietas *RDH* satietatis *L* apud] *d* aput *D* vetustissimos] *b* uetussimos *A* uetustis*** *B* intercu*tis *H* 2 propriae *RBH* propere *Dd* ΥΔΡΟΠΑ *GLK* sordida aqua quae inter corium et carnem sit *gloss. in K* *Plaut. frivolar. fr.* 2 *p.* 438 *Both.* Plau[tus in friuolaria: Is mihi] erat bilis querque[ra tussis] *Fest. p.* 257ᵇ, 31. Plautus: Is mihi erat bilis querqueratus. *Paulus p.* 256, 12 3 fribolaria *RADG* friborlaria *H* fribularia *BK* 4 eras *RBADK et in litura H* equa *Rr* tusis *Rr* f*ebris *A* febris querquera *Priscianum scripsisse ait Ant. Augustinus ad Fest. l. l.* 5 *Cato in oratione in Q. Thermum de decem hominibus: v. Fest. p.* 193ᵃ, 10: Cato in Q. Thermum de x. hominibus: rumorem, famam flocci fecit intercutibus (capitas *cod.*) stupris obstinatus, insignibus flagitiis, *cf. Bergkium H. A. L. Z.* 1842, 105, 232 *Meyerum l. l. p.* 42 6 eum intercus hic *Gg* 7 intra] int *L* 8 nominatiui *ex* nominatiuus *corr. L* nominatiui *Kk* terminationem *Rr* 9 poene *B* 10 hic et haec concordis *B* hic et haec et hoc concors. dis *supscr. in K* et hoc *om. L* 12 tricorpor] hic et haec et hoc tricorpor *L* quod non seruat simplicis declinationem sicut supra dictum est *gloss. in K* exanguis] *g* exsanguis *DHGKL* 13 commone *G* 14 gento *A* exsanguis *BDGLK* exsangu**is (in) *H* *post* exanguis: quae faciunt masculinum et femininum in .is. et neutrum in .e. nomit. et gent. aequales s *add. D del. d* 15 quae] qq *A* os *RBADHGK* saecundae *RD* 16 Κῦρος] *l* ΚΙΡΟC *in litura g* CYPOC *L* hyros *A* CYPNC CYPY *Rr* cirus ciri *GL* ΠΥΛΟC, ΠΥΛΙ, *Rr* ΠΙΛΟC. philus. li *G* ΦΙΛΟC philus phili *L* ΠΥΛωC pilus. li *et in mg.* pila arma diuina, pilae siluae montuosae, pilus de capite *Kk* ΠΕΛΑΓωC *R* pelagos *L* 17 ΧΑΩC *Kk* chaus chai *in litura et ad mg. r* *Ovid. metamorph.* XIIII 404 *sq.* XVII *GK* VII *L* metamorphoseo *Rr*

p. 720 P. p. 280 K.

Et Noctem Noctisque deos Ereboque Chaoque
Convocat,

id est 'ab Erebo' et 'a Chao', sicut 'a pelago'), absque illis, quae in ρος desinentia antecedente alia sub eadem syllaba consonante ρος in 'er' vertunt plerumque, ut 'ἀγρός ager', 'Μένανδρος Menander', de quibus supra docuimus. si eiusdem sint et apud Graecos terminationis, in 'is' faciunt genetivum Latinum, ut 'Οἰδίπους Οἰδίποδος, Oedipus Oedipodis' - quamvis Plautus ablativo casu 'ab Oedipo' dixit pro 'Oedipode' in Poenulo:

Nam isti quidem hercle orationi †.Oedipo
Opus [est] coniectore, qui Sphingi interpres fuit _,

'Μελάμπους Μελάμποδος, Melampus Melampodis'. 'Panthus' enim et 'Eunus' et 'Antinus', quae per synaeresim in ους diphthongum apud Graecos proferuntur, cum apud illos secundum integrorum regulam declinantur - id est in ος desinentium: in ου enim diphthongum terminant genetivum _, apud nos quoque debent secundae esse declinationis, sicuti si integra eorum inveniantur, necesse est ea declinare. 'Πάνθοος Πανθόου, Πάνθους Πάνθου'.

1 Erebonque Chaouque, Erebumque Chaoque, Herebumque Chaosque, *vv. ll. dett. codd.* profunditas *Ovidianorum* chaoque *Kk* chaoque ****** conuocat *L* 2 conuocant *B* 3 herebo *A* eribo *G* herebo *b* a *om. BGK add. b* ρως *R* ros *GK* *ros (e) *L* *post* ρος: desinentia — ρος *om. R add. r* 4 ros *GL* conuertunt *BADGKr* 5 ΑΓΡΩC *R* agros *L* ager] pro ager *RBAK et in litura H* ager. ri *G* ΜΗΝΑΝΔΡΟC *G* ΜΗΝΑΝΔΡΩC *R* menándros *L* promenander *A* menander. ri *G* supra *spscr. in K* 6 sin eiusdem *BADH* genitiuum latinum faciunt *GLK* 7 ut *om. L* ΟΥΔΙΠΩΥC ΤΟΥΔΙΠΩΔΟC *Rr* ΡΙΔΙΠΟΙC. ΟΙΔΙΠΟΔΟC *D* ΟΕΔΙΠΟΥC. ΟΕΔΙΠΟΔΟC. *G* oedipoys oedypodos *L* ΟΟΔΙΠΥC ΟΕΔΙΠΟΔΩC *K* ΟΙΠΠΟΔΟC *H* Oedipus Oedipodis] *om. R* oedippos huius oedippodis *r* oedip*us oedippodis *D* oedippus oedippodis *AH* odipus. odipodis *GL* 8 *Plaut. Poenul.* I 3, 34 *sq.* causu *B* cassu *G* Oedipo] *b* **dipo *R* oedippo *AHrd* oedypo *L* *dipo *B* edippode *Rr* eodippode *H* oedypode *L* oedippo‿dein *Aa* penulo *libri* 9 ercle *R* herode *G* herodae *L* herodiae *K* ercleo‿rationi *Aa* eodippo *R* oedippo *ADHr cum Vet. Plaut.* oedypo *L* 10 es *RGL* coniecture *AK* coniacturae *R* coniecturae *HGLra* quis phingi *r cum Vet.* quis pingui *R* quis fingi *AHG* quis fingui *K* qui spigis *h* fingi *L* spingi *l* *scribendum cum Bothio:* orationi est Oedipo | Opus coniectore 11 ΜΕΛΑΜΠΟΙC *Dd* *Μελάμπους Μελάμποδος*] *r* Melampoys melampodos *RL* Melampus] *h* melampos *B* melampois *H* pro Panthus *Kk* Pantus *D* Phantus *BH* 12 eunuchus *H* et antiuus et alciuus *A* ooc in oyc *K* ooc in oyc (*sic*) — declinantur *in mg. add. h* oys *Rr* 13 proferantur *Dd* intigrorum *GK* 14 id est in oc *in litura h* hoc *Rr* ooc *d* *post* desinentium: in oy enim diptongum. apud graecos proferuntur cum apud illos secundum integrorum regulam declinantur. id est in oc desinentium *repetivit deinde del. A* 15 et sicuti *Ah* sicut *r et sic f. in litura H* intigra *GK* in**tegra *L* 16 *Πάνθοος*] *a* ΠΑΝΘΟΥC *A* ΠΑΝΘΩΟC ΠΑΝΘΩΩΥ ΠΑΝΘΩΥC ΠΑΝΘΩΥ *Rr* panthoos panthooy panthoys panthoy *H* *Πανθόου*] ΠΑΝΘΟΥ *BD* ΠΑΝΤΟΥ *K* ΠΑΝΤΟΥC *H* *Πάνθου*] ΠΑΝΘΟΟΥ *D* ΠΑΝΘΟC *B*

p. 720. 21 P. p. 280. 81 K.

et nos ergo 'Panthous Panthoi, Panthus Panthi'. Horatius 'Alcinous Alcinoi' declinavit in I epistularum: ||

Nos numerus sumus et fruges consumere nati,
Sponsi Penelopae, nebulones, Alcinoique.

apud Virgilium tamen nominativus et vocativus secundum Graecorum regulam invenitur prolatus in II Aeneidos:

Panthus Othryades arcis Phoebique sacerdos.

in eodem:

Quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?

Neutra eiusdem terminationis, si sint monosyllaba, producuntur et ablata 89
s, addita 'ris' faciunt genetivum, ut 'hoc ius iūris', 'tus tūris', 'rus rūris', 'crus crūris'. alia vero d vel l vel n ante 'us' posita mutant 'us' in e correptam et accepta 'ris' faciunt genetivum, ut 'hoc pondus huius ponděris', 'vellus | velleris', 'holus holěris', 'munus muněris', 'onus oněris', 'scelus sceleris', 'genus geněris', quod Latinum esse ostendit et declinatio et verbum 'genero generas'. excipitur 'fenus fenoris' - Iuvenalis in IIII:

aere paterno
Ac rebus mersis in ventrem, fenoris atque
Argenti gravis et pecorum agrorumque capacem -,

quod tamen antiqui 'feneris' dixerunt, unde et 'fenero' verbum et 'fenerator' -

1 panthoys panthoy *Rr* phanthous phanthoi phanthus phanthi *B* phantus phanthi *H* Oratius *HGK* *Hor. epp.* I 2, 27 *sq.* alcinous *Kk* 2 alcinoy *HG* 3 numerū *LK* numeros *BA* numero *Dd* sumus *A* consummere *G* 4 penelope *RHGLK* Penelopes *codd. aliquot Hor. dett.* nebuloneis *G* nubulones *K* alcinoque *Rr* 5 aput *Dd* nominatiuum *Rr* et uocatiuus *add. r* gregorum *D* 6 *Verg. Aen.* II 319 (*deficit Rom.*) in *add* (p) *L* aeineidos *R* aenaedos *G* 7 panthoys *GL* phanthus *Hh* phantus *B* panthoy atriades *Kk* othriades *D* athryades *Med.* artis *Rr* archis *A Med.* foebique *AD* poebique *d* pebique *H* 8 *Verg. Aen.* II 322 (*deficit Rom.*) 9 summam *G* loca *A* pantu *R* panthoy *GLK* phantu *H* phanthu *B* 10 syllaba *Rr* 11 s et addita *h* tus] hoc tus *B* 13 ris *add. r* pundus *L* punderis *L* 14 uel t. leris *Dd* olus oleris *Rr* holus holeris *A* olus oleris *B* onus oneris *h. l. om. B* onus — sceleris *h. l. om. H* oneris (h) *D* scelus sceleris] *l* solus soleris *DGK et in litura L* 15 *post* sceleris: olnus olneris (*ad mg.* solus soleris) *add. A* monus moneris *RDGLK* (*supscr.* monitio *in K*), *del. et* olnus olneris *spscr. r* 16 *post* generas: onus oneris scelus sceleris monus moneris (o - o *in* u - u *ab h mut.*) *add. H* onus oneris holnus holneris monus moneris *add. B* foenus fenoris *Rr* faenus faenoris *BDH* foenus foenoris *GK* fonus foenoris *L* fenus fenoris *in* foenus foenoris *hic et similiter per totum h. l. mutavit A* *Iuv. sat.* IIII 11, 39 *sqq.* 18 faenoris *RBDH* faenoris *K* 20 antiqui fuer fenoris *A* feneris] *r* faeneris *RBDH* foeneris *K* et unde et uerbum et foenero *L* et unde uerbum foenero *K* uerbum et fenero *G* fenoro *h. l. A* faenero *D* foenero *K* fenerator *B* foenerator *K*

p. 721. 22 P. p. 281 K.

et 'pignus pignoris' et 'pigneris', unde 'pignero pigneras'. Lucanus in II:

Pignora nulla domus, nulli coiere propinqui.

Iuvenalis in III:

viginti milia fenus

Pigneribus positis.

alia omnia mutant 'us' in o productam quidem, si sint comparativa, et accepta 'ris' faciunt genetivum, ut 'hoc melius huius meliōris', 'hoc felicius huius feliciōris', correptam vero, si non sint comparativa, ut 'hoc decus huius decŏris', 'hoc stercus stercŏris', 'hoc pecus pecŏris', 'hoc frigus frigŏris', 'hoc tergus tergŏris', 'hoc nemus nemŏris', 'hoc corpus corpŏris', 'hoc tempus tempŏris'. excipiuntur ea, quibus verba adiacent e habentia in paenultima syllaba: 'ulcus ulceris ulcero', 'opus operis operor', 'latus lateris latero', 'viscus visceris viscero', ex quo compositum 'eviscero'. Ovidius in VI metamorphoseon:

E quibus una trahens haerentia viscere tela.

et alia tamen paene omnia e habentia ante 'ris' in genetivo habent similiter huiuscemodi verba, ut 'pondus ponderis pondero ponderas', 'sidus sideris sidero sideras', unde compo||situm 'considero' et 'desidero', 'munus muneris munero muneras', 'genus generis genero generas', quae pro o e habent in paenultima syllaba. breviter igitur possumus colligere regulam et sic dicere: omnia neutra supra syllabam in 'us' desinentia, si habuerint verba in 'ero' exeuntia, per 'eris' faciunt genetivum, ut 'pondus ponderis pondero ponderas', 'ulcus ulceris ulcero ulceras', 'latus lateris latero lateras', 'holus holeris holero holeras' - Gn. Mattius:

Meos hortulos plus stercoro quam holero .;

1 et pignoris et *G* *Luc. Phars.* II 370 3 Pignera *Voss. B al. Luc.* coire *BADHGK* 4 *Iuv. sat.* III 9, 140 *sq.* 5 XX *L et in litura G* faenus *BDH* foenus *GK* 6 pigneribus *etiam Pith.* pignoribus *libri Iuv. dett.* 7 Alia uero omnia *K* quidem si] *k* si quidem *K* sint *add. k* 8 genitiuum *add. k* hoc melius melioris *B* hoc felicius huius felicioris] hoc facilius huius .ris *K* 10 huius stercoris *BAHK* huius sterceris *L* huius pecoris *AHGLK* 11 huius frigoris *LK* huius tergoris *LK* huius nemoris *GK* huius corporis *GLK* 12 huius temporis *LK* adeacent *A* 13 syllaba *om. K* ulcus ********* ulceris *L* opero *A* 14 compositum] *r* compositur *R* 15 *Ovid. metamorph.* VI 290 methamorphoseon *R* 16 viscere] *r* uiscera *RGLK* uiscera telo, uiscera ferro, uiscere telum *libri aliquot Ovid.* tela *ex* tale *corr. A* taela *L* 17 poene *RH* pene *r* e *om. B* 18 huiusmodi *H* 19 compositiuum *H* et desidero] *b* ****sidero *B* 21 collegere *G* collegere *K* 23 eris faciunt *in litura r* et ut *Rr* 25 olus *etc. ra* GN. mattius *b* Cn. Mattius *G. I. Vossius de anal.* 1 43 *p.* 494 *ed. Foertsch.* GN. martius *B* gn. m̃. actius *D* ꝺN. m̃. actius *H* Gn̄. m̂. acius *A* gn̄. martius *GLK* accius *R* C. Matius *Wernsdorfius poet. Lat. min.* IIII 569 *sq. Auberti de Matio comm., quae Christianiae a.* 1844 *prodiit, inspicere mihi non licuit* 'quidam poeta' *in thes. Lat. Mai auct. class.* VIII 394. 518: meos hortulos plus olero quam stercoro; 'Caecilius' *ibid. p.* 274: meum hortulum plus holero quam stercoro *cf. Iac. Beckerum philologi* IIII 81 *sq.* *Cn. Mattii mimiamb. fr.* 3 *in comic. Lat.*

p. 722 P. p. 281. 82 K.

alia vero o habent paenultimam correptam, | nisi sint comparativa: 'tempus tempŏris', 'litus litŏris'. excipitur 'virus', quod quidam indeclinabile, quidam secundae declinationis esse voluerunt secundum Lucretium, qui sic protulit:

Liquit enim supera taetri vestigia viri.

idem:

Concoctosque suo contractas perdere viro.

'vulgus' quoque excipitur, quod tam neutri quam masculini est generis et secundum regulam masculini declinatur. similiter 'pus' non habet in usu genetivum, ne, si 'puris' diceretur, esset quantum ad eandem scripturam dubitatio, utrum dativus esset pluralis a puro 'puris', an genetivus singularis ab eo quod est 'pus', quod indeclinabile est.

In 'ys' Graeca sunt tantummodo et tertiae declinationis. mutant enim XVIII 92
ος genetivi Graeci in 'is', ut 'Phorcys Phorcyis', 'Erinys Erinyis', 'amphibrachys amphibrachyis', 'chlamys chlamydis'. sed haec Graece quoque prolata inveniuntur.

In 'aes' diphthongum duo inveniuntur: 'hic praes huius praedis', 'hoc aes huius aeris'.

In 'aus' desinentia feminina sunt et ablata s, addita 'dis' faciunt genetivum, ut 'haec laus laudis', 'haec fraus fraudis'.

fragm. ed. Both. p. 267 meas *Rr* hortulos *A* hortolos *H* plus stercoro *in litura B* stercoro(e) *L* holero *AG* olero *D* 2 Excipiuntur *AD* 3 declinationes *Rr* uoluerunt esse *GL* lucrecium *R* *Lucr.* II 476 5 Liquit] *ra* Liquid *RA* inquit (*i. e.* linquit) *libri Lucretiani* linquit *Prisc. Dresd. teste Krehlio* supera] *Lucretius* supra *codd. Prisc.* tetri *RAGLK* diri *Prisc. de* XII *vss. Aen.* § 144 vestigia] primordia *Priscianus l. l. cum Lucretio* 6 *Lucr.* II 853 7 Concoctosque] *Lucretius* contractosque *libri* contractas] *R libri Lucr. H. A. Kochius mus. phil.* VIIII 305 *sq.* contractans *GKd Lachmannus* contractos *BAL om. HD* 8 neutrius *r* masculini *add. bd* generis est *LK* 9 abet *R* usus *Rr* ussu *G* 10 dicerertur *Rr* diciretur *K* esset *in litura d* tantum *K* 11 pluralis esset *A* 12 indeclinabile] *d* indeclinabilis *D* est indeclinabile *BGL* 13 In is (*sic*) *in mg. inscr. d* tertiae sunt declinationis *G* 14 in ys *R* ut *om. H* ut ** *L* por ut porcis porcyis *R* porcys porcyis *A* porcys porcyis *DH* phorcys phorcyos *h* phorcis phorcis *L* phorcys phorcis *K* Erinys] *om. G* ernys *g* ΕΡΥΝΥϹ ΕΡΥΙΝΙϹ *R* erinys erinis *L* erynys erinis *Kk* eriny erinyis *B* erinyos *h* erinyis — amphibrachyis *om. G add. g* amphybrachys amphybrachyis *D* 15 amphibrachyis] amphibracheis *Rr* amphibrachiys *H* amphibrachis *LK* amphibrachios amphibrachis *h* chlamis chamidis *Rr* clamis clamidis *DG* clamys clamidis (*in* clamydis *corr. a*) *BAL* clamys clamiis *K* grece *B* quoque graece *GLK* 17 In aes dipt. *in mg. inscr. d* duo *om. G* praes] praes fideiussor *A* huius *om. L* praesidis *H* 18 huius *in litura L* 19 In aus *in mg. inscr. d* femina *A* feminini *K* *post* genetiuum: ut haec — genetiuum *om. R. add. r* 20 huius laudis *BADH* haec *ante* fraus *om. H* huius fraudis *BADr* fraudis — genetiuum *in ima pag. abscissum in H*

p. 722. 23 P. p. 282. 83 K.

In 'eus' Graeca sunt et 'us' in i mutantia faciunt genetivum: 'hic Tydeus Tydei'. in huiuscemodi ta|men terminatione quaedam inveniuntur mutatione 'eus' diphthongi in 'es' longam prolata, ut || 'Ἀχιλλεύς Achillēs', 'Περσεύς Persēs', 'Ὀυλιξεύς Vlixēs', in quo Doris sequimur, qui pro Φυλεύς Φύλης, pro Ὀρφεύς Ὄρφης et Ὄρφην dicunt, pro Τυδεύς Τύδης. sic Antimachus in I Thebaidos:

Τύδης τ' Οἰνείδης,

et vocativum in e productam:

Τὸν καὶ φωνήσας προσέφης, Οἰνήϊε Τύδη,

teste Herodiano, qui hoc ponit in I catholicorum. similiter Ibycus

ὀνομακλυτὸν Ὄρφην

1 In eus *in mg. inscr. d* et *om. BDGLK* hic] ut hic *A* et hic *B* ut *GL* tytheus tythei *K* titheus tithei *G* thitheus thithei *L* 2 tidey *A* huius tydei *B* 3 eus] eius *BK* ΑΧΙΛΛΕΙC *Dd* ΑΧΙΑΛΕΙC *Hh* ΑΧΙΛΕΥC *K* ΑΧΙΛΕΙC *G* ΑΧΙΛ*ΗΥC *Rr* achileys *L* achiles *GLK* 4 Περσεύς] *h* ΠΕΡCΕΟΥC *BA* (*H?*) perseoys *R* per*seys *L* Ὀὐλιξεύς] *scripsi cum Hrabano opp.* I 37 *a ed. Colon.* (*cf. Ὀυλίξου Plut. Marc.* 20) ΟΥΛΙ-ΞΕΥC *G* *ΥΛΙΧΕΟΥC (o) *H* ΟΥΛΙ*ΕΥC *L* ΟΥΛΙΧΕΟΥC *BAD* oylixew0*s(y) *Rr* ΟΥΛΙΧΕΟC *K* Ὀδυσσεύς 2 (*in 1 lac.*) uli*es *L* olixes *B* dores *AGLKd* Φυλεύς Φύλης] *Schellenbergius Antimachi Col. rell. p.* 56 phyleys phyles *BD* phyleyec philes *K* phileis phyles *H* phileis pyles *Rr* phileys philes *AL* ΠΗΛΕΥC philes *G* Φυλεύς: Φιλης *π* 5 pro *om. R* ΟΡΠΗΕΙC orphes et ΟΡΠΗΕΝ *G* orpheus orphes et orphen *BH* orpheys orphes et orphen *L* orpheus orphes et orpen *R* horfeus orfes et orfen *A* orphaeus orphaes et orphen *D* ΟΡΠΗΕΥC orphes et or|thydic thideis (thideys *k*) *Kk* ΤΙΔΕΙC tithes *Gg* thydeus tydes *Rr* tydeus tydes *A* tydeys tydes *H* tydeis tydes *B* thydeis thydes *Dd* titheys tithes *L* 6 Si *A* sicut *BH* anthimachus *H* *Antimachus in* I *Thebaidos: fr.* V *p.* 56 *ed. Schellenb. p.* 38 *ed. Stoll.* thebaidis *H* theibaidos *D* 7 ΤΥΔΗC *A* ΤΟΔΕC *Gk* ΤΟΔΕΕ *K* ΤΥΔΕC ΟΙCΙΝΙCEC (*alterum voc. in litura h*) *Hh* thies (*in litura l*) teonides *Ll* tydys teonidys ΤΥΔΗC ΤΕΟΙΝΙΔΗC *B* τ' Οἰνείδης] *Schellenbergius l. l.* τε οἰνείδης *α* ΤΕΟΙΝΙΔΗC *AD* ΤΗΩΙΝΙΔΩC *Rr* ΤΕΟΝΙΔΕC *GK* 8 in ηε *B* 9 *Antimachi Theb. fr.* VI *p.* 56 *sq. Schellenb. p.* 38 *Stoll.* ΤΥΔΗΕ. *Rr* ΤΟΝΚΑΙΤΟΝ *H* ΤΩΝΚΑΙΦΩΝΙCAC *B* ΦΟΝΗCAC *K* ΘΩΝΗCAC *A* ΦΟΝΕΑC *G* ζωγρήσας 2 (*in 1 et 3 lacc.*) μακβ *Schellenbergius* ΠΡΩCΕΦΗC *Rr* ΤΙΡΟCΕΦΗC *D* ΤΙ.ΡΟCΕ.ΘΝC *A* ΤΙΡΟCΕΦΕCO inme *K* ΤΙΡΟCΕΦΕCO.ΙΝΝΙΕ *G* ΠΡΟCΕΦΕC ΙΝΗΥΕΘΙΔΗ *in lac. l* ΟΙΝΗΙΝ *R* ΟΙΝΗΙC *H* Οἰνείδη *cum edd. inde ab α Schellenbergius* ΤΥΔΗC *B* ΤΥΔΕ *A* ΤΥ *D* ΤΙΔΝ *GK* 10 haec *BHGL* *bycus (y) *L* ibicus *D* ybicus *HG* *Ibyci Rhegini fr.* XXII *p.* 160 *sq. ed. Schneidew.* 9 *ap. eund. in del. p.* 341, 10 *ap. Bergkium lyr. Gr. p.* 764 *ed. alt.* 11 ὀνομακλυτὸν] *Schellenbergius l. l. p.* 56 ΟΝΟΜΑΚΑΙΤΟΝ *B* ΟΝΩΜΑΚΑΥΘΩΝ *Rr* ΟΝΟΜΑΚΑΥΤΟΝ *D* ΟΝΟΜΑΚΑΙΤΟΝ *AHG* ΟΝΟΜΑΚΑΥΤΟΗΟΡΦΗ *K* ΟΝΟΜΑΚΑΙΘΩΟΡΦΗ *in litura l* ὀνομάκλυτος Ὀρφήν *coni. Bergkius* ὀνομακλυτὸς Ὄρφη *Schneidewinus p.* 162 ΟΡΦΗ *Rr* ΟΡΦΗΝ *D* ΟΡΦΕ *G*

p. 723 P. p. 283. 84 K.

dixit. et quia Graeci ab huiuscemodi nominativis [id est quae 'eus' in 'ēs' vertunt] vocativum in e longam terminant: ὦ Τύδη, ὦ Ὄρφη, in eo quoque casu aliquando illos sequuntur Latini: 'Achillē', 'Persē'. Ovidius in XIII metamorphoseon:

Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.

ab 'Vlixeus' quoque nominativo proferunt in 'ei' genetivum - Horatius in carminum libro I:

Nec cursus duplices per mare Vlixei.

idem in I epistularum:

Caerite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlixei.

Ovidius in XIIII metamorphoseon:

Neritius Macareus, comes experientis Vlixei -

et ab 'Achilleus' accusativum Graecum protulit Lucanus in X:

famulumque tyranni
Terribilem iusto transegit Achillea ferro.

ex quo apparet, | Latinos quoque tam in 'eus' quam in 'es' haec nomina solitos esse proferre. econtra tamen in quibusdam 'es' productam terminantibus fecerunt Graeci poetae 'eus' pro 'es' proferentes: Ἀντιφατεύς pro Ἀντιφάτης, Γηρυονεύς pro Γηρυόνης, Ἀρεύς pro Ἄρης, ut Sappho:

Cicero in I invectivarum: qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur –, 'insidior tibi'. ex his multa antiqui tam activa quam IIII passiva significatio||ne protulisse inveniuntur, et maxime ea, quae apud Graecos activa habentur et passiva: 'auxilior te' et 'a te', similiter 'administiculor', 'auguror', 'adhortor', 'apiscor', 'abominor', 'consequor', 'amplector', 'adorior', 'abutor', 'admiror', 'antestor', 'aggredior', 'aspernor', 'architector', 'assector', 'argumentor', 'reor', 'vereor', 'solor', 'arbitror', 'blandior', 'consolor', 'conspicor', 'comminiscor', 'complector', 'calumnior', 'carnificor', 'despicor', 'demolior', 'dominor', 'depeculor', 'delargior', 'mentior', 'exordior', 'experior', 'frustror', 'hortor', 'for faris fatur', 'meditor', 'obliviscor', 'metor', 'adulor'. haec plerique deponentia esse con||firmant ideo, quia frequens usus eorum significationis est activae; communia vero esse defendit cum natura ipsius sensus, tum veterum non improbanda auctoritas, a qua quae potuimus a diversis colligere libris exempla proferamus.

Lucilius:

a me auxiliatus siet

1 *Cic. in Catil. or.* I 9, 24 invectivarum] *b* uectiuarum *B* tibi *etiam lib.* XVIII § 146, *Arus. Mess. p.* 253 *Lind.* te *pars codd. Cic.* forum auleum *GL* forum vri a.lium *Kk* pstularentur *G* praestol•arentur *H* praestolentur *v. l. ap. Cic.* 2 insidior i tibi *om. R* De dubitatiuis inter communia et deponentia *inscr. L* 3 maxeme *K* 4 habentur] *rh* habent *RH rell.* adminiculor] *r* amminiculor *RDHGL* et adminiculor *B* adulor amminiculor *d* 5 auguror adulor adhortor *B* adortor *DHr* ••••tor *R* apiscor] adipiscor *rh et in litura l, αxβ Putschius* auspicor *B edd. ante α* (auspichor *3*) abominor] *r* abhominor *RBHGLKd* 6 admiror] § 16 miror *h. l. libri* miror testor antestor *l post* antestor (attestor *edd. ante α*): contestor detestor execror machinor polliceor dignor *in mg. add. l* exequor machinor consector contestor dignor detestor (dignior detector *3*) *edd. ante α* execror, machinor, polliceor, consector, contestor, dignor, detestor *α sqq.; in serie exemplorum infra* § 17 *inter exempla a litera a incipientia inter* antestor, *cui praecedit* testor, *et* aggredior *interponuntur* execror, machinor, polliceor, *et* reor, uereor (*al.* queror), solor, *quae catalogus hic post* argumentor *affert, in* § 18 consequor, *h. l. literae a insertum, in exemplis et in litera a* § 16 *et in litera c positum.* consector, contestor *suo loco intercalantur inter* comminiscor *et* complector, dignor *et* detestor *itidem* § 19 *initio literae d inter* carnificor *et* despicor adgredior *BD* 7 assector] *r* adsector *RBDHK* o 8 consulor *L* consulor *K* complector] amplector *D* a 9 columnior *K* uel depeculor depeculior *G* depeculior *K* 10 dilargior *libri Krehliani v. eius ann. ad* § 19: *et* dilargior *Lindemanno quoque teste Heidelb.*, delargior *tamen H* expedior *D* frus- r r tor *Rr* hostor *Rr* 11 obliuiscor scrutor metor *B* adulor *in exemplorum serie cum* adhortor *coniunctum et post* auxilior *in ipso initio positum ante* administiculor *collocant edd. ante α cum d Lips.* 2 *Krehlii* (*qui cf.* II 524 *sq.*), *ante* auguror *α sqq.; econtra post* metor: morigeror adipiscor assequor queror *add. edd. priores*, morigeror assequor queror *α sqq.* 12 ideoque frequens *L* 13 est *spscr. r* diffendit *K* tam quam cum] quam *GL* quam *K* quam 14 tum] tam *GL* tam *K* inprobanda *B* quas- i quae *H* 15 collegire *Gg* 16 De exemplis confirmantibus haec esse communia *ad mg. L* Lucilius] *k* Licillius *B* Lucillius *b* lucius *GLK* *Lucil. fr. inc.* 122 *Dous.* 121 *Gerl.* 17 siet] *L. Quicheratius in Corpeti ed. sat. Lucil. p.* 253 si est *libri; om. lib.* XI § 29

p. 791 P. p. 366 K.

passive, *βοηθηθείς*. Cassius similiter: adulatique erant ab amicis et adhortati, 'adulati' *κολακευθέντες*, 'adhortati' *προτραπέντες*. Varro: tribunicio auxilio adminiculati, *βοηθηθέντες*. Lucius Caesar: certaeque res augurantur, *οἰωνοσκοποῦνται*, cuius activum Virgilius in VII:

si quid veri mens augurat, opto;

Cicero tamen Verrinarum IIII: ex nomine istius, quid iste in provincia facturus esset, perridicule homines augurabantur. Gaius Fannius: haec apiscuntur, *ἐπιτυγχάνονται*. Fabius Maximus: amitti quam apisci. passive omnia sunt prolata. Verrius: saevitiaque eorum abominaretur ab omnibus passive

ω H .HOIC

1 passiuae *K* actiue *B* BOEΘΘEIC *Rr* BOHΘEIC *G* BO *Dd* casius *DGLK* *Cassius Severus ni f., hunc enim Cassii nomine laudat Prisc. lib.* VII § 55 *idemque significari videtur lib.* VIIII § 53 (*cf. Lindemannum ad Charisium p.* 70 *n.* 20 *ed. suae*); *inter Severi reliquias haec verba recepit Meyerus l. l. p.* 551, *cui tamen ipsi vere iudicare videntur Krausius hist. R. fragm. p.* 165 *et Weichertus de L. Vario et Cassio Parm. p.* 206 *Cassio Heminae ea tribuentes, hisque assentitur Rothius l. l. p.* 290 *sq. fr. Cass. Hem.* 20. '*Cassium*' *vero* '*Eminam*' *pleno nomine et addito annalium libro sexies laudat Prisc.* (*v. ind.*), *ut scieus certe hunc eum afferendi morem ne hic quidem deseruerit: neque vero Cassii Severi exemplum ab hoc loco alienum est, nec ipsum dicendi genus a Cassii Severi aetate, quamvis participii* '*adhortatus*' *usus passivi alterum exemplum non reperiatur* adulati q *L* adulatique — adhortati *ante* adulati *om. G* 2 adortati *R* adhor•ti *H* adulati *om. R spscr. r* adul•ati *L*

A I NΘ

KOΛAKEYΘE••EC *Rr* KOAKEYΘHNTEC *L* KOΛAKEIΘENTEC *K* KOΛAKEYΘENΘEC et *B* adhortati *προτραπέντες om. DHLK* ΠPOTPAΠENTEC.ut prius quę passiue.uarro *B*

c b

3 *Varron. fr. inc. p.* 339 *ed. Bip.* tribunitio *Rr* tribunitio *DHGL* triunitio *K* adminiculati] *r* amminiculati *RDHGL* adminiculanti *B* adminiculatus *lib.* XI § 29

TE li

BOHΘHΘHNTEC *Rr* BOHΘHΘEIC *K* BONΘHΘEIC *GL* Lucius *Rr* Lucius Caesar] *in auguralibus sc. cf. lib.* VI § 86 4 certeque *RH* certe quae *BD* certae quae *G*

A ius

res *ex* rem *corr. B* OIWNOCKWΠ•WYNT•I *Rr* OIWNOCKOΠO *K* cum *Rr* 5 Virgilius protulit in *GL* *Verg. Aen.* VII 273 7 *Cic. in Verr. or.* II II 6, 18 Verrinarum] *r* uarrinarium *R* uarrinarum *H* ipsius *GLK* iste *om. libri Cic. dett.* 8 provincia] *r* prouintia *RDH* perridicule] *sic etiam Cic. Lagom.* 42 *m. pr. et alii* Gaius *nonnulli ex melioribus* perridiculae *D* perridiculi *libri Cic. plerique* 9 Gannius Fannius *Dd* *pertinet hoc fragm. vel ad C. Fannii C. f. Strabonis cos. a. u.* 632 *orationem vel ad C. Fannii M. f. annales, quorum lib.* I *laudatur lib.* XIII § 12 *cf. Meyerum l. l. p.* 201 *Krausium p.* 174; *Fannii hist. fr.* (2) *p.* 312 *tacite inseruit Rothius* adipiscuntur *lh* EΠITYCXANONTAI *R* EΠITΣΓXANONTAY *G* EΠITIXANONTAI *L* EΠYTYΓXANONTAI *K* fauius *BDHGLKr* Fabius — apisci *om. R add. r* 10 amiti *L* apisci] *add. g* adipisci *hk* *ad Q. Fabii Maximi Cunctatoris laudationem funebrem Q. filii hoc fragm. refert Meyerus l. l. p.* 5, *possit etiam ad Q. Fabii Maximi Allobrogici laudationem P. Scipionis Africani minoris* (*v. Meyerum l. l. p.* 250) *pertinere; inter Q. Fabii Maximi Serviliani annalium rell. exhibuit Krausius l. l. p.* 171 *et iterum sine ulla dubitationis nota Rothius l. l. fr. Fab.* 5 *p.* 309 passiuae *H* *Verrii Flacci fragm. v. ap. Odofr. Muellerum in Fest. praef. p.* XVI *n.* 1 11 ab

h

ominaretur] *r* abhominaretur *RBGLK* ab ominibus *D* ab hominibus *BHGLK*

i

1 Orblius *Rr* *pertinere haec videntur ad librum a Suet. de ill. gramm. c.* 9 *l.*, 'continentem querellas de iniuriis, quas professores neglegenter ab ambitione parentum acciperent', 'perialogos', *ut fertur, inscriptum. qui titulus cum aperte corruptus sit, varie temptatus est a vv. dd.* (*cf. quos l. Graefenhanius hist. phil.* II 234 *n.* 23 *et*

p. 791. 92 P. p. 368. 69 K.

dixit. Orbilius: quae vix ab hominibus consequi possunt, ἀνύεσθαι. Petronius:

. . animam nostro amplexam in pectore,

περιπλεχθεῖσαν. Lucilius:

Quin amplexetur qui velit, ego non si|nam me amplectier,

'amplexetur' περιπλεκέσθω. Cicero pro Roscio: quo uno maleficio scelera omnia conplexa esse videantur. Aurelius: ab his Gallos adortos, ex insidiis plurimos necatos, 'adortos' || ἐφορδεύθέντας. Q. Hortensius: abusis iam omnibus locis, 'abusis' καταχρησθέντων. Varro: utile utamur potius, quam ab rege abutamur. Cannutius: turpe est propter venustatem vestimentorum admirari, ut propter turpissime vitam actam contemnere, 'admirari' θαυμάζεσθαι. Cicero pro Murena: publicis lite-

Osannus ed. suae p. 53); *equidem eum crediderim* 'Περιαλουργός' *fuisse, subtiliore quadam, non tamen inficeta eruditione ex Arist. Acharn. v.* 855 *sqq. haustum:* ὁ περιαλουργὸς τοὶς κακοὶς | ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεί | πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας | τοῦ μηνὸς ἑκάστου, *ipsi Lysistrato cum professoribus nil praeterea commune esse libenter concedens.* ominibus *D* 2 AYANYECTAI *Rr* ANTΘCΘAI *D* AHYECΘAI *B* ANYECE.| .u. petronius *G* *Petronii fr. t.* 1 *p.* 867 *ed. Burm. alt.* 3 in *om. lib.* XI § 29 4 ΠΕΡΙΠΑΕΧΘΕΙCAN *GLK* ΠΗΡΙΠΑΕΧΘΕΙCAN *R* ΠΕΡΙΤΙΑΕΧΘΕΙCAN *D* lucius *K* *Lucil. fr. inc.* 74 *Dous.* 73 *Gerl.* 5 qui *Rr* amplectetur *GLK* *post* amplexetur: qui uelit — amplexetur *om. G* 7 amplectetur *LK* ΠΕΡΙΠΛΕΚΗCΘωΝ *Rr* ΠΕΡΙΠΛΕΚΕCΤω *B* ΠΕΡΙΠΛΕΚΕCΕω *DLK* ΠΕΡΙΠΛΕΚΕCω *H* ΠΕΡΙΠΗΕΚΕCΕω *G* *Cic. pro Roscio Am. or.* 13, 37 *cf. lib.* XI § 29 pro Roscio] *k* pro scio *LK* proscio *G* maleficia *Cic. Helmstad.* 8 complexa *RBDK* amplexa *GL* Aurelius] *num* Aurelius Opilius? *historici cuiusdam mentio subesse potius videtur Osanno in ann. antiq. Marb.* 1849, 25, 196, *at Aurelii* 'variae eruditionis voluminum' (*Suet. de ill. gr.* 6), *Musarum prae ceteris, argumentum certe multiplex et ne ab historia quidem alienum fuit* 9 gellos *k* ad*ortos (h) *L* adhortos *RB* ΘΦωΔΕΥΘΗΝΘΑC *Rr* ΕΦΟΔΕΥΘΗΕΝΤΑC *H* ΕΦΟΔΕΥΘΕΝΤΟC *D* ΕΦΔΕΥΘ*ΝΤΑC(Ε) *K* 10 Q.] *om. DH* Quintus *B* que *G* quae *dg* Q. Hortensis *ni f. in litura L* Cič ĩ hortensi* *l* hortensis *GK* *Q. Hortensii fr. inc. apud Meyerum l. l. p.* 378, *dubitantem num ex oratione aliqua an ex libro communium locorum excerptum sit* 11 ΚΑΤΑΧΡΗCΤΕΝΤωΝ *B* ΚΑΤΑΚΡΗCΘΕΝΤωΝ *D* ΚΑΘΑΚΡΕCΤΕΝΤωΝ *R* ΚΑΤΑΧΡΕΘΕΝΤωΝ *G* ΚΑΤΑΚΡΝCΘΕΝΤωΝ *H* ΚΑΤΑΚΡΕCΘΕΝΤΑωΝ *K* *Varron. fr. inc. p.* 337 *ed. Bip., quod vel ad suasiones vel ad orationes Varronis pertineat* utile] *f.* ut illo quam] quae *B* a*(b) *K* 12 Canutius *GL, quae forma nominis et ipsa in lapidibus invenitur v. Murat.* 355, 2; Cannutius *ibid.* 1728, 6 Cannutiae *Grut.* 872, 4 *Murat.* 535, 5; 1395, 8; 1780, 16 canucius *D* C. Antonius *Barthius advers.* IIII 5 *ad P. Cannuti Ciceronis aequalis* (*cf. Cic. Brut.* 56, 205 *et ll. Cluentianae ab Orellio in onomastico Tull.* II 128 *ll.*) *orr. praeeunte Falstero mem. obsc. p.* 37 *hunc l. iure suo rettulit Meyerus l. l. p.* 397; *cur vero orationibus Sulpicianis a Cannutio confictis* (*cf. Cic. Brut. l. l.*) *eum tribuerit haud perspicio* praeter *Dd* 13 ammirari *GL* ut] ut *L* non *K* et *edd. ante Putschium* uictam *GLK* actam] ** (ac *ni f.*) *L* contemnere *in loco mutilo mutare non ausus sum* condemnare *G* condemnari *L* contempnare *K* non contempnere *Lips.* 1. 2 *Krehlii, Krehlius* contemni *α Putschius* non contemni *Meyerus, f.* non tempnere 14 ammirari *G* ΘAYMAZECTI *Rr* ΘAYMAZECTI *D* ΘAYMAZECTE *H* ZAIMAZECTI *GL* TAIMATECTI *K* *Cic. pro. Mur. or.* 9, 20 puplicis *G* lateris *GL*

ris testata sunt omnia, 'testata' passive, *μαρτυρηθέντα*. Aelius: inpubes libripens esse non potest neque antestari, *προδιαμαρτυρηθῆναι*. Cato in IIII originum: duo exules lege publica ex-
17 ecrari, passive, *καταραθῆναι*. Sallustius in III historiarum: at Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat, 'machi- 5
nata' passive dixit. Metellus Numidicus in oratione, qua apud populum G. Manlio tribuno plebis respondit: nam ut aliis plerumque obvenienti magistratu ob metum statuae pollice-antur, passive, *ἐπαγγελθῶσιν*. 'reor' quoque et 've|reor' et 'solor'.

an ΘΥΡΗΘΝΤΑ

1 testata passiue *K* · passiue *B* pasiuae *G* ΜΑΡ******** *Rr* ΜΑΡΤΥΡΗΤΕΝΤΑ *L* ΜΑΡΙΥΡΗΤΕΝΤΑ *G* ΜΑΡΙΥΡΝΕΕΝΤΑ *H* ΜΑΡΙCΡΕΤΕΝΤΑ *K* Aelius] *i. e. C. Aelius Gallus in libris de verborum, quae ad ius civile pertinent, significatione.* C. Aelius *Lachmannus ad Gaium* I 119 *et in Zeitschrift f. gesch. Rechtswissenschaft* XI *p.* 116 *sqq. et* Celius *certe h, quae manus cum olim mihi visa esset pr. m. vestigia presse sequi (v. Ien. A. L. Z.* 1844 *p.* 728), *libro iterum inspecto* C *literae similem quidem ductum in H exaratum fuisse etiamtunc agnovi, num ipsa* C *scripta fuerit, pro certo affirmare haud audeam.* melius *RDGLK Heidelb., quod pro* Aelius *posuit cod. Guelf. Quint. inst.* I 6, 36. M. Liuius *B* Liuius *in D ascripsit Bongarsius*, manlius *Carokiruh.* 2. Laelius *Lipsienses Krehlii* M. Aelius *π* 2 inpubes] *ex corr. h* impubes *GLK* libri-

s

pens(s) *H* libri penęs *D* libri penisise non *G* non est neque *L* ΠΡΟΔΙΑΜΑΡ-

H E

ΤΥΡΗΤΕΝΑΙ *Rr* ΠΡΟΔΙΑΜΑΡΤΥΡΕΘΕΝΑΙ *GL* ΠΡΟΔΙΑΜΑΡΓΥΕΡΗΘΗΝΑΙ *K* ΠΡΟΔΙΑ.ΜΑΡΤΥΡΝΕΝΝΑΙ *H* *προςδιαμαρτυρηθῆναι Salmasio praeeunte Lachmannus in actis l. p.* 117 *sq.* 3 *Caton. orig.* IIII *p.* 111 *Kr. fr.* 89 *p.* 282 *Roth. fr.* LXXXV *p.* 54 *Wr.* legem *L* publicam *L* puplicam *GK* lege publicati et execrati *Wagenerus, tacite respondens quaestioni Wolfianae ad or. de domo sua c.* 8 *propositae* execrari] *rd* exsectati *h* et execrassi *R* et execrari *B* et exsecrari *HG* et execrari *DLK* execrati *3* 4 ΚΑ-

ΘΗC

ΤΑΡΑΘΗΕΝΑΙ *Rr* ΚΑΤΑΡΑΘΕΝΤΕC *DH* ΚΑΤΑΡΑΘΗΝΤΕC *GL* ΚΑΤΑΡΑΘΗΤΕC *K* ΚΑΤΑΠΡΑΘΕΝΤΗC *B favens aliquatenus coni. Wagenerianae Sall. hist.* III 38 *p.* 222 *Kr.* III] *Debrossius (fr.* III 114), *cuius tamen rationes iure suo impugnavit Kritzius de C. Sallustii Cr. fragmentis a C. Debrossio in ord. digestis p.* 42 *sq., Gerlachius in ed. Sal. a.* 1832 *p.* 223, 20 *cf. tamen eundem p.* 223 *ed. a.* 1852, *v. Kritzium et ad h. l. p.* 223 *et ad fr. lib.* II 48 *p.* 154 *sq.* II. *libri* ad *RBDH* 5 Lucullum] *rd* luculum *RDHGK* luculi *L* · machiuanta *H* *post* machinata: fames — machinata *om. B* 6 *de Q. Caecilii Metelli Numidici* or. qua apud populum G. Manlio trib. plebis respondit *v. Meyerum l. l. p.* 273 *sq., qui coll. Sall. Iug. c.* 73 *docuit or. hanc dictam esse adversus Manlium Mancinum tr. pl., quem tamen C. non Cn. nominare debebat ex consentientibus librorum Gell.* VII (VI) 11, 2 *et Prisciani testimoniis, quibus l. Sall. l. accedit Paris. z Gerl.* metellius *L* numedicus *GLK* aꝑ ill populum *G* 7 populos

B Manlio] *cum multis libris Sallustianis et Gellio ll. ll. cod. Prisc. bibl. Genof. Paris. saec.* XI *a Duebnero in Meyeri orr. R. fr. ed. Paris. p.* 205 *laudatus, edd. ante Krehlium omnes* manilio *libri Prisciani et mei et Krehliani omnes cum nonnullis Sallusti codd.* (mamilii, mallii *etc. al.*), *Krehlius 'non ignorans, Mamilio nomen fuisse isti tribuno plebis'* TR.P. *B* aliis] alius *unus Krehlii, ex quo libro* alias *laudat et probat Meyerus l. l. p.* 274 8 obuenienienti *H 'an* aduenienti?' *Meyerus* m̃g tractu *L*

E

9 passiue *L* ΕΠΑΓΓΕΛΘΩΝCΙΝ *B* ΠΑΤΤΗΑΗΩCΙΝ *r* ΕΠΑΓΓΑΘΩCΙΝ *G* ΕΠΑΓΓΑΘΟCΙΝ *L* ΕΠΑΓΓΕΩCΙΝ *K* vereor] queror *RDH* quaeror *B. at* uereor *GLK h. l., libri omnes supra* § 15 *idque loco Afranii alluto testatur Gell.* XV 13, 1 *et* 3; *exemplum certe eiusdem usus ad* queror *pertinens non novimus. cf. Struvium üb. die lat. Declination und Conjugation p.* 116 *sq., qui* reor quoque et queror et solor *pro insiticiis habet.* queror et uereor *h* *post* solor: passiue proferuntur *add. r*

p. 792 P. p. 370 K.

Cicero ad Nepotem: hoc restiterat etiam, ut a te fictis adgrederer donis, 'adgrederer' passive dixit, *ἐνεδρευθῶ*. in eodem: qui habet ultro appetitur, qui est pauper aspernatur, passive, *ἐξουθενεῖται*. Nepos: aedis Martis est in circo Flaminio archi- tectata ab Hermodoro Salaminio, 'architectata' passive posuit, *ἀρχιτεκτονευθεῖσα*. Ennius:

adsectari se omnes cupiunt,

'adsectari' passive, *ἀκολουθεῖσθαι*. Alpheus philologus: Themistocles cum a formoso adsectaretur, passive, *ἠκολουθεῖτο*. Aufustius: omnia argumentata nomina, 'argumentata' passive, *πιστωθέντα*. Caelius: ex scriptis eorum, qui veri arbitrantur, pas- 18 sive, *ὑπολαμβάνονται*. Verrius:

Blanditusque labor molli curabitur arte,

'blanditus', *κολακευθείς*, passivam habet hic significationem. Asinius Pollio: sed cum ob ea quae speraveram dolebam, consolabar

1 Cicero *om. G* *Ciceronis ad Cornelium Nepotem epp. ex lib. inc. fr.* 1 *p.* 462 *Or.* restiterat] *l* resteterat *GL* restarat *d* factis *B* aggrederer *GLr* aggredi- Δ Θ
rer *K* 2 aggrederer *GLr* aggredirer *K* ΕΝΕΔΡΕΥΤω *DH* ΕΝΗΔΡΗΥΤω *Rr* ΕΝΕΟΡ- ΤΥΤω *K* ΕΝΕΔΡΤΥΤω *L* ΕΝΕΔΡΤΙΤω *G* *Ciceronis ad Cornelium Nepotem epp. fr.* 2 *l. l.* 3 pauper] asper *BDHGLK del. g* passiue *add. b* passiuae *DH* ΕΖΩΥΘΗ- IT
ΝΗΥΘΑΙ *Rr* ΕΖΟΥΘΕΝΕΙΤΑΙ *K* ΕΞΕΙΘΕΝΕΙΤΑΙ *G* 4 *Cornelii Nepotis fr. exemplorum libris inseruit Rothius Aem. Prob. p.* 179 *fr.* 13 aedes *D* flamminio *BDHGK et in* h ta sa a
litura L arcitecta *Bb* 5 ermodoro *L* ermodro *G* hermedoro *b* ⁎⁎lominio *Rr* T T E
salaminino *B* solamino *G* architectata] *rb* architecta *RB* ΑΡΧΙΘΕΚΘΩΝΗΥΘΕΙCΑ *Rr* ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΕΙΘΕΙCΑ *B* ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΥΕΙCΑ *GL* ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΥeisa *K* ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΗΥΕΕΙCΑ *l* 6 Ennius] *inc. libr. rell.* IX *p.* 175 *Vahl.* 7 assectari *GLr* 8 adsecari *R* assectari *GLr* ΑΚΩΛΟΥΘΕΙCΘΑΙ *R* ΑΚΟΛΟΥΘΕΙCΘΑΑΙ *GL* ΑΚΟΛΟΥΘΕΙCΕΑΙ *H* ΑΚΑΛΥΘΕΙ- CΘΑΙ *K* ΑΚΟΛΟΙΘΕΙCΘΑΙ *B* Alpheus philologus] Ateius Philologus *recte, ut arbitror, Osannus anal. crit. p.* 66, *ipse quidem statim in alia omnia abiens* ΑΛpheus *K*
l h
philosogus *Rr* phisologus *B* temistocles *R* temistocles. *D* temestocles *GLK* 9 assectaretur *RGL* *post* passiue: *ἠκολουθεῖτο* — passiue *om. R add. r* ΗΚΟ- s
ΛΟΥΘΗΙΤΟ *B* ΕΚΟΛΟΥΘΗΥΤΟ *r* ΕΚΟΛΟΡΕCΤΟ *G* ΕΚΟΛΟresto *L* ΕΚΟΛΟΝΕCΤΟ *K* Aufurtius *Dd* Aufaustius *L* Aufustius] *cf. Paulum Festi p.* 94, 16 *Falsterum inem. obsc. p.* 25 10 ΠΙCΤΟΘΕΝΤΑ *GL* ΠΙCΤWΘΗΝΤΑ *R* ΠΥCΤWΘΕΝΤΑ *B* ΠΙCΤΟΕΕΝΤΑ *K* 11 Coelius *BDHGLK* *Caelii Antipatri hist. fr. lib. inc. reliquiis post alios inseruit Krausius l. l. p.* 193, *libro primo iure suo Rothius l. l. p.* 314 *fr.* 3; *inter M. quidem Coelii Rufi fragm. inc. collocavit Meyerus l. l. p.* 469, *ut tamen ipse alteram sententiam praeferendam esse censeret* qui] q̃ *GL* veri] uereris *B* 12 ΥΠΟΛΑΜ- A ΠΟ
ΒΟΝΩΝΤΑΙ *R* ΥΘΟΛΛΜΒΑΝΟΝΤΑΙ *D* ΥΠΛΛΜΒΑΝΟΝΤΑΙ *G* ΑΠΠΑΛΒΑΝΟΝΤΑΥ *L* ΣΠΟΛΜΒΑΝΟΝΤΑΙ *K* *de Verrii Flacci versu cf. Od. Muelleri ad Fest. praefat. p.* XVI *n.* 1 14 ΚΟΛΑ- Ε
ΚΕΥΘΕΙC *B* ΚΟΛΛΚΕΥΘΙC *D* ΚΟΛΛΚΕΥΤΙC *Rr* ΚΟΛΛΚΕΥΘC *H* ΚΟΛΛΚΕΥΕC *GK* assinnius *G* Asinnius *DH* assinius *LK* *praeeunte Thorbeckio in comm. de C. Asinio Pollione* o
p. 80 *Polionis orationum fragm. inc. inseruit Meyerus l. l. p.* 495 15 pallio *Dd* spera⁎ueram *B* consulabar *GL* *post* consolabar: ob — consolabar *om. G* ab ea quae tonui (*sic*) *add. g*

p. 792. 91 (93) P. p. 370. 71 K.

ob ea quae timui, 'consolabar' passive protulit. Varro: paupertas enim haec tum non ita nutricata, ut nunc conspicatur, θεωρεῖται, passive dixit. Appius Caecus:

Amicum cum vides, obliscere miserias,
Inimicus sies commentus nec libens aeque,

'commentus' σεσοφισμένος. Varro: Vestales incesti conpertae ansa petuntur incognita, consecuta neglegùntur, 'consecuta' pro 'impe|trata' passive ait. P. Aufidius: si quis alio vocitatur nomine tum cum lis contestatur, atque olim vocitabatur, 'contestatur', μαρτυρεῖται, passive posuit. La||berius:

Vxorem tuam et meam novercam a populo lapidibus
Consectari video,

'consectari' passive posuit, διώκεσθαι. Curio: eum tam invidiosa

im

1 ob] *dh* ab *DHKg* qietenui *Dd* tonui *LKg* consolabar *om. B* consulabar *L* *Varron. fragm. inc. p.* 337 *ed. Bip.; pertinet f. ad libros de vita populi Romani* pauperis *B* 2 tam *K* conspiciatur *B* ΘΕΩΡΗΙΤΑΙ *R* ΘΕΩΡΙΤΑΙ *B* ΕCΤΟΡΙΤΑΙ *GLK* 3 apius *GLK* cecus *D* *Appi Caeci fragmentum ad 'carmen' a Cic. Tusc. disp.* IIII 2, 4 *laudatum recte rettulerunt Niebuhrius hist. Rom.* III 367, *Saalius de Appio Claudio Caeco Colon.* 1842. 4. *p.* 25, *ad quod 'sententiarum' titulus a Festo p.* 317ª, 24 *servatus sine dubio pertinet* 4 obliscere] *Fleckeisenus* obliuiscere *libri* 'fort. miseriai' *Fleckeisenus* miserias ex inimicis; si est commẽntus, *imperativum in* to *latere censens in extremo vocabulo* (caeco *sc.*) *Duebnerus in Meyeri orr. R. fragm. ed. Paris. p.* 10 5 Inimicus] amicus *Niebuhrius l. l. obsequente Saalio* sies] *H* si es *rell., Niebuhrius* *post* commentus *vocc.* nec libens aeque commentus *om. libri Krehliani et mei praeter B; extant in edd. ante Krehlium* (aequae β *Putschius*) nec libens aequae cōmti' *post* caeco *praebet Wallrafianus* 6 σεσοφισμένος] *scripsi.* caeco. ΦΙCΜΕΝΟC *B* ceco. *vel* caeco. *rell.* caeco πεπλασμένος 2 graece πεπλασμένος *Saalius l. l.* *Varron. fr. inc. p.* 339 *ed. Bip.* incesti] *rb* incest* *B* incerti *RL* compertae *Ausonius Popma Varr. opp. p.* 443 *ed.* 1601 conpertas *H* con-

n g

peratas *h* compertas *libri rell.* 7 consecutari ecleguntur *Rr* 8 pro] per *r*

publius

p *Gg* P. Aufidius] *est aut Aufidius Tucca aut Aufidius Namusa, qui una laudantur a Pomponio digest.* 1 II 2, 44; *Tuccam significari putat Huschkius Zeitschrift f. gesch. Rechtswissenschaft* X 340. *ceterum in transcursu liceat annotare in l. Pomponiano, aliis etiam difficultatibus laborante, prava distinctione peccari, si vel* Gaius, Ateius Pacuvius, *vel* Gaius Ateius, Pacuvius, *vel* Gaius Ateius Pacuvius, Labeo Antistius, Labeonis Antistii pater *scribatur: distinguendum enim est* Gaius Ateius, Pacuvius Labeo Antistius, Labeonis Antistii pater; *de Pacuvio praenomine Mommsenium unterital. Dial. p.* 284 *sq. coll. inscr. regn. Neap. Lat.* 276. 389. 5567 *laudasse sufficit; ad ipsum vero hunc Pacuvium Labeonem sine dubio scripta erat Sinni Capitonis epistula prima, teste Gellio noct. Att.* V 21, 10, *ubi de nominis corruptela et alii cogitarunt et equidem olim* (*Sinnius Capito p.* 12 *n.* 14) *perperam cogitavi* alius *L* uocatur *G* 9 cum *om. G* lis] (*sive* stlis) *Huschkius l. l., qui de toto h. l. cf. ibidem p.* 339 *sqq.* hiis *in litura r* iis *DK* his *BHGL* 10 μαρτυρεῖται] ΜΑΡΤΥΡΗΕΤΑΙ *B om. rell.* *post* posuit: συμμαρτυρεῖται 2. *in edd. totum hoc exemplum Laberiano postponitur* *Laberii fragmentis h. l. inseruerunt Stephani fragm. vet. poet. Lat. p.* 144, *Zieglerus de mimis Rom. p.* 53, *qui h. l. ad Laberii Alexandream a Gellio noct. Att.* XVI 7, 13 *laudatam refert.* lauerius *libri* *Laberii fr. inc.* 6 *p.* 217 *Bth.* X *p.* 255 *Ribb. qui:* uxórem tuam ét meam | Nouércam a populo cónsectari lápidibus | Videó 11 et *om. B* 13 ΔΙΩΚΕCΤΑΙ *RD* ΔΙΟΚΕCΤΑΙ *GL* ΔΙΩΚΕCΤΑ *H* ΔΙΟΚΕCΤΑΙ *K* Curio] *scripsi.* Curio. cupio *Lips. uterque teste Krehlio, cuius fides tamen eo sublevatur, quod 'Edd. Ven.' (i. e. 1 et Locatell. a.* 1496 *v. eius praef.* 1 *p.* XV) *et ipse* Curio *praebere dicit: nam 1 certe* Cicero. Cupio *et similiter edd. quotquot inspexi omnes et sic* (cicero *in mg. add. h, sup. lin. Caroliruh.*) *h Caroliruhensis alter.* cupio *H rell. addendus igi-*

p. 791 (93) P. p. 371 K.

fortuna conplecti, passive. Staberius de proportione: non esse positiones regulae, a quibus interdum analogia calumniatur, συκοφαντεῖται. Sisenna: vitam cum dolore et insigni cruciatu 19 carnificatus amisit, 'carnificatus' [id est] βασανισθείς [amisit]. Cicero in oeconomico: homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur, ἀξιοῦνται, passive. Horatius carminum libro I:

bellaque matribus
Detestata.

Quintus Pompeius: me miserum, quem illae feminae despicari ausae sunt. 'despicor' commune accipiebant. Curio pater: nusquam demolitur, nusquam exoneratur pecunia, 'demolitur' passive dixit. Terentius in Phormione:

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda,

μεμελετημένα, 'meditata' passive dixit. Nigidius: omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen ea natura est,

tur hic locus videtur C. Scribonii Curionis C. f. C. n. reliquiis a Meyero l. l. p. 481 *sqq. collectis, demendus fragmentis Ciceronis (libr. inc. var. fr.* 6 *p.* 581 *Or.), astipulante ipso Orellio* 1 furtuna *GLK* complecti *RBDLK* Staberius] *est is Staberius Eros laudatus a Plinio n. h.* XXXV 58, 199, *Suet. de ill. gramm.* 13, *ubi perperam Staberius Hiera nominatur in plerisque edd., Frontone p.* 46 *Nieb., qua de re nimis dubitanter loquuntur Lerschius röm. Diorthosen p.* 10 *sq. (Mus. des rhein.-westph. Schulmänner-Vereins* III 1845, *p.* 236 *sq.) et Graefenhanius hist. phil.* II 233 Staberius *Lerschius l. l.* stauerius *libri* proportione] *d cf. G. I. Vossium de analogia* III 6 *p.* 750 *Eckst. Lerschium Sprachphilosophie d. Alten* I 157 porportione *R* portione *DGLKr* portione de portione *H* 2 positionis *GLr* calumpniatur *R*

3 CYKωΦANTEITAI *Rr* CYKOΦANTITAI *B* CYKOΦANΦEITAI *D* CYKOΦANEEITAI *H* CIKOΦAEEITA *K* CIKOΦAEEITA *GL* *L. Cornelii Sisennae historiar. fr. inc. v. Krausium l. l. p.* 316 *Rothium l. l. fr.* 20 *p.* 377 4 amissit *LK* id est] id *L* Id est carnificatus *B* BACANICTEIC *R* BACANICEEIC *H* BACANYCΘEIC *K* amisit *om. HK* amissit *L* *Cic. oeconomici fr.* 2 *p.* 472 *Or.* 5 eoconomico *B* oiconomico *H* aequonomico *GL* numero] *d* numerum *D* 6 dignatur *Dd* AZYOYNTAI *Rr* AZIOYNTAI *GL* ATIOYNTAI *K* Horatius] *d* Oratius *D* *Hor. carm.* I 1, 24 *sq.* 9 detestata sunt *d* 10 *Q. Pompeius aut cos. a.* 141 *a. C. (v. Meyerum l. l. p.* 198 *sq.) aut Q. Pompeius Rufus cos. a.* 88 *(v. Meyerum p.* 337 *sq.)* põnpeius *H* me miserum] *b* miserum *B* miserumq. mille *GL* misserumq. mille *K* ille *RD* femine *R* 11 Curio pater] *C. Scribonius C. f. Curio, cos. a.* 76 *a. C. v. Meyerum l. l. p.* 347 *sqq. ibique inc. or. fragm. p.* 353 12 demollitur *K* numquam *r* exhonoratur *B* 13 *Terent. Phorm.* II 1, 18 formione *D* formine *H* 14 metata *K* sunt mihi *BK* incommoda mea *H* 15 MEMEAHTEMENA *DH* MHMHAHMHNA *Rr* MEMEAETEMENA *B* MEMEANTEMENAI *G* MHMEAIITEXαNAI(E) *L* MEMEANTEMENA *K* *P. Nigidii Figuli fragm. ad eius de animalibus libros probabili coniectura rettulit Rutgersius var. lect.* III XVI *p.* 273; *de quibus conferendus est Montigny quaestt. in C. Plinii Secundi nat. hist. de animalibus libros Bonn.* 1844 *p.* 37 *sq., docens multa Nigidium ex libris Aristoteliis de animalibus in usum suum transtulisse, quod me fugit de iisdem libris olim disputantem in libello de P. Nigidii Figuli studiis atque operibus p.* 42 *sq.*

Nigidius] *h* Ni***ius *H* 16 quidam *Rr* quicquam *L* ferrum *Rr* est *om. L*

ut cicurari et dominari possit, *δεσπόζεσθαι*, passive 'dominari'. | Lucius Caelius: ubi senatus intellexit populum depeculari, *ἀποσυλοῦσθαι*. Gaius Gracchus: aerarium delargitur Romano populo, 'delargitur' passive protulit. Gaius Memmius: quam stulte conficta, quam aperte sunt ementita, *ἐψευσμένα*. Cicero in M. Antonium libro II: quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat, 'ementitis' *ψευσθείσιν*. Visellius: bonae res per illos a raro initio exorsae ad summum pervenerunt, 'exorsae' id est 'initae'. Nigidius: experienda ratio. Asinius: cuius experta virtus bello Germaniae traducta ad custodiam Illyrici est, 'experta' passive. Accius:

multa inventa expertaque ex hoc sunt bona.

Fenestella: frustratus igitur a spe, devictus in castra se recepit, 'frustratus' *ματαιωθείς*. Laberius:

1 cicurari] *Rutgersius l. l. p.* 295 et curari *G* curari *rell.* ΑΕCΠΟΖΕCΤΑΙ *BD* ΑΕC***ΕΤΑΙ *R* ΑΕCΤΙΖΕΤΑΙ *r* ΑΕCΤΙξΕCΤΑΙ *G* ΑCCΤΙξΕCΤΑΙ *H* ΑΕCΤΙΖΕCΤΑΙ *L* ΑΕCΠξΕCΤΑΙ *K* dominari posuit *BHGLrd* dominari possuit *K* *L. Coelii Antipatri ann. fragm. lib. inc. p.* 194 *Kr. fr.* 61 *p.* 321 *Roth.* Lucius] *1* Lucilius *libri* celius *B* coelius *RHL* caecilius *L* cocelius *G* Cecilius *1* 2 depeculiari *GL* ΑΠΟCΥΛΟΥCΤΑΙ *r* ΑΠΟCΥΛΟCΤΑΙ *D* ΑΠΟCΟΥΛΟΥCΤΑΙ *H* ΑΠΟCΙΔΟΥCΤΑΙ *G* ΑΠΟCΙΔΟCΤΑΙ *L* ΑΠΟC*ΤΑΙ *R* ΑΠΟΥCΑΙ *K* 3 *C. Gracchi or. inc. fr. p.* 246 *sq. Meyer.* Gaius] *om. GLK* G̃. *D* G̅. *H* G. *B* graccus *DGLK* gracus *H* dilargitur *Lips.* 2 *Krehlii, Krehlius, Ecksteinius ad Vossium de analogia* III 6 *p.* 752 4 dilargitur *H Lips.* 2 *et vv. dd. cummaxime laudati* *C. Memmi fragmentum aut ad tr. pl. anni u.* 643 (*v. Meyerum l. l. p.* 277 *sqq.*) *pertinet aut ad C. Memmium Gemellum* (*v. Meyerum p.* 423 *sqq.*)*: utriusque fragmentis inseruit Meyerus p.* 280 *et* 426, *illius orationis pro se repetundarum vel potius huius pro se de ambitu tribuens* G. *B* G̅. *H* g̃ *DGK* g *L* stultae *K* 5 aperta *RH* sunt] quam *K* aementita *D* ΕΨΕΙCΜΕΝΑ *H* Ε*Ε**ΜΕΝΑ *R* ΕΦΕΙΕΜΕΝΑ *r* ΕΙΕΥCΜΕΝΑ *D* ΕΙΕΥΕΜΕΝΑ *GLK* Cicero *add. h* *Cic. Philipp. in M. Antonium or.* II 33, 84 quam diu tu voles vitiosus consul Dolabella, rursus cum voles saluis auspiciis creatus. II 35, 88 quod me de ementitis auspiciis...putares esse dicturum. *ex utroque loco Priscianus excmplum allatum ex memoria procudisse videtur*

marc̄ *L* 6 antoninum *H* antonio *B* qu* *Rr* auspitiis *Rr* vitiosum] *d* niciosum *DH* 7 ΨΕΙC.ΘΕΥCΙΝ *H* ΙΕΥCΘΕΙCΙΝ *D* ΤΕΥCΘΕΙCΙΝ *GL* ΤΕΥΑΕΕΙCΙΝ *K* *Viselli locus cum C. Gracchi, C. Memmi, M. Ciceronis fragmentis coniunctus ad deperditam quandam orationem C. Viselli Varronis, cuius oratorias laudes servavit Cicero, eius consobrinus, in Bruto* 76, 264, *quam ad rhetoricum Viselli cuiusdam opus a Quintiliano inst. or.* VIIII 2, 101. 107; 3, 89 *commemoratum mihi videtur pertinere. rhetori tribuit Falsterus mem. obsc. p.* 123 8 exorse inite *Hh* exorsę initę *B* exorsae initiae *Rr* peruenerint *Dd* exorse inite *Hh* 9 *P. Nigidii Figuli fragm. incertis inseruit Rutgersius var. lect.* III XVI *p.* 288 experta *GLK* *C. Asinii Polionis orationum fragmentis hoc tribuere videtur Thorbeckius de C. As. Poll. p.* 80, *historiis praeeunte Falstero mem. obsc. p.* 23 *recte assignat et ad Tiberium refert Meyerus l. l. p.* 501 Asinius] *r* asinnius *RBDH* assinius *GLK* 10 yllirici *R* illirici *DHL* ilirici *GK* 11 *Accii fr. trag. inc.* 30 *p.* 253 *Bth.* XXIII *p.* 191 *Ribb.* 12 Inuenta multa *Bothius* inuentaque expertaque *K* 13 *L. Fenestellae epitomes fragmentis 'libero quodam arbitrio', iusto scilicet argumento destitutus* (*cf. sobriam de hac epitome Mercklinii de Fenestella hist. et poeta Dorpati* 1844 *p.* 5 *sq. disputationem*), *haec verba inseruit Poethius in diss. de Fenestella hist. scriptore et carminum Bonnae* 1849 *fr.* 32 *p.* 55 *sq.; ad ipsos annales quominus pertinuerint certe nil obstat* finistella *GLK* ΤΕΙC a spe deuictus *in mg. K* recipit *GLK* 14 ΜΑΤΑΙΟΘΕΙC *GLK* ΜΑΘΛΤΩΘΕΛΥC *Rr* Laberius] *Stephani fragm. vet. poet. Lat. p.* 145 lauerius *BDHGLKr* leuerius *R* *Laberii Alexandreae hoc quoque fr. tribuerat Zieglerus l. l. p.* 54 *Laber. fr. inc.* 7

frustramur, inridemur.

Varro: ab amicis hortaretur. Suetonius in VIII praetorum: fasti dies sunt, quibus ius fatur, id est dicitur, ut nefasti, quibus non dicitur. Virgilius in bucolico: ‖

Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Moerim
Ipsa fugit,

'oblita' passive dixit. Horatius in II | carminum:

nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat arcton.

similiter protulerunt tam in activa quam in passiva significatione: 'tutor', 'vador', 'venor', 'velificor' - unde Iuvenalis in IIII:

Velificatus Athos –,

'vociferor', 'veneror' - Virgilius in III Aeneidos:

cursusque dabit venerata secundos –,

'confiteor', 'tueor', 'aggredior', 'stipulor'. in quo illud quoque est ob- 21
servandum, quod activa significatione quomodo passiva ablativo coniungitur, 'stipulor a te' pro 'interrogo te' et 'interrogor a te', quomodo dicimus 'quaero a te' pro 'interrogo te', quamvis sit activum. Iuvenalis in III:

Quantum vis stipulare et protinus accipe, quid do,
Vt totiens illum pater audiat,

subauditur 'a me stipulare'. ecce hic active, Suetonius autem passive protulit in IIII praetorum: Laetoria, quae vetat minorem annis

p. 217 *Both.* XI *p.* 255 *Ribb.* 1 irridemur *RBHGLKd* 2 *Varron. fr. inc. p.* 339 *ed. Bip.* in ab amicis *LK* in abamacis *G* *Suetonius in* VIII *praetorum: Suet. fr.* III 67 *ed. Wolf., ubi hoc fragmentum ad lib.* XVIII § 149, *fragmentum libri quarti praetorum Suetonii ibi l. ad nostrum locum refertur* Seutonius *H* praetorum] *hk* paet•orum *H* prae•orum *K* pratorum *Baehrius Gesch. d. röm. Lit.* II 160 *ed. tert. at v.* § 21 *et lib.* XVIII § 149: *nam tribus his locis et libri in* praetorum *titulo conspirant ipsaque locorum argumenta huic titulo respondent* 3 fasti — bucolico *in lit. b* (ut — dicitur *post* dicitur *om. videtur B*) 4 *Verg. ecl.* 9, 53 *sq.*

5 oblita *Pal. m. alt.* oblit• *m. pr.* mi^{hi} *Rr* uox quod$^{q.}$ mouerim *Med.* Moerim] *d* moerin *DLK* moerum *B* 6 Ipsa fugit] Iam fugit ipsa *Vergilius* fuit *B* fugit •••(git) *H* 7 *Hor. carm.* II 15, 14 *sqq.* oratius *K* U. *GL* sermonum *B*

8 decempedes *GLK* 9 metatam *B* priuatas *H* 12 ·/·uenor ·/·uador *Hk* velificor] *rl* felificor *R* u•••ificor *L* *Iuv. sat.* IIII 10, 174 III. *RBHGLK* 14 uociferor *r et ex* ueciferor *corr. BK* uocifenor *R* *Verg. Aen.* III 460 IIII. *k*

inneidos *Hh* 15 cursosque *Rr* dauit *B* 16 confeteor *L* tueor *add. b* aggredior *ante* tueor *in mg. add. K* adgredior *BDHG* seruandum *G* 17 ablatiuae *R* coniungitur *ex* coniunguntur *corr. H* coniungutur *RB* coniungnitur *K* 19 *Iuv. sat.* III 7, 165 *sq.* 20 IIII *RD* 21 quamtum *D* uis *spscr. in L* quid do *etiam Iuv. Pith. m. pr.* quod do *rh cum Iuv. Pith. m. alt. et dett. plerisque* quiddo *vel* quiddam *al.* 22 audiatur subaudiatur *B* 23 a me stipulari *D* suaetonius *K* *Suet. praetorum* IIII: *Suet. fragm.* III 66 *ed. Wolf.* autem *om. K* 24 IIII] *d* III. *D*

p. 792 (94) P. p. 373. 74 K.

viginti quinque stipulari, ἐπερωτᾶσθαι. Livius in XXXIX ab urbe condita: nec alieni momentis animi circumagi stipularique irato consuli tribunum plebei. Plautus in cistellaria:

Me respondere | postulas: iniurium est,
Stipulari semper me ultro oportet a viris,
Eum quaestum facio, nil viris promittere,

active dixit. idem in Pseudulo:

Minae viginti salvae et sanae sunt tibi,
Hodie quas abs te est instipulatus Pseudulus.

idem in rudente passive dicit:

Ni dolo malo instipulatus sis sive etiamdum siem
Quinque et viginti annos natus.

22 sunt vero alia ex supra dicta forma (id est deponentium), quae passivam solam habent significationem: 'nascor a te', 'orior a te', 'patior a te', 'mereor a te', idque ostendit coniunctio casuum. nam quae vim activam habent, genetivum vel dativum, pleraque autem accusativum casum assumunt, ut 'misereor tui', 'medeor' et 'medicor tibi' - dicitur tamen et 'medico' et 'medicor' et 'medeor te'. Virgilius in I georgicon:

Semina vidi equidem multos medicare serentes.

idem in II georgicon:

1 uigenti *G* ἐπερωτᾶσθαι] *B Putschius, om. rell. lac. in 1 ζητεῖσθαι 2 επερωτασθα: 3 idemque voc. variis modis corruptum praebent edd. sqq.* *Liv. a. u. c. lib.* XXXVIIII 5, 3 XXXIX *Krehlius cf. I. F. Gronovii et Drakenborchii ad Liv. l. l. annott.* XXXIIII *Caroliruh. alt.* XXXIII *libri rell.* alienis *codd. Liv.* 2 mementis *K* circuagi *GLK* adstipularique *Livius indeque Ecksteinius in ed. Voss. de anal.* III 6 *p.* 759 3 consul *GLK* tribunum] *cum Livio I. F. Gronovius ad Liv. l. l.* tribuno. m̃. *RDG* tribuno. m. *L* tribuno mañ *H* tribunum nomen (*sc.* tribunum) *B* tribuno m̃. plebei plautus *K*, *unde homo quispiam doctus coniciat Marco suo Plauto* '*agnomen*' *plebei fuisse* plebis *v. l. libror. Liv.* *Plaut. cistell. fr. v. lib.* III § 29 *astrabae s. clitell. fr.* 24 *p.* 435 *Both. cf. Ladewigium mus. phil.* III 529 *sq.* Plaustus *B* 4 mores pondere *Rr* 6 questum *RDHL* nihil *libri* viris] *r* iuris *ni f.* (*nam huc pertinere videtur haec v. l. in schedis meis, non ad* viris *v. praeced.*) *R* uires *HGLK* iures *D* 7 *Plaut. Pseud.* IIII 6, 6 *sq.* (*v.* 1068 *sq.*) in ipseodolamine. XX *GL* Pseudulo] *h* pseudolo *DH* pseudulo minae] *k* pseodo lumine *K* 8 salue et sane *H* sanae et saluae *Plautus* tibi sunt *H* a te *L* aps te (*vel* abs te) inde est instipulatus *libri Plautini* aps ted est stipulatus *Ritschelius* instipulatur *GL* pseudolus *RBDH* psedolus *GL* 10 *Plaut. rud.* V 3, 25 *sq.* (*v.* 1381 *sq.*) dixit *DHG* 11 sive] sũ *G* niue *Plautus* etiamdum siem *etiam Vet. Dec.* etiamdum hau siem *duce Acidalio Fleckeisenus* si** *Rr* si*m (e) *L* pro siriem *Kk* 12 quenque *K* 13 De deponentibus passiuis et de deponentibus actiuis *L* deponentia *D* 14 significatione *B* 15 idq. *h* id* *H* nam quae] *r* Namque *RB* actiuam uim *L* 16 adsumunt *B* 17 miseor *H* miserior *GK* et medico et medicor] *h cf.* § 25 et medico *RHGLK* et medicor *r* 17 *sq.* et medicor et medeor et medico *D* "te" et medico et medeor *K* 18 et medeor *om. GL* medeor *adras. in B* *Verg. georg.* I 193 in I. in georgicon *K* 19 etquidem *D* multos] *sic etiam Pal. m. alt.* mulos *m. pr.* 20 *Verg. georg.* II 135. *sic etiam Fr.* (*defic. Pal. Rom.*)

p. 792 (94). 96 P. p. 374. 75 K.

et senibus medicantur anhelis,

dativo casui coniunxit. idem in VII:

Sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum
Evaluit.

Terentius in Phormione:

Quas, cum res adversae sient, minus mederi possis, 'loquor verbum', 'precor deum'; quae vero passivam, ablativum cum 'a' vel 'ab' praepositionibus vel dativum, ut 'nascor a te' et 'tibi'. sunt etiam ex his quaedam, quae absolute dicta non egent supra dictis casibus, ut est 'labor', 'morior', 'laetor', 'glorior', 'tumultuor', 'vagor', 'vaticinor'; alia vero, quae, cum videantur activam habere constructionem [id est σύνταξιν] - nam genetivo vel dativo vel accusativo casui iunguntur, tamen passivam vim intrinsecus, id est non alio agente, videntur habere, ut 'obliviscor tui' et 'te', 'misereor tui' et 'misereor te'. sunt alia, quae, si ablativo iungantur, passiva sunt vel communia, sin per se proferantur, absoluta, ut si dicam 'videor a te', passivum est, sin 'videor esse bonus', ut significet τὸ 'δοκῶ', est absolutum. similiter 'moror' commune est et absolutum; modo enim activam, modo passivam habet significationem, modo absolutam: activam, quando accusativo iungitur, ut 'moror te' - Iuvenalis in IIII: 23

morantur
Pauci ridiculum et fugientem ex urbe pudorem,

Terentius in Andria:

ne quod vestrum remorer commodum,

passivam vero, quando ablativo, 'moror a te', absolutam, quando per se profertur. Virgilius in IIII Aeneidos:

Quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater
Destruat?

2 casui iunxit *Dd* coniunxit *B* *Verg. Aen.* VII 756 *sq.* VII] *r* VIII *R* 3 dardanidae *GLk* cuspidis] *h* cupidis *H* hictum *Rr* 5 *Terent. Phorm.* V 4, 3 formione *DH* 6 aduersae *h. l. libri cum Bemb. Bas.* aduorsae *lib.* XVIII § 143 sient *lib.* XVIII *l. l. cum Terentio* sint *RDGLK* sunt *BH* minus] paulo *l. l. cum Ter.* mediri *Rr* 7 precor *B* passiua *B* passiuam *RrG* 8 De deponentibus absolute *L* 9 ex his *om. GLK* 10 ut est *om. GL* est *om. K* De deponentibus passiu non ab alio *L* 11 quae cum] *h* quaecumq. *H* per *ante* actiuam *del. K* per actiuam *G* 12 CINTAΞIN *RG* CINTAZIN *L* De deponentibus communiter *L* iunguntur *Rr* iunguntur *L* 14 te *om. B* misereor *ex* miserior *corr. K* et misereor te] et miseror te *Rg* miseror te *Dd* misereor te *H* et te *BGLK* 16 ut dicam *Rr* 17 τὸ δοκῶ] ΤωΑΟΚω *Rr* commune et *GLK* 19 *Iuv. sat.* IIII 11, 51 *sq.* 20 III *DH* 22 rediculum *HK* et fugientem] *Prisc. hic et lib.* XVIII § 288 *cum libris aliquot dett. Iuv. rectam lect. seruans* effugientem (*sic Pith.*) *vel* fugientem *rell. codd. Iuv.* 23 *Ter. Andr.* IIII 3, 24 24 quod *om. Bas.* remorem *Rr* remoror *B* 25 quando iungitur ablatiuo *h* moror ad te *Dd* 26 *Verg. Aen.* IIII 325 *sq.* 27 mor *K* pigmalion *RBHGK* pigmalion *L* menia *D* 28 distruat *GK*

p. 795. 96 P. p. 375. 76 K.

et sciendum, quod in activis etiam et passivis verbis multa absolute sine coniunctione casus alicuius solent proferri, ut si dicam 'deo volente sanus sum et animo et corpore, nam et sapio bene et video et audio acute'; quamvis enim nullum casum his adiunxi, plenam tamen sententiam demonstravi. hoc etiam in passivis, si dicam 'perturbor' et 'angor' et 'findor' et 'rumpor', et non addam a quo.

Sunt quaedam in o terminantia, quae, cum sint activa, pro passivis quoque solent poni, ut 'lavo', 'tondeo', 'duro', 'calceo' pro 'lavor' et 'tondeor' et 'duror' et 'calcĕor'. sed haec magis per ellipsin consuetudo proferre || tradidit. quod poetae quoque solent facere, ut Virgilius in III georgicon:

incanaque menta
Cinyphii tondent hirci

pro 'tondentur'. idem in II Aeneidos:

Accingunt omnes operi pedibusque rotarum
Subiciunt lapsus,

pro 'accinguntur' vel 'accingunt se'. idem in II:

et a nox humida caelo
Praecipitat,

pro 'praecipitatur' vel 'praecipitat se'.

24 Sunt quaedam, quae, cum sint passiva, sine dubio | tamen inveniuntur ab auctoribus pro activis prolata, ut Virgilius:

bellantur Amazones armis,

pro 'bellant'. idem in II georgicon:

Hoc pinguem et placitam Paci nutritor olivam,

pro 'nutrito'. vetustissimi autem multa sic protulerunt confusa termina-

1 absolutae *H* 2 coniuñctione ********** (coniunctione) *B* proferri solent *K* 3 nam sapio *B* audeo *H* 4 ^{h}is *Rr* 7 De actiuis pro pass. uel de actiuis quibus pro passiuis frequenter utuntur auctores *L* 8 poni *spscr. in K* lavo] *rh* labo *RBDH* uel lauo *d* tendeo *Rr* calcio *GL* lavor] *rh* labor *RDH* labor *K* lauor tondeor duror *L* 9 calcior *GL* ellipsin] *r* ellypsin *B* eclipsin *RHG* elipsin *D* eclypsin *L* uel per apagopam eclipsin *Kk* 10 proferri *BH* poaete *H* quoque *om. LK* *Verg. georg.* III 311 *sq.* 11 III$^{\tilde{e}}$ *K* 13 Cinyphii] *Vergilius* (cinyphi^{i} *Med.*) cyniphii *L* cynyphii *H* cyniphei *R et in litura d* cyniphi *B* cyphiui *G* cynphi *K* hyrci *RD* hircis *Rom.* hirqui *Pal.* 14 tondentur] *rd* tundentur *R* tendentur *D* *Verg. Aen.* II 235 *sq.* 15 accinunt$^{\tilde{e}}$ *Med.* 16 Subiciunt lapsus] *d om. H* s. t. *D* sed uel *B* rt *GK* rṽ *L* 17 *Verg. Aen.* II 8 *sq.* II] eodem *r* 18 a] iam *Vergilius* umida *Pal. Rom. Med.* 20 pro pecipitatur *R* 21 De passiuis e contrario pro actiuis *L* inueniuntur i ab *H* 22 auctoribus] *d* autoribus *D* *post* Virgilius: in XI pictis *add. d v.* § 26 *Verg. Aen.* XI 660 24 *Verg. georg.* II 425 *cf.* § 26. 77 *et lib.* XVIII § 29 25 pynguem *K* placitam] *rk* placidam *RBDHK cum aliquot libris Verg.* nutritor] *k Med. e corr.* nutritur *cum Med. pr. m. Pal. GLK* 26 nutrito] *k* nutrit *GLK* autem] tamen *B*

p. 796 P. p. 376. 77 K.

tione teste Capro: 'adiutor' pro 'adiuto', 'anclor' pro 'anclo' [pro 'perficio'], 'despoliantur' pro 'despoliant', 'deproperantur' pro 'deproperant', 'dispensor' pro 'dispenso', 'delapidor' pro 'delapido'. sunt etiam quaedam activa voce passivam significationem habentia et ex contrario passiva voce activam, sicut supra diximus: 'timeo te, timeor a te', 'metuo te, metuor a te'. Lucanus in V:

Dum metuar semper terraque expecter ab omni.

idem in IIII:

sed regna timentur
Ob ferrum.

Cicero in IIII Tusculanarum: venientia metuuntur. nec mirum hoc inveniri apud nos in his verbis, cum apud Graecos quoque tam activum quam passivum eius significationis verbum accusativo casui coniungitur contra consuetudinem aliorum: dicunt enim 'φοβῶ σέ' καὶ 'φοβοῦμαι σέ'. sunt tamen haec eadem verba absoluta, cum non iunguntur casui accusativo, sed dativo, ut Terentius in Andria:

eius vitae timeo.

idem in eadem:

ei metui a Chryside.

Inveniuntur etiam quaedam passiva, ut supra dictum est, quae figurate accusativo coniunguntur, cum videantur agere ipsi, ad quos passivum refertur verbum - ut Virgilius in II Aeneidos:

Inplicat et miseros morsu depascitur artus,

hic enim dracones agunt in filios Laocoontis, et 'doceor rhetoricam', 'instituor grammaticam', 'moneor iustitiam'. idem in VIII:

Consurgit senior tunicaque inducitur artus,

1 Capro] *ap. Osannum de Capro p. 15 sq.* anclor pro anclo] *K* [a] pro anclo [b] et anclor (a *et* b *a pr. m. profecta esse videntur*) *H* anclo pro anclor *d* anclo et anclor perficior *BDGL et in litura r f. recte* pro perficio] *om. L* pro perficio *Dd* pro perficio *Hh* perficior pro perficio *k* 2 despoleant *K* depro*perantur(s) pro*(p) deproperant *H* 3 dispensor pro dispenso *ex* dispenso pro dispensor *corr. L* De pass. et actiuo in contraria litteratura. *L* 4 etiam *om. H* habentia significationem *L* et ex econtrario *L* 5 te et timeor *GK* 6 metuo te metuor a te *om. R* te et metuor *GLK* *Lucan. Phars.* V 671 7 Dumetuar *H* expecter] *b* excepter *ni f. B* exspecter *G* omni*(b.) *H* 8 *Lucan. Phars.* IIII 577 *sq.* 11 *Cic. Tusc.* IIII 6, 11 III. *L* 13 coniungitur *ex* coniunguntur *corr. H* 14 contra] *add. k* in *B* aliorum *om. GK* φοβῶ σέ καὶ] ΦΟΒΟCΕΙC *B* ΦΟΒΩΥΜΑΙ *GL* ΦΩΒΩΙΜΑΙ *R* 15 non coniunguntur *G* 16 *Ter. Andr.* I 3, 5 18 *Ter. Andr.* I 1, 79 19 ei *om. Bas., praebent libri aliquot Terentiani ex reliquis cf. Bentleium ad h. l.* me* tui *B* a] in *GLK* [h] cryside *H* chriside *RB* chiside *D* chrisidae *GLd* chriysidae *K* 20 De pass. pro actiuo iterum. *L* figuratte *R* figuratae *K* 21 quos] quod *B* 22 *Verg. Aen.* II 215 23 implicat *RBDHGL* morsu* *H* mursu *G* 24 hic] hoc *B* Laocoontis] *rk* laocoantis *R* la*ocoontis(l) *B* laocontis *DHLK* laoconti*s *h* rethoricam *RDHGL* rhethoricam *K* retoricam *r*

25 intituor *Rr* instruor *B* *Verg. Aen.* VIII 457 26 tuniquaque *D* tonicaque *GK* induitur *cum nonnullis Verg. dett. LK*

p. 796. 97 P. p. 377 K.

vel cum totum pro parte pati significatur, ut 'abscidi||tur caput', 'truncatur nares', 'caecatur oculos', 'intenditur brachia'. Virgilius:

indutus terga leonis,

item in XII:

formam adsimulata Camertae.

V 25 Praeterea plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem vel activam pro passiva vel passivam pro activa habent terminationem, ut 'testo' pro 'testor' et 'opino' pro 'opinor' et 'cuncto' pro 'cunctor' et 'convivo' pro 'convivor' et 'contemplo' pro 'contemplor' et 'consolo' pro 'consolor' et 'commoro' pro 'commoror' et 'auxilio' pro 'auxilior' et 'auguro' pro 'auguror' et 'auspico' pro 'auspicor' et 'commento' pro 'commentor' et 'crimino' pro 'criminor' et 'molio' pro 'molior' et 'digno' pro 'dignor' et 'execro' pro 'execror' et 'epulo' pro 'epulor' et 'heiulo' pro 'heiulor' et 'lucto' pro 'luctor' et 'luctito' pro 'luctitor' et 'luxurio' pro 'luxurior' et 'laeto' pro 'laetor' et 'ludifico' pro 'ludificor' et 'misereo' pro 'misereor', unde 'miseret' et 'miseretur' impersonalia. Cicero pro Ligario: cave te fratrum pro fratris salute precantium misereatur, unde Terentius in Phormione:

Miseritum est.

'horto' quoque pro 'hortor' et 'largio' pro 'largior' dicebant, quae sunt communia. unde Sallustius in I historiarum: igitur venditis proscriptorum bonis aut dilargitis. similiter proferebant 'aucupo' pro 'aucupor', 'alterco' etiam pro 'altercor' - unde Terentius in Andria:

N

1 parte pa*ti(r) *R* capud *D* truncatur *R* 2 oculos *ex corr. d* *intenditur *K* Virgilius] *om. L* in XI. *add. Wallraf. Darmst.*[b]. *verba laudata* indutus terga leonis *recte rettulit Krehlius ad versus Aen.* VII 666 *sqq. lib.* XVIII § 222 *l., quem l. cf.*: Ipse pedes, tegumen torquens immane leonis | Terribili inpexum saeta cum dentibus albis | Indutus capiti 4 item] *R* idem *r rell. Verg. Aen.* XII 224 *cf.* § 28 XI. *BDHGLK* 5 adsimulata] *k* assimulata *GLr* adsimilata *BK* Camertae] *rd Macrob. Sat.* V 15, 11 Camert* *R* camerte *D cum nonnullis libris Verg. dett. et Macrob. Salisburg.* camer.te *H* camerti *Heidelb. cum Med. Pal. Rom.* 6 De his quae apud ueteres in o terminabantur *similes per sqq. titulos addens l* 7 vel activam] *r* uel actiua *R* passiva] *r* passiuam *R* vel passivam] *r* uel passiua *R* activa] *r* actiuam *R* 8 oppinor *B* et *ante singula verba,* uel o *servato solum* et luctito, *inde a* cuncto *om. G inde a* conuiuo *L* 10 consulo pro uel o li consulor *GKk* consulo pro consulor *L* auxior auguro *K* 11 et auspico pro auspicor et auguro pro auguror *B* auspicio *cum lypotheta Krehliano H (?)* 12 crimino pro criminor] *k* cremino pro creminor *GLK* 13 exsecro pro exsecror *G* 14 heiulo pro heiulor *del. Struvius üb. d. lat. Declination und Conjug. p.* 98 pro heulor *K* et luctito pro luctitor *om. D* et luctito pro luctor *d* 15 luxorio pro luxorior *GK* 17 inpersonalia *B* *Cic. pro Ligario or.* 5, 14 Ligario] *d* licario *DHGLK* diario *k* cauete *H* cauête pro fratrum salute (salutae *K*) *GLK* cauete fratrum pro fratres salute *k* pro fratri[s] *Dd* 18 precantium] obsecrantium *Cicero* ut misereatur *H* miseriatur *L* misereat *b cum parte codd. Cic. Terent. Phorm.* III 2, 16 in Heautontimorumeno *l. heautont.* III 1, 54 *tacite Krehlius!* 20 miseritum] *B cum Terentio* misertum *rell.* 21 largio*(r) pro *H* 22 *Sall. hist.* I 36 *p.* 32 *Kr.* 23 delargitis *GLK* aucipo pro aucipor *k* 24 *Ter. Andr.* III 1, 29

p. 797. 98 P. p. 377. 78 K.

Scio, cum patre altercasti dudum –,

'medico' quoque, ut supra dictum est, pro 'medicor' - Virgilius in I georgicon:

Semina vidi equidem multos medicare serentes –,

'amplexo' pro 'amplexor' - Quintus Claudius in II annalium: 26 conprehensare suos quisque, saviare, amplexare. Cicero| pro Cluentio: auctoritatem censorum amplexato –, 'amplecto' quoque pro 'amplector' et 'complecto' pro 'complector'. sed et eorum et superiorum omnium usus tam apud Caprum quam Plinium et Probum invenies. passivas quoque pro activis vel neutralibus vocibus ex contrario idem antiquissimi proferebant, 'careor' pro 'careo' dicentes et 'obsonor' pro 'obsono' et 'copulor' pro 'copulo' et 'caleor' pro 'caleo', quorum auctores apud Caprum legant, qui eos scire desiderant. similiter 'comperior' pro 'comperio' - Sal||lustius in Iugurthino: sed ego comperior Bocchum magis Punica fide –, 'nutrior' quoque pro 'nutrio' et 'bellor' pro 'bello', ut dictum est, proferebant, unde Virgilius in II georgicon:

Hoc pinguem et placitam Paci nutritor olivam

'nutritor' dixit pro 'nutrito'. idem in XI:

pictis bellantur Amazones armis,

'bellantur' pro 'bellant'.

tivo adiungitur, in 'dum' terminatione utimur, quae similis est accusativo nominis, ut 'legendum' *ἀναγνωστέον*. huic tamen frequentius solet etiam praepositio 'ad' praeponi, ut 'ad legendum', ex quo ostenditur, magis nomen esse quam verbum: verbo enim separata praepositio per appositionem praeponi non potest. in 'do' quoque terminantia inveniuntur ante se habentia separatam praepositionem. Cicero pro Milone: huius ergo interfector si esset, in confitendo. quomodo ergo frequentissime in 'dus' desinentia nomina verbalia et eorum obliquos casus proferre solent Romani pro infinitis in Graeca elocutione prolatis - ut 'legendi Virgilii causa vigilo', '*ἀναγνωστέου Βεργιλίου χάριν ἀγρυπνῶ*' *ἀντὶ τοῦ* '*ἀναγνῶναι Βεργίλιον χάριν ἀγρυπνῶ*'. Cicero in I invectivarum: nihil hic munitissimus habendi senatus locus, '*τῆς σχετέας συγκλήτου*' *ἀντὶ τοῦ* '*ἔχειν τὴν σύγκλητον*' -, sic etiam gerundia vel supina proferuntur. hoc tamen videtur inter gerundia supra dicta et nomina, quorum etiam nominativus in 'dus' profertur, interesse, quod, quando sunt absque dubitatione nomina, simili casui adiunguntur et discernunt genera, ut 'intellegendi Homeri gratia' et 'amandae virtutis causa' et 'emendi man-
46 cipii studio veni'; quando vero gerundia sunt, id est loco infiniti cum articulo iuncti apud Graecos accipiuntur, nec genera discernunt nec numeros, quod suum est infinitorum verborum, et illum sequuntur casum, quem et verba, ex quibus nascuntur, ut si dicam 'intellegendi Homerum causa venio' et 'amandi virtutem causa laboro' et 'emendi mancipium causa venio', quamvis rarus sit huiuscemodi constructionis usus. similiter dici||mus 'intellegendo Homerum profeci', 'amando virtutem legi' et 'invidendum

1 adiungitur] *d* adiunguntur *D* iungitur *L* utimu *Rr* quae *ex* qui *corr. K* 2 ΑΝΑΓΝΩCΤΕΩΝ *Rr* ΑΝΑΓΝΟCΤΕΟΝ *BL* ΑΝΑΓΝΩCΤΕΩΝ *K* ΑΝΑΓΙΗΩCΤΕΟΝ *H* 4 separata] *b* separato *B* praepositio per appositionem] praepositionem *B* praepositio *b* appositionem] *r* apositionem *RH* 5 in do] *r* Ideo *R* 6 separatim *K* *Cic. pro Mil. or.* 29, 79 Milone] *r* milione *RL* 7 si] qui *v. l. codd. Cic.* esset *in litura h* confetendo *L* 8 uerbialia *B* et eorum et obliquos *K* 9 Romani] *h* romari *H* eloquutione *BDK* eluquutione *H* 10 ΑΝΑΓΝΑCΤΕΟΥ *GL* ΑΝΑΓΝΑCΤΕΩΥ *H* ΑΝΑΓΝΟCΤΕΟΝ *K* ΑΝΑΤΝΑCΤΕ ΟΥ ΒΕΡΓΙΑΤΩΥ *R* ΑΝΑΓΝΩCΤΑΙΟΥ.uirgiliu. *B* *Βεργιλίου om. DHGLK* ΒΕΡΓΙΛΟΝ *in mg. l* ΧΑΡΥΝ *H* *ἀγρυπνῶ*] *l* ΑΓΡΙΠΝΩ *RHGLK* Α.ΓΡΙΠΝΩ *D* ΑΓΡΥΠΝΙΩ *B* ΑΝΤΥ *R* ΤΩΥ *RH* ΤΟΥ ΤΟΥ *B* 11 ΑΝΑΤΝΩΝΑΙ *D* ΑΝΑΤΝΟΝΑΙ *R* ΑΝΑΓΩΝΑΙ *HG* ΑΝΑΓΟ *K* *Βεργίλιον om. K* ΒΕΡΓΙΛΙΩΝ *GD* ΒΕΡΓΙΛΟΝ *L* ΒΕΡΤΙΑΩΝ *D* ΒΕΡΓΑΥΩΝ *R* ΧΑΡΝ *R* ΚΑΡΙΝ *B* *ἀγρυπνῶ*] *l* ΑΓΡΙΠΝΩ *RDHGLK* *Cic. in Catil. or.* I 1, 1 12 munitissimus] *d* munitissimis *R* minitissimus *D* ΤΗC CΚΕΤΑΙΑC CΙΓΚΑΗΤΟΥ *B* ΤΕC CΧΕ ΑC CΙΓΚΑΝΤΩΥ *R* ΤΗC ΕΧΕΤΕΑC CΙΓΚΑΗΤΟΥ *G* ΤΗC ΕΧΕΤΕΑC CΙΓΚΤΟΥ *Dd* ΤΗC ΕΧΕΤΕΑC.CΥΓ.ΚΑΝΤΟΥ *H* ΤΗC ✦ΧΕCΤΕΥ CΙΓΚΑΗΤΟΥ *in litura l* ΤΗC ΕΧΕΤΕΑC CΙΥΚΑΗΤΟΥ *K* *σχετέας scripsi* 13 ΑΝΤΥ *R* ΤΟΥΤΟΥ *B* ΤΕΝ *GL* Τ✦Ν *D* ΣΥΓΚΑΗΤΟΝ *K* ΣΙΓΚΑΗΤΟΝ *in litura l* ΣΥΓΚΑΝΤΟΝ *DHG* ΣΥΚΑΕΤΩΝ *R* suppina *D* 14 *post* nomina *sqq. usque ad* nomina *om. D add. d* 15 quod] quia *d* 17 humeri *Kk* gratia et amandae] *r* gratiae tam de *R* 18 sunt gerundia *B* infinitiui *D* 20 est *om. L* infinitiuorum *GLr* secuntur *RBK* 21 nancuntur *Rr* 22 mancium *Ll* 23 huiusce✦modi *H*

p. 810 P. p. 394. 95 K.

nobis non est[1] et 'minime nocendum virtuti', quia superiorum accusativo, inferiorum vero verba dativo adiunguntur. praeterea gerundia tam ab activis quam a communibus nascentia tam activam quam passivam habent significationem, nomina vero mobilia supra dictae formae, id est in 'dus' et 'da' et 'dum' desinentia, unam et magis passivam; solemus enim per verbum passivum ea interpretari. quid est enim 'amanda est virtus'? 'digna, quae ametur', et: munitissimus habendi senatus locus? id est 'in quo habeatur senatus'. unde raro inveniuntur a neutris absolutam significationem habentibus, ut 'sto, sedeo, surgo' (nemo dicit 'standus, sedendus, surgendus'), quorum supina significationem sui servant verbi simplicem. a ceteris vero neutris et a deponentibus gerundia quidem 47
eandem significationem habent, quam et verba, ut 'faciendi', τοῦ ποιεῖν, 'sequendi', τοῦ ἀκολουθεῖν, 'loquendi', τοῦ λαλεῖν. nomina vero supra dictae formae similiter, quomodo supra diximus, magis passivam: 'faciendus', ποιητέος, id est 'qui debet fieri', 'sequendus', ἀκολουθητέος, id est 'quem debent sequi', 'loquendus', λαλητέος, id est 'quem debemus loqui'.

Praeterea ex forma participiorum praeteriti temporis duae terminationes inveniuntur, quarum prior in 'um', altera in 'u' finitur. et in 'um' quidem eandem significationem fere habet, quam in 'dum' desinens cum praepositione 'ad'. quid enim est 'venatum' aliud nisi 'ad venandum', 'quaesitum' nisi 'ad quaerendum'? Virgilius in IIII Aeneidos:

Venatum Aeneas unaque miserrima Dido
In nemus ire parant,

id est 'ad venandum'. idem in VIIII:

si fortuna permittitis uti,

1 nobis est *B* quia] quae *r* superiorum] *r* superiorem *R* 2 Praetera *R* 3 quam a] tam a *L* passiuam et magis passiuam habent *B* 5 et in da et in dum *GL* et indadum *D* in da dum *K* 6 ea] *b* eam *BK* interpraetari *RB* 7 munitissimus *etc.*] *Cic. or. Cat.* I 1, 1 *v.* § 45 senatu *L* senatus locus. in quo *Kk* 8 habetur *H* 9 *post* significationem *sqq. usque ad* significationem *om. D add. d* ęsto *Rr* nemo enim dicit *Bd* 10 sui servant verbi] *B* suis seruant uerbis *rell.* 11 et ad deponentibus *R* et deponentibus *L* gerunda *Dd* 12 habent significationem *G* τωτ πωιειν *Rr* τοτ πογειν *GL* 13 τοῦ] τοι *K* τοια.κολογθειν *H* ακολογθειν *D* τοῦ] πογ *r* λαλεῖν] ααειν *GL* ααειν *K* 15 ποιηθεος *B* ποιητεος *HL* ποιηθεος (*sic*) — loquendus *post* faciendus *om. ab R add. r* id est — ακολογτεητεος (*sic*) *add. g* qui] quod *D* debent *K* ακολογθετεος *RB* ακολογεηθεος *H* ακολογτεητεος *LK* 16 debent *K* sequi*** *ex corr. h* ααλεθοος *Rr* ααλετεος *DH* αελετεος *GLK* ααλιτεος *B* 17 praetera *Rr* ad formam *d* 18 um *spscr. r* *post* finitur: ut uenatum uenatu *add. d* 20 enim est] *g* est enim *GK* enim *Dd* ·/· aliud ·/· nisi *Dd* nisi *om. BDH add. d* 21 *Verg. Aen.* IIII 117 *sq.* 22 misserrima *K* miserima *Med.* miseri madido *H* 24 ad venandum] *h* uenatum *H* *Verg. Aen.* VIIII 240 *sq.* IIII. *D* 25 furtuna *GLK* permitis *R* permittit *D*

p. 810. 11 P. p. 395. 96 K.

Quaesitum Aenean et moenia Pallantea, id est 'ad quaerendum'. videtur tamen hoc quoque quasi ipsius rei esse accusativus et sine praepositione proferri, quod quasi 'ad locum' habet significationem, quemadmodum propria nomina civitatium, quae cum 'ad locum' 48 significant, carent prae||positione. sequens quoque forma, quae in u ter- 5
minat, ablativus mihi videtur ipsius nominis, quo ipsa res significatur, carens similiter praepositione. quid est enim 'mirabile visu' nisi 'visione'? visio enim tam ex actione quam ex passione potest fieri. diximus autem et superius, quod infinitorum vis in nomen rei resolvitur. quomodo autem participia praeteriti temporis et nomina rerum in 'us' correptam desinentia 10
solent ante u vel s vel t vel x habere, sic habent et ista, ut 'laesum laesu', 'morsum morsu', 'amatum amatu', 'doctum doctu', 'captum captu', 'fluxum fluxu', 'flexum flexu'. sicut autem supra docuimus, communem habent significationem ab activis vel communibus nata, ut 'oratum', 'πρὸς τὸ παρακαλεῖν' καὶ 'πρὸς τὸ παρακαλεῖσθαι', 'oratu', 'τῷ παρακαλεῖν' καὶ 'τῷ 15
49 παρακαλεῖσθαι' ἤτοι 'τῇ παρακλήσει', idem enim significamus. supina vero nominantur, quia a passivis participiis, quae quidam supina nominaverunt, nascuntur.

Pro omni autem tempore infiniti verbi solent accipi; dicimus enim 'legendi causa in honore fui' et 'sum' et 'ero' ἀντὶ τοῦ 'τοῦ ἀνεγνωκέναι 20
χάριν' καὶ 'τοῦ ἀναγινώσκειν' καὶ 'τοῦ ἀναγνώσεσθαι', ὁμοίως δὲ καὶ 'τοῦ ἀνεγνῶσθαι' καὶ 'τοῦ ἀναγινώσκεσθαι' καὶ 'τοῦ ἀναγνωσθήσεσθαι'. quod

1 aeneam *D* menia *D* moenea *L* pallentea *K* pallatea *Rom.* 2 id est *om. DHGLK* Vide*tur* *Rr* ipsius *om. D* 4 quaemadmodum *R* quemammodum *GL* ciuitatum *BDHGLK* quae] quem *H* 5 praepositione *ex* praepositionem *corr. D* terminant *Rr* terminatur *Bh* terminantur *D* 7 est *om. H* mirabile] *r* miserabile *RBDGLK* 8 visio enim] uisionem *G* uisio**(ne *vel* nē) *L* ation*e* *L* 9 in nomine rei *r* 11 u*uel* s *K* et] etiam *B* et ista *Hh* ut] uelut *K* 13 *post* flexu: fixum fixu *add. D* 14 horatum *R* *Graeca in litura exhibet l* ΤΩ ΠΑΚΑΛΕΙΝ *Rr* ΤΟ ΠΑΚΜΕΙΝ *HG* ΤΩ ΠΑΚΑΛΕΙΝ *D* ΤΟ ΠΑΡΜΕΙΝ *K* 15 ΚΑ*Ι* *Rr* ΚΑΥ *l* καὶ πρὸς τὸ] ΚΡΟCΡΟ *B* ΤΙΑΡΑΚΑΛΕΙCΘΕΙ *D* ΠΑΡΑΚΑΛΕΙCΕΙ *H* ΠΑΡΑΚΑΕΩ ΟΡΑΤU ΛΕΙC,ΘΑΙ. oratu *Rr* ΠΑΡΑΚΑΔΕΙCΘΑΙ ΟΡΛΩ *G* ΠΑΡΑΚΑΛΕΙCΕΑΙ ΟΡΑΩ *K* ΤΟ *DHK* ΤΟΥ *l* ΠΑΡΑΚΑΛΕΙΝ *R* ΠΑΡΑΚΑΔΕΙΝ *G* ΤΟΥ *l* 16 ΠΑΡΑΚΑΛΕΙC.ΘΑΙ *Rr* ΠΑΡΑΚΑΛΕΙC.ΘΑΙ *G* ΠΑΡΑΚΑΛΕΙCΘΕΙ *D* ΠΑ.ΡΑΛΕΙCΕΑΙ *H* ΠΑΡΑΛΕΙCΕΑΙ *K* ΗΤΟΗ *B* ΠΤΩΙΤΗΠΠΑΡΑΚΑΗΕΙ *Rr* ΕΤΟΙ ΤΗΠΠΑΡΑΚΑΕCΕΙ *G* ΝΤΟΙΤΗΠΑΡΑΚΑΗCΕΙ *D* ΗΤΟΥ ΤΗ,ΠΑΡΑΚΑΝCΕΥ *H* ΑΝΤΙΤΗΠΠΑΡΑΚΑΛΕCΕΙ *L* ΝΤΟΥΤΗΠΠΑΡΑΚΑΕCΕΙ *K* vero] enim *B* 19 autem *add. g* atem *B* 20 hero *Rr* ΑΤΙ *R* ΑΝΕ.ΓΝΩΚΕΝΑΙ *G* ΑΝΕΙΝΩΚΑΝΑΙ *R* ΑΝΕΓΝΩCΘΕΝΑΙ *D* 21 ΤΑΡΙΝ *R* CΑΙ *R* ΚΑΥ *H* ΑΝΑΓΙΝΟCΚΕΙΝ *BL* ΑΝ.ΓΙΝΩCΚΕΙΝ *H* ΑΝΙΓΙΝΟCΚΕΙΝ *G* ΑΝΑΙΙΝΩCΚΕΙΝ *K* ΑΝΤΥΝΩCΕΚΕΙΝ *R* ΚΑΥ *R* ΑΝΑΓΝΩCΕCΤΑΙ *K* ΑΝΑΓΝΟCΕCΘΑΙ *l* ΑΝΑΓΝΟCΕCΤΑΙ *GL* ΑΝΑΓΝΟ.CΕCΕ.ΑΙ *H* ΑΝΑΤΝΩCΕCΤΕΤ *R* ὁμοίως δὲ] *ex corr. l* ΟΜΩΙΩCΑΕ *K* Ο.ΩΟΙΩC.ΑΕ *H* ΟΩΙΑΙC ΑΕ *G* ΟΩΟCΟC de *R* *post* ὁμοίως δὲ: καὶ τοῦ (CΑΤ ΤΟΥ *R* ΚΑΥ ΤΟΥ *H*) ἀνεγνῶσθαι (*D* ΑΝΕΓΝΟCΤΑΙ *GK* ΑΝΑΓΙΝΟCΤΑΙ *Ll* ΑΝΕΤΝΟCΤΑΥ *R* ΑΝΕΓΝΩCΕΝ *H*) *praeteritum bis repetentes add. libri praeter B* ΚΑΥ *R* ΤΟΙ *H* 22 ΑΝΕΤΝΩCΤΑΙ *R* ΑΝΕΓΝΩCΕΑΙ *H* ΑΝΑΓΙΝΩCΚΑΙΕCΘΑΙ *DL* ΑΝΑΓΙΝΩ.ΚΑΙΘCΕΑΙ *H* ΑΝΑΓΙΝΩΚΑΙΘCΕΘΑΙ *K* ΑΝΑΤΙΝΙΝΟCΚΑΙΕCΘΑΙ *R* ΑΝΑΓΙΝΟCΘΑΙ *B* ΑΝΑΓΙΝΩΚΑΙΘCΘΑΙ ΤΟΥ *G* ΚΑΙ *add. l* ΤΩΙ *R* ΑΝΑΓΝΩCΘΕCΕCΕΑΙ

autem ab activis et communibus venientia communem habent significationem, usus quoque probat. Virgilius in bucolico:

Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera
Iuncta fuit?

active protulit. idem in eodem:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,

passive posuit. idem in II Aeneidos:

quis talia fando
Myrmidonum,

active dixit. idem in eodem passive:

Fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures.

solebant enim antiqui 'fatus' communiter proferre. idem in III georgicon:

uritque videndo
Femina nec nemorum patitur meminisse nec herbae,

passive protulit. et 'videndo perit' active, id est 'dum videt'. quod autem haec quoque nomina sunt, ostendit praepositio, quae frequenter invenitur, ut supra diximus, tam ante accusativum quam ablativum eorum casum: 'ad venandum' et 'in venando'. in neutris vero et in deponentibus, quomodo supra dictum est, simplices habent significationes.

Impersonale autem hanc habet differentiam ad infinitum, quod infinitus altero verbo finito omnimodo eget, impersonale vero actum quidem perfectum significat per omnes modos, persona vero sola deficit; quae si addatur, perfecti vice fungitur verbi per omnes, quomodo diximus, modos: per indicativum, ut 'curritur a me' pro 'curro'; imperativum, 'curratur a te' pro 'curre'; optativum, 'utinam curreretur a te' pro 'utinam curreres'; subiunctivum, 'cum curratur a te' pro 'cum curras'; infinitum, 'curri a te oportet' pro 'currere te oportet'. hoc autem interest inter infinitum passivum et infinitum, qui fit ab impersonalibus, quae nascuntur a verbis activis, quod infinitus passivus verbo eget solo ad perfectam significationem,

K ΑΝΑΓΝΩCΕ.ΘΕCΘΑΙ *H* ΑΝΑΓΝΩCΕΝCΕCΘΑΙ *G* ΑΝΑΓΝΩCΕΗΕCΘΑΙ *Ld* ΑΝ.ΙΝΩCCΘΕC.ΗCΤΑΙ *R* 2 comprobat *B* *Verg. ecl.* 3, 25 *sq.* (*deficit Med.*) 3 aut] haut *L* haud *Hrg* coera *GL* caera *K* 4 iuncta] *k* uincta *cum Rom. BDLK* uncta *G* 5 *Verg. ecl.* 8, 71 7 *Verg. Aen.* II 6 *sq.* 9 mermidonum *K* 10 *Verg. Aen.* II 81 (*deficit Rom.*) 11 aliquid *Kh* aliquot *Ver.* 12 fatus *in* fatur *mut. H* *Verg. georg.* III 215 *sq.* 14 Vtrique *B* 15 miminisse *G* neque herbae *Pal.* 18 quam ante ablatiuum *L* 19 et in deponentibus *K* et deponentibus *G* 21 IMPERSONALIS Inpersonale *H* Inpersonale *B* habet hanc *H* infinitū *Bb* 22 inpersonale *B* actiuum *Kk* 23 deficit] *r* defecit *RL* 25 Per imperatiuum *in ras. B* ut curratur *B* curatur *Rr* 26 Per optatiuum *B* 27 Per subiunctiuum *B* subiunctatiuum *Kk* pro curras *R* Per infinitum *B* curri ⁂ a te *H* 28 oportet curre te oportet *Rr* infinitiuum *Gg* pasiuum (*sic more suo*) *spscr. g* 29 infinitum *Gg* qui qui *Kk* inpersonalibus *B*.

p. 812. 13 P. p. 397. 96 K.

ut 'amari volo', φιλεῖσθαι βούλομαι, infinitus vero impersonalis non solum verbo, sed etiam ablativo casu per se indiget absque accusativo, ut 'amari volo a me' pro 'amare volo'. ideo autem addidimus 'absque accusativo', quod, si ad eum reddatur, infinitum necesse est eum passivum intellegi, ut 'amari a me volo filium'. saepe vero etiam non positus subauditur accusativus, ut si dicam 'doceri a te volo' et subaudiam 'me'.

X 51 Quoniam igitur de singulorum tempore modorum, quae memoriae occurrerunt, disseruimus, de cognatione temporum deinde tractemus.

Est quaedam cognatio praesentis quidem temporis cum praeterito imperfecto et futuro, praeteriti vero perfecti cum plusquamperfecto. praesens tempus proprie dicitur, cuius pars praeteriit, pars futura est. cum enim tempus fluvii more instabili volvatur cursu, vix punctum habere potest in praesenti, hoc est instanti. maxima igitur pars eius, sicut dictum est, vel praeteriit vel futura est, excepto 'sum' verbo, quod ὑπαρκτικόν Graeci vocant, quod nos possumus 'substantivum' nominare; id enim omnium semper est per||fectissimum, cui nihil deest. itaque praeteriti quoque perfecti vim habet, quod ostenditur, quando participiis praeteriti iunctum officio fungitur praeteriti perfecti per passivorum declinationem vel similium passivis. similem huic vim habent etiam vocativa, ut 'Priscianus vocor, nominor, nuncupor, ap|pellor'.

52 Alia autem verba praesentis, sicut diximus, inter praeteritum et futurum sunt, exempli causa, si incipiam versum aliquem scribere et dicam 'scribo versum', dum adhuc ad finem eius non pervenerim et cum pars eius iam sit scripta, pars autem scribenda. ergo praesens tempus hoc solemus dicere, quod contineat et coniungat quasi puncto aliquo iuncturam praeteriti temporis et futuri nulla intercisione interveniente, unde stoici

1 ΦΙΑΕΙCΘΑΙ *G* ΦΛΕΙCΤΑΙ ΒΟΙΛΟΜΑΙ *B* ΦΙΛΕΙCΘΑΥ ΚΟΥ. ΜΑΙ *Kk* ΒΟΥΛΟΜΑΙ *D* ΒΩΥΛΩΩΑΥ *Rr* infinitiuus *DG* inpersonalis *B* personalis *Rr* 2 set *H* absce *G* a** cusatiuo(bs) *R* *post* accusatiuo *sqq. usque ad* accusatiuo *add. r* 3 addimus *Kk* 4 reddatur (*gloss. sc.* accusatiuus *spscr.*) *R* est *om. G* uel id eum *Kk* 5 uolo a me *D* 7 siggulorum *D* 8 diseruimus *GLK* disseruimus: DE COGNATIONE TEMPORVM. | DE COGNATIONE TEMPORVM. DEINDE *H* 10 futoro *H* 11 proprie] *g* propriae *RHG* enim *om. L* 12 fluui *K* 13 instanti *Rr* pars *ex* pras *corr. D* eius *in litura H* 14 um praeteriit um *Dd* praeterit *LK* futuro *K* ΥΠΑΡΚΤΙΚΩΝ *R* 15 non *Hh* substantiuam *Hh* enim *add. R* 16 deest] dest *R* 17 quod] quae *B* ostendit *H* quondo *R* particiis *Ll* offocio *D* 18 declinacionem *D* 19 habent *ex* hab** *corr. B* pscianus *GLK* 20 nuncupor] *k* noncupor *G* nuncipor *K* dicor nuncupor *RB* dicor *H* 21 sicuti *BDHK* ut *G* 22 et dico *R* 23 aduc *D* 24 solemus] *k* s*lemus *K* 25 alico *Dd* 26 interci*sione(s) *D* intercesione *GL* intercessione *HK*

stoici] *cf. R. Schmidtii stoicorum gramm. p.* 65 *sqq. p.* 70 *sq. n.* 97

p. 813. 14 P. p. 398. 99 K.

iure hoc tempus 'praesens imperfectum' vocabant, ut dictum est, ideo quod prior eius pars, quae praeteriit, iam transacta est, deest autem sequens, id est futura, ut, si in medio versu dicam 'scribo versum' priore eius parte scripta, cui adhuc deest extrema pars, praesenti utor verbo dicendo 'scribo versum', sed imperfectum est, quod deest adhuc versui, quod scribatur. ex hoc igitur (id est praesenti) nascitur praeteritum im- 53
perfectum, cum non ad finem perferimus in praesenti id quod coepimus. et, ut in eodem exemplo maneamus, si incipiam in praeterito versum scribere et imperfectum eum relinquam, tunc utor praeterito imperfecto dicens 'scribebam versum'.

Ex eodem (id est praesenti) nascitur etiam perfectum. si enim ad finem perveniat praesens inceptum, statim utimur praeterito perfecto; continuo enim scripto ad finem versu dico 'scripsi versum'. et sciendum, quod plerumque vel literas quasdam vel syllabarum tempora praesentis mutat praeteritum perfectum et vel pares habet cum eo vel minores vel ampliores syllabas, ut 'lego legi', 'doceo docui', 'facio feci', 'sedeo sedi', 'do dedi', 'domo domui'.

Ex eo iterum (id est praeterito perfecto) nascitur plusquamperfectum, si inveteraverit res a nobis perfecta. mox enim scripto versu, recenti || adhuc perfectione, dico 'scripsi' propria significatione; sin dudum sit perfectum, incipit transire in plusquamperfectum. itaque 'scripseram' proprie de hoc | dicimus.

Sciendum, quod Romani praeterito perfecto non solum in re modo 54
completa utuntur, in quo vim habet eius, qui apud Graecos *παρακείμενος* vocatur, quem stoici *τέλειον ἐνεστῶτα* nominaverunt, sed etiam pro *ἀορίστου* accipitur, quod tempus tam modo perfectam rem quam multo ante significare potest. sed sicut apud illos infinitum tempus adiectione *τοῦ* 'ἄρτι' adverbii *τὸν παρακείμενον*, id est adiacens tempus, *τοῦ δὲ* 'πάλαι'

"iure "stoici ("iure *ad mg. add.*) *K* 1 dictum ideo *Rr* est 2 eius *in litura K* iam *om. BDHGLK* transacta est deest] *k* transacta deest *K* 4 cui] cum *D* pars *ex* pras *corr. D* 6 *post* nascitur *sqq. usque ad* nascitur *add. r* 7 id *add. k* cepimus *H* 8 et ut] *in litura b* Vt *K*(*B*?) et ut in eodem exemplo maneamus] *d* Si enim ad finem perueniat praesens inceptum *D* in eodem in eodem *K* incipiam ******* in praesenti uersum *H* in *om. RL* 9 tum *R* 10 scribebam] *h* scri**bam *H* 11 praesente *H* ad finem enim *GLK* 12 incoeptum *HL* uel 14 ũ literas uel ũ sillabarum *Dd* 15 et *infra lin. add. k* cum eorum *Dd* 18 Ex] *h* *x *H* est ex praeterito *H* 19 requenti *L* 20 perfecautem cione *R* sin* dudum (e?) *H* sin dudum *K* 21 proprie] *rdg* propriae *RBDHGK* 23 Sciendum tamen quod *BDHGLK* mani ro *Rr* 24 ΠΑΡΑΚΕΙΜΗΝΟC *R* ΠΑΡΑΚΕΙΜΝΟC *G* ΠΑΡΑΚΕΥΜΕΝΟC *H* 25 ΕΛΕΙΟΝ *B* *τέλειον ἐνεστῶτα*] *in litura l* ΤΕΛΕΙΟΝ ΕΝΕCΤΟΤΑ *Rr* ΤΕΛΕΙΟ*Ν *ΝΕCΤΩΤΑ *H* ΠΕΛΟΝ ΕCΤΟΤΑ *D* ΤΕΛΕΙ ΟΝΕΝΕCΤΑΤΑ *K* 26 ΑΟΡΙCΤΟΥ *Rr* ΑΟΡΙCΤΟΝ *D* ΑΟΡΥCΤΟΥ *H* tempus apud gr(a)ecos tam *BDHGLK* tam modo] tan tummodo *L* 27 adieccione *D* 28 ΑΡΤΥ *L* ΠΑΡΑΚΕΙΜΕΝΟΝ *Kk* ΠΑΡΑΚΕ*ΥΜΕΝΟΝ *H* ΠΑΡΗΚΙΜΗΝΟΝ *R* adiacens] *k* adiecims *K* ΤΟΥ ΔΕ ΠΑΛΑΙ *r* ********ΑΙ *R* ΤΟ ΔΕ ΠΑΔΑΙ *G* ΤΟΙ ΔΕ ΠΑΛΛΑ˥ (*sic*) *H* ΤΟΙ ΔΕ ΠΑΛΑ˥ *K* ΠΑΔΑΙ *in litura l*.

p. 814. 15 P. p. 399. 400 K.

τὸν ὑπερσυντελικόν, id est plusquamperfectum, significat, sic apud nos hoc (id est praeteritum perfectum) potest et modo et multo ante intellegi perfectum, et apud auctores hoc exemplis comprobatur. Evander enim apud Virgilium in VIII de matre sua dicit:

cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos et nobile Pallanteum;

'cecinit' dixit pro 'cecinerat', multo enim ante illam cecinisse intellegit. et ipse poeta ex sua persona:

Troiae qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lavinaque venit
Litora,

'venit' posuit pro 'venerat'; hic enim quoque multo ante intellegit venisse Aenean ad Italiam. ergo proprie si quis contempletur vim praeteriti perfecti, non aliam iudicet hoc habere quam apud Graecos illud, quod ἀόριστον vocant. hoc autem differt a plusquamperfecto, quod illud per se prolatum non eget adverbio 'pridem', quod habet in se naturaliter, nisi si velimus explanandae quantitatis causa temporis addere; ante quot dies vel annos, nec licet illi 'modo' vel 'nuper' adverbia adiungere, praeteritum vero perfectum ad manifestandam significationem eget vel 'modo' vel 'pridem' adverbiis.

Futurum ex praesenti nascitur, quippe cum praesens medium sit praeteriti imperfecti et futuri. itaque consonantes praesentis servat tam praeteritum imperfectum quam futurum, ut 'dico dicebam dicam', praeteriti vero perfecti consonantes ser||vat plusquamperfectum, ut 'dixi dixeram'. sed tamen in subiunctivo modo futu|rum quoque praeteriti perfecti servat consonantes, ut 'dixi dixero', quod non sine ratione evenire videtur; nam futuro quoque tempori cognatio est cum praeterito perfecto quantum ad

1 ΤΟΝ ΥΠΕΡCΙΝΤΕΛΙΚΟΝ *B* ΤΟΝ ΥΠΕΡCΥΝΤΕΛΙCΟΝ *H* ΤΟΝ ΥΠΕΡCΥΝΤΕΛΙΚΟΝ *G* ΤΩΝ ΥΠΕΡΤ ΕΛΙ CΥΝ.ΤΑΙΚΩΝ *Rr* ΤΩΝ ΙΠΕΡCΙΝΤΕ•ΙΚΟΝ *L* ΤΩΝ ΥΠΕΡCΙΝΤΕΛΙΚΟΝ *l* ΤΟΗ ΥΠΕΡCΥΝΤΕΙΝΚΟΝ *in* ΤΟΗ ΥΠΕΡCΥΝΤΕΙΙΚΟΝ *mut. K* si *Rr* 2 hoc est *Gg* id est] idem *H* 3 autores *D* approbatur *Ll* Euader *Dd* 4 *Verg. Aen.* VIII 340 *sq.* 5 cecinit quae] Cecinitq. *H* Cecinitque *B* Caecinitq; *D* 6 nobile] *r* nomine *cum Rom. R* nobine *Pal.* palanteum *Dd* 7 caecinit *K* acinisse *Rr* intellegitur *D* 8 *Verg. Aen.* I 1 *sqq.* (*deficit Pal.*) 9 primus arboris *D* horis *K* 10 Lavinaque] *g* lauiniaque *G Ver.* lauiuia•(q.?) *Med.* 12 ueniss *K* 14 abere *H* quam] *k* quod *ni f. K* 15 aoriston *B* ΑΟΡΙCΤΟΝ *D* per se quod illud *Kk* illud] *d del. r* illut *D* 16 egit *H* habet hoc in *BDHGLK* nisi si velimus] *h* nisi uelimus *RDH* 17 quot dies *Rr* 18 illi] *hk* illa *HGLK* uero modo *Kk* modo nec nuper *B* 19 ū *Dd* ū *Dd* 21 quippe *K* praeteriti] preteri•• *R* 23 dicam *ex* dico *corr. B* 24 seruat consonantes ut dixi dixero p̄eritum plusquamperfectum ut *R* 25 subiunctatiuo *K* praeteri ferfecti *B* 26 consontes *Ll* 27 tempori] *d* tempore *D*

p. 815. 16 P. p. 400. 401 K.

infinitatem temporis, hoc est ad ἀόριστον. sicut enim praeteritum perfectum vel modo vel multo ante possum intellegere, sic etiam futurum vel mox vel multo post intellegere possumus futurum, ut si dicam 'scribam' vel 'scripsero', incertum temporis futuri spatium monstro; nec mirum, cum 56
in nominibus quoque comparativis, si dicam 'fortior', incertum est, utrum multo an parvo superet illum, ad quem comparatur. habet igitur affinitatem, sicut ostendimus, cum praesenti futurum, quod praesens medium est inter praeteritum imperfectum et futurum, cum praeterito vero perfecto plusquamperfectum, quia incertum significat temporis spatium. cum igitur in aliis modis praesentis, sicut dictum est, consonantes servat futurum, in subiunctivo praeteriti perfecti regulam sequitur, ostendens cum eo quoque habere iura affinitatis. idque ex participiis maxime est conicere, quae cum in praeterito tempore non finiunt spatium temporis praeteriti, breve sit an longum - si enim dicam 'amatus' vel 'locutus', incertum est, utrum modo an multo ante _, similiter in futuro: 'amaturus', 'locuturus' mox an multo post incertum est. ideoque in plerisque verbis ex praeterito fit fu- 57
turum: 'amatus amaturus', 'habitus habiturus', 'locutus locuturus', 'auditus auditurus'. diximus autem 'in plerisque', quia neutra praeteriti temporis pleraque carent participio. sed quia ad praesens quoque ei est cognatio, fit etiam a praesenti futurum, ut 'amans amandus', 'docens docendus', 'loquens loquendus', 'audiens audiendus'. sed tamen sciendum, quod omnia huiuscemodi formae participia (id est in 'dus' terminantia) etiam nomina esse possunt.

Confirmat autem supra dictam rationem cognationis temporum etiam inaequalium, id est a||nomalorum, declinatio, in qua ex praesenti fit praeteritum imperfectum et futurum in omni modo absque sub|iunctivo, ut 'fero ferebam feram ferrem', ex praeterito vero perfecto plusquamperfectum: 'tuli tuleram tulerim tulissem' et futurum subiunctivi 'tulero'. in participiis quoque ex praeterito passivi nascitur futurum activi, ut 'latus latu-
rus', ex praesenti activo futurum passivi, ut 'ferens ferendus'. sed tamen

1 finitatem *Kk* ΑΟΡΙCΤΟΝ *H* ΑΟΡΙCΤΟΝ *Ll* pertinet *D* sicut — possum intellegere *al. m. add. in R* 2 possum] possumus *L* possuimus *K* etiam futuram *R* 5 nominibus] omnibus *GLK* ut si dicam *L* 6 illum] eum *GL* at *R* 7 medium inter *H* 9 plusquamperfectum] *k, eras. in B* et plusquamperfect*(o?) *K* 11 subiunctatiuo *K* quoque se habere *BDHGLK* 12 adfinitatis *B* 13 cum *om. HL* 14 longum] *d* longam *D* loquutus *D* loqutus *K* 15 futuro amatus locutus mox *K* 16 multo post *Kk* implerisque *H* *post* futurum: Quando dicis amatus praeteriti temporis tolle nouissimam litteram adde .rus. facis futurum tempus amaturus *gloss. inter ipsa auctoris verba inseruit B* 19 pleraque pleraque *Hh* particio *L* cognitio *B* 21 loquens loquendus loquens loquendus *Hh* audiens audiendus *add..d* 22 huiusmodi *Rr* "participia "formae *L* esse nomina *K* 25 anomalorum id est inaequalium *d* 26 absce *G* ferro *Rr* 27 ferrem *eras. in B* plusquamperfecto *Dd* 28 subiunctatiui *K* participis *Dd* 30 futuri impassiui *Rr* tamen *om. GLK*

p. 816. 17 P. p. 401. 402 K.

quamvis penitus mutent in quibusdam anomalis verbis supra dicta tempora omnes syllabas, significatio tamen integra manet eorum et cognatio tem-
58 porum, ut 'sum eram ero'; nec mirum, cum in aliis quoque partibus orationis hoc inveniatur, ut cognata significatio in diversis inveniatur vocibus, ut puta in nominibus 'pater' masculinum est, eius femininum 'mater'; similiter 'frater soror', 'patruus amita', 'avunculus matertera'; 'bonus', eius comparativum 'melior', superlativum 'optimus'; 'Iuppiter', eius genetivus 'Iovis' quantum ad usum iuniorum; 'ego', eius genetivus 'mei'. et ex contrario saepe diversa significatio in similibus invenitur vocibus: 'liber libra', 'fiber fibra', 'Helenus Helena', 'Tullius Tullia'. propria enim nomina non sunt naturaliter mobilia, sed ex sese nascuntur, sicut etiam supra dicta appellativorum feminina non sunt a masculinis nata, sed a se orta, quamvis similem mobilibus habeant formam. illud quoque comprobat cognationem temporum, quod infinita verba a praeterito tempore habent etiam futuri rationem: 'dixisse, dictum ire', 'laesisse, laesum ire', 'mersisse, mersum ire', 'fluxisse, fluxum ire'. sicut enim participia praeteriti temporis rationem regulae sumunt a verbo praeteriti perfecti, sic eorum formam sequitur infinitum futuri. infinita autem nominata sunt, ut dictum est, ab eo, quod carent significatione definita tam personarum quam numerorum, sicut neutra quoque nomina appellamus ab eo, quod carent utroque genere.

XI 59 Defectiva temporis praeteriti perfecti || et plusquamperfecti nec non etiam futuri subiunctivi, quia ex supra dictis nascitur temporibus, sunt in 'sco' desinentia inchoativa. nec meditativorum tamen supra dicta tempora memini me invenisse, ut 'fer|vesco', 'calesco', 'horresco', 'torpesco', 'tepesco', 'esurio', 'lecturio', 'micturio'; 'parturio'.

Sunt alia verba, quibus desunt diversa tempora, usu deficiente, non ratione significationis. et quibusdam deest praeteritum perfectum et omnia, quae ex eo nascuntur, ut 'ferio', 'sisto', 'tollo', 'fero', 'aio', 'furo',

2 eorum ut *Kk* temporum *om. GLK add. k* 3 aliis *Hh* partibus] *r* partem *R* 4 hoc inueniatur *in litura H* uocibus *add. r* 5 ut puta *Dd* utpote *L* 6 amitta *Lg* auinculus *Rr* 7 comparativum] *h* comparatiuus *DG(H?)r* superlatiuus *DGr* optumus *LK* Iuppiter] *g* Iupiter *G* 8 Iouis *add. r* 9 Et econtrario *K* inueni*tur (a) *R* uocibus ΟΕΛΕΥΘΕΡΟC ΟΛΙΟΝΥCΟC ΦΛΥΟC Η ΒΙΒΛΟC. liber. Η ΛΙΓΡΛΟΖΥΓΟC libra fiber. ΟΚΥΝΟΠΟΤΑΜΟC. fibra ΟΛΟΒΟC. helenus *B* 10 haelenus haelena *H* 11 mobilia *Hh* sese] *rg* se *RG* 12 femina *Rr* 14 p̄t&erito *H* 15 habent] *b* habeant *ni f. in lit. B* dixise *G* laesise *G* laessum ire *K* 17 a uerbi *Rr* 18 formam ** sequitur *K* 19 *ab eo (h) *D* significatione *H* tem *Rr* 22 Diffectiua *G* Defectatiua *K* 23 quia ex supradictis — supradicta tempora] *d* pradicta tempora *D* 24 medidatiuorum *Rr* 25 caelesco *R* torpesco *om. BDHGLK* 26 tepesco** *K* essurio *GL* 29 ferio] *h* frio *H* fero] *d* ferro *D* furo quod furio Varro *D*

p. 817 P. p. 402. 403 K.

quod Varro ponit. ergo aliorum verborum perfectis, quae videntur eandem significationem habere, pro his utimur: in quibus invenimus 'percutio percussi', 'ferio percussi'; 'statuo statui', 'sisto statui', vel, ut quidam, 'steti', quod est a 'sto' - sed Iuvenalis in III:

Gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu
Prostitui,

pro 'prostiti' -; 'sustulo' antiqui 'sustuli', 'tollo sustuli', 'suffero sustuli'; 'tulo' antiqui 'tuli, fero tuli'; 'insanio insanivi, furo insanivi'. 'meto' etiam quidam 'messui', quidam 'messem feci', sed usus vetustissimorum 'messui' comprobat, quod, cum de praeterito tractabimus, ostendetur; 'cerno crevi' apud vetustissimos invenitur. a 'maereo' [unde 60
'maeror'] 'maerui' debet facere, sed in usu non est 'maerui'; 'mando mandis': eius praeteritum perfectum quidem alii 'mandui', alii 'mandidi' esse voluerunt, Livius tamen in Odissia:

Cum socios nostros mandisset impius Ciclops;

a 'strido' quoque alii 'stridui', alii 'stridi' protulerunt. Ennius in annalium XI:

Missaque per pectus, dum transit, striderat hasta.

In passivis et communibus et deponentibus, id est in omnibus verbis in 'or' terminantibus, desunt tempora praeteriti perfecti et omnia, quae ex his nascuntur. participia tamen coniuncta verbo substantivo (id est 'sum') et omni eius tempori eorum | vice funguntur. quod Graeci quoque solent facere in multis verbis temporis perfecti et plusquamperfecti et maxime in

1 *Varron. fr. p.* 340 *ed. Bip. cf.* § 104 *et Struvium über die lat. Declination und Conjugation p.* 244 *sq.* posuit *H* praeteritis perfectis *K* 2 quibus invenimus] quibus inuenimus. Vt *B* quibus inuenimus ut *DGL* quibusdam ut *r* quibusdam inuenimus. Vt *Hh* quibus ñ inuenimus *M* percutio] *d* percussio *D* 3 ferio percussi *add. g* quibusdam *G* 4 a sto] *r* esto *R* *Iuv. sat.* III 8, 225 *sq.* 5 gaudentes *RH* gaudientes *K* foedo] *d* foeda *BDGLK* foedos *h* perigrina *GLK* ad] a *B* cantu *Prisc. cum Iuv. Pith.* saltu *dett. Iuv. libri fere omnes* 7 pro] *dk om. BDGK del. r* prostiti] *Struvius l. l. p.* 304 prosisti (sisti *L*) *libri ex prava emendatione, quod re vera apud Iuvenalem* prostitui *h. l. est infinitivus praes. pass.* sustulo] *r* sustuli *R* suffero sustuli *K* suffero tuli *RGL* 8 antiqui] *d* antique *D* Insanio. Insanii. Insaniui *B* furo *Rr* 10 de praeterito *Hh* 11 *post* cerno creui: cresco creui *add. BDk* et cresco creui *rh* aput *B* 12 memor *Rr* facere *Rr* 13 quidem] *scripsi* quidam *R* quidam mandi *rell.* 14 Livius] *r* Lius *R* Libius *B* *Livius in Odissia v. Hom. Od.* XX 19 *sq. G. Hermannum elem. doctr. metr. p.* 626 *cf. Corssenium orig. poes. Rom. p.* 202 *et ann. ad lib.* III § 20 tamen *om. DH* odyssia *HG* odisia *L* 15 sociis *Rr* impius] cymbius *r* cyclops *RBDHK* ceclops *L* 16 strudui *D* protullerunt *Rr* En*us (i *ni f.*) *Rr* *Enn. ann.* XI 2 *E. S.* XI VII *p.* 54. LXXI *Vahl.* 18 Missaque] *r* messaque *R* mis*aque *G* misaque *K* perfectus *K* pectus] *ectus (f?) *H* 19 communibus et passiuis *H* passiuis communibus *B* *om*nibus (n-i) *R* 20 praeteriti perfecti] *B* praeterita perfecta *rell.* ex eis *G* 21 coniuncta] *ex* coniunctiua *corr. K* coniunctiua *GL* verbo] *r* uerba *R* *uerbo(a) *D* 22 eius omni *K* ei. *D* quod] *r* quoq *R* 23 tempori**s(bu) *R* praeteriti perfecti *RDG*

p. 817. 18 P. p. 403 K.

modo optativo et subiunctivo, ut ‘τέτυμμαι, τέ||τυψαι, τέτυπται, τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσίν’, ‘τετυμμένος εἴην, εἴης, εἴη, τετυμμένοι εἴημεν, εἴητε, εἴησαν’, ‘ἐὰν τετυμμένος ὦ, ᾖς, ᾖ, ἐὰν τετυμμένοι ὦμεν,
61 ἦτε, ὦσιν’. sed cum apud Graecos paene innumerabilia sint verba, quae vel literarum inconsonantia vel regularum quibusdam rationibus impediantur vel usu, ut habeant declinationem plenam per omnia tempora, apud nos pauca hoc patiuntur. inveniuntur tamen etiam in o desinentia, sed non multa, in quibus praeteritum perfectum per participium solet demonstrari, quae ‘neutropassiva’ artium scriptores nominant. sunt autem haec sola: ‘gaudeo gavisus sum’, ‘audeo ausus sum’, ‘soleo solitus sum’, ‘fido fisus sum’, ‘fio factus sum’, quorum tamen antiquissimi solebant etiam praeteritum perfectum proferre hoc modo: ‘gaudeo gavisi’, ‘audeo ausi’, ‘soleo solui’, ‘fido fisi’, ‘fio fii’, sed nunc his non utimur.

Sunt verba, quibus desunt et tempora et personae, ut ‘fores foret forent fore’, ‘cedo’, ‘infit’, cuius Varro in mensuris et primam ponit
62 personam: infio. ‘aio’ quoque praeterito perfecto deficit. ‘inquio’ etiam verbum in multis deficit. item impersonalia verba, quae ex se nascuntur, deficiunt per tempus futurum in modo infinito, ut ‘paenitere paenituisse’,

1 ut *om. B* τέτυμμαι] *l* ΤΕΤΙΜΜΑΙ *L* ΤΕΤΙΜΑΙ *K* ΤΕΤΙΜΜΑΥ *H* ΤΕΤΙΨΑΙ *R* ΤΕΤΥΦΑΙ *G* ΤΕΤΥΜΨΑΙ *H* ΤΕΤΙΥΩΙ *K* ΤΕΤΥΨΑΙΤΕ. ΤΥΠΤΑΙ *B* τέτυπται] *l* ΤΕΤΙΠΤΑΙ *DL* ΤΕΤΥΠΤΑΙ *H* τετύμμεθα — ὦσιν *om. H* τετύμμεθα] ΤΕΤΤΥΜΑΙΘΘΑ *LK* ΤΕΤΙΜΑΙΕΘΑ *G* ΤΕΤΥΜ.ΜΑΙΛΕΤΑ *R* ΤΕΤΥΜΜΑΙΘΑ. ΤΕΤΙΜΜΕΝΟΙ. *D* 2 τέτυφθε] *om. RGK* ΤΕΤΥΦΘΑΙ ***** *L* ΤΕΤΙΠΨΕCΤΕ *D* ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΕCΙΝ *L* ΘΗΤΥΜΜΕΝΟΙ ΕΙCΕΝ *R* ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΙΕCΤΑΙ *B* ΤΕΤΙΜΜΕΝΟΙ ΕΙCΙΝ ΤΕΤΙΜΜΕΝΟΥ ΕCΙΝ *G* ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΕΙCΙΝ ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΕCΙΝ *K* *ante* τετυμμένος εἴην: ΕΤΕΤΥΜΗΝ ΕΤΕΤΥΦΟ ΕΤΕΤΥΠΤΟ ΕΤΕΤΥΜΜΕΘΑ ΕΤΕΤΥΦΘΑΙ ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΗCΑΝ *add. l* τετυμμένος εἴην, εἴης, εἴη] *om. D* ΤΕΤΥΜΜΙΝΟC ΕΙΝΗ ΕΙΝC ΕΙΝ *G* ΘΤΥΜΜΕΝωC ΕΙΝΝ ΕΙΝC ΕΙΝ *R* ΤΕΤΥΜΜΕΝΟC ΕΙΝ. ΙΝΕΙΝ. CΕΙΝ. *K* τετυμμένος εἴην — ὦσιν *om. L add. l* εἴης] ΕΙΝC *B* εἴη] ΕΙΝ *Bl* ΤΕΤΥΜΜΕ-
.N .N
ΝΟΙ ΕΙΜΕΝ ΕΙΤΕ ΕΙΗCΑΝ *Dd* ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΕΝΕΙΕΝ ΕΤΗΤΑΙ ΕΙΝCΑΝ *R* ΤΕΤΙΜΜΕΝΟΙ ΕΙΝΑΙΕΗ ΕΙΝΤΑΙ ΕΙΝCΑΗ *G* ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΕΙΝΑΙ ΕΜΕΙΝΤΑΙ ΕΙΝCΑΝ *K* 3 ΕΙΝΜΕΝ ΕΙΝCΑΝ *l* εἴητε] ΕΙΗΤΑΙ *B* ἐὰν τετυμμένος ὦ, ᾖς, ᾖ] *om. D* ΕΑΝ ΤΕΤΥΜΜΕΝΟC ω ΕC Ε *R* ΘΑΝ ΤΕΤΙΜΜΕΗΟC ῶ ΗC Η *G* ω ΗΙC ΗΙ *B* ῶ ΝC Ν *K* ΕΑΝ ΤΕΤΙΜΜΕΝΟΙ ωΜΕΝ ΗΤΕ ΟCΙΝ *G* ΕΑΝ ΤΕΤΥΜΜΕΝωC ΟΜΕΝ ΗΤΕ ωCΙΝ *R* ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ. ωCCΙΝ. ΕΑΝ. ΤΕΤΙΜΜΕΝΟΙ *D* ΤΕΤΥΜ-
.d
ΜΕΝΟΥ *B* ΤΕΤΥΜΜΕΝΟ *l* 4 ὦσιν] ΟΙΕΙΝ *K* secum *Rr* sint] *r* sunt *RBGLK*
5 uel *add. r* in consonantia *Kk* uel *om. GLK add. k* 6 ut habeant *K* plenam declinationem *BD* plenam declinationem plenam *L* 7 etiam pauca in o *RD*
8 solent *BGL* de monstrari *L* 9 neutropasiua *g* neutrapasiua *G* neutrapas-
t
siua *H* arcium *Dd* autem] tamen *B* 10 *post* gaudeo *sqq.* — gaudeo *om. G*
us
add. g gauis. *Dd* 11 quorum tamen — fii *add. d* 12 preterita perfecta *B*
c et
13 aussi *Rr* solueo *R* fio fido fii fisi *GLK* nun *Dd* 14 tempora *Gg* 15 Varro in mensuris] *Varron. fr. p.* 253 *ed. Bip.* (*cf.* § 104) *v. Ritschelium mus. phil.* VI 535 *sq.* 554 *et ll. quaestionum Varron. ibi ll.* mensuris] *rh Heidelb. Zwiccavienses Dresd.* 1 *cum l. Ps. Boethii a Ritschelio l.* mensuribus *RH* mensoribus
l s
BGLd mensoralus *K* mensuralibus *Lips.* 2 *Krehlii* et *del. r* 16 per fecto *Hh*
v
defecit *Hh* defecit *K* diffecit *G* defficit *g* 17 inpersonalia *B* exe *Dd* 18 penituere penitisse *Kk*

p. 818. 19 P. p. 403. 404 K.

'pudere puduisse', quamvis antiqui 'puditum ire' dicebant et 'puditus' participium, ut Plautus in Bacchidibus:

Neque mei neque te tui intus puditum est factis, quae facis. |

nec non 'metuere metuisse' deficit futuro et 'timere timuisse', 'latere latuisse', 'apparere apparuisse', 'oboedire oboedisse' et pleraque neutra secundae coniugationis: 'horrere horruisse', 'tepere tepuisse', 'rubere rubuisse', 'pavere pavisse'. inchoativorum quoque et meditativorum in infinitis non solum praeteritum, sed etiam futurum deficit tempus, ut 'horrescere', 'tepescere', 'fervescere', 'parturire', 'esurire', 'lecturire'. nec non perfecta, si sint eiusdem formae inchoativorum, plerumque deficiunt futuro, ut 'discere didicisse', 'poscere poposcisse', 'compescere compescuisse'. ||

Quoniam de deficientibus per tempora sufficienter dictum est, nunc de modis tractemus.

DE MODIS.

Modi sunt diversae inclinationes animi, varios eius affectus demon- XII 63
strantes. sunt autem quinque: indicativus sive definitivus, imperativus, optativus, subiunctivus, infinitus.

Indicativus, quo indicamus vel definimus, quid agitur a nobis vel ab aliis, qui ideo primus ponitur, quia perfectus est in omnibus tam personis quam temporibus et quia ex ipso omnes modi accipiunt regulam et derivativa nomina sive verba vel participia ex hoc nascuntur, ut 'duco ducens duxi ductus dux', 'rego regens rexi rectus rex', 'ferveo fervens fervesco fervor', 'horreo horrens horresco horror', 'intellego intellegens intellexi intellectus', 'laedo laedens laesi laesus laesio', et quia prima positio verbi, quae videtur ab ipsa natura esse prolata, in hoc est modo, quem-

1 pudisse *Dd* puduisse pigere piguisse quāuis *B* pudicum *Dd* 2 *Plaut. Bacchid.* III 1, 12 (*v.* 379) *cf. lib.* XI § 20 bachidibus *BDHGLK* 3 mei] *d lib.* XI *l. l. cum libris Plautinis fere omnibus* me *libri h. l. omnes cum Plaut. Vat.* 3870 *m. pr.* te tui] *RDH cum libris Plautinis* te tu, *G* te tu *LK* te tuis *r*, *quod ad* factis *accommodatum vix pro vestigio formae* tis *licet habere* tui te *codd. lib.* XI *l. l.* tui ted *Bergkius act. antiq. Mar[illegible]g.* 1850 *p.* 332 te tuintus *B* quae fac*is(t) *D* que fatis *Rr* 5 et timere et timuisse *GL* latuere latuisse *K* 6 aparuisse *L* oboedire] obaudire *LK* uel obaudire *g* oboedisse] obaudisse *LK* uel obaudisse *g* 7 coiugationis *G* r[illegible]bisse *Rr* 8 mediatiuorum *H?* in *om. K* 9 so. *Rr* deficit] *r* defecit *R* 10 feruescere tepescere *G* essurire *GLK* 12 discire *K* compiscere compiscuisse *GK* 14 tẽrpora *Rr* tempora dificientia *G* est *om. HK* 16 DE MODIS] *om. L* De modis incipit *K* DE MODIS ITERVM. *D* 17 diuersae sunt *K* inclinationes] *r* inclinationis *R* ua*rios *K* effectus *L* 18 diffinitiuus *GL* 19 subiunc**tiuus(ta) *G* subiunctatiuus *K* infinitiuus *DKr* 20 indicamus cum *Dd* diffinimus *L* 22 et quia] *r* et que *R* deriuatiua] *d* diriuatiua *g* deriuata *D* diriuata *G* 24 rectus] *r* rextus *R* 27 "prolata" esse *L* quemadmodum] *r* quemammodum *RGL*

p. 819. 20 P. p. 404 — 406 K.

admodum in nominibus est casus nominativus, et quia substantiam sive essentiam rei significat, quod in aliis modis non est. neque enim qui imperat neque qui optat neque qui dubitat in subiunctivo substantiam actus vel passionis significat, sed tantummodo varias animi voluntates de re carente substantia. deinde hunc primum auctoritas doctissimorum tradidit modum in declinatione verborum. sciendum tamen, quod quidam ausi sunt infinita ponere prima, sed male; non enim oportet statim a re imperfecta aut dubia incipere. quidam enim dubitaverunt, an verba sint haec, et inter adverbia magis ponenda censuerunt, quod nec numeros nec personas nec affectus animi certos habent et egent semper aliis verbis, sicut adverbia. dicimus enim 'legere studeo, studes, studet', sicut dicimus 'bene studeo, studes, studet'. sed haec postea refutentur, nunc hoc sufficiat ostendere, non bene ab infinitis quosdam coepisse. sed neque ab imperativis neque ab optativis erat incipiendum, cum hoc || imperamus, illo optamus, ut sit indicativus, qui nisi prius sit notus, non possumus scire, quid imperemus vel optemus. subiunctivus vero, quem quidam dubitativum appellaverunt, manifestam habet indicativi cognitionem. ipsa enim dubitatio ante se esse indicativum confitetur; nam si tollas dubitationem, non opus est subiunctivo in re certa, sed indicativo. ergo non alius iure praeponeretur omnibus quam indicativus. sicut enim in nomine, si quis proferat genetivum vel alium post hunc casum, multo ante nominativum cognovit, ex quo nascuntur obliqui, sic qui aliquem modum proferat scit primum indicativum, qui est paene verbi rectus, sicut et praesens tempus ideo aliis praeponitur temporibus et primum obtinet locum, quod in ipso sumus, dum loquimur de praeterito et futuro —, et quia ad praesens praeterita et futura intelleguntur, quod si non sit, alia intellegi minime possunt; et quia positio indicativi verbi ab ipso incipit; | et quod ex ipso cetera tempora trahunt regulas; et quod praeteritum non potest esse, nisi quod prius fue-

1 *post* substantiam *sqq.* — substantiam, *ab R om., add. r* substantiam siue sententiam (subsistentiam *l*) siue essentiam *GL* 2 rei] *d* regi *D* 3 *post* substantiam: actus — substantia *om. D add. d* 4 passionem *B* 5 actoritas *Rr* doctissimorum *ex* doctissimum *corr. H* 6 auxi *Dd* 7 inperfecta uel dubia *B* 8 uerba st haec *GL* 10 certos animi *K* sicut et aduerbia *B* 11 studet] studes *H* *post* studet *verba sqq. usque ad* studet *om. G add. g* diximus *Rr* bene sedeo (studeo *k*) .es. et. *K* 12 refutentur] *d* refetentur *D* reputentur *GLK* reppetentur *l* hoc] autem *K* 13 ab infinitis] *d* ad infinitis *D* 14 obtatiuis *Dd* hoc *in litura k* 16 subiunctiuus *ex* subiunctatiuus *corr. G* subiunctatiuus *K* *hanc voc.* subiunctiuus *in GK inprimis mutationem in sqq. haud amplius enotavi* 17 cognationem *GL* 18 esse *add. r* confitetur *add. r* 19 praeponetur *H* 21 cognouit nominatiuum *B* 22 ex quo] *r* ex qua *R* profert *r* sit *H* 23 sicut et *Hh* 24 obtinet] *l* optinet *RBHGLK* 25 praet&erita *H* 26 quod] *d* qui *RBD* non si non *Rr* 27 indicati *Hh* ab *add. r* quo ex *Rr* 28 trahunt *ex* trahnt *corr. B* praet&eritum *H* fuerit prius *G*

p. 820. 21 P. p. 406. 407 K.

rit praesens. futuri autem vox sine significatione esset, nisi cogitantibus [nobis] et notionem sumentibus ex praesenti vel ex praeterito. de futuro quoque sumimus notionem vel ex his, quae nobis in ore veniunt, vel ex ipsa natura rerum vel ex cogitatione: in ore quidem, ut, si videam scribentem in praesenti, ex hoc concipio et futuri temporis scripturam; natura, ut, cum videam solem occidentem in praesenti, possum scire naturali motu reversurum, quod est futuri; cogitatione vero, ut, si cogitem diluvium quale sit in praesenti, ex hoc notionem concipio futuri. similiter prima 66
persona praeponitur aliis, quia ipsa loquitur et per eam ostenditur et secunda, ad quam loquitur, et tertia, de qua loquitur: nisi enim sit prima, quae proferat sermonem, aliae esse non possunt; et quod ista sine illis potest inveniri, cum secum aliquis loquitur, illae autem sine ista non inveniuntur; et quod causa naturaliter ante causativa [quam αἰτίαν || Graeci vocant] esse solet. causa autem fit secundae et tertiae personae prima persona; iure igitur illis praeponitur, quae sunt causativae. a singulari quoque incipimus, quod hic naturaliter primus est numerorum, qui duplicatus vel multiplicatus facit numerum pluralem. et activa ideo prima proferuntur, quod naturaliter praecedit actus ante passionem, quae esse non potest, nisi sit actus; et quod qui agit incipit, sequitur autem qui patitur; et quod verbum activum additione eget literae vel literarum, ut faciat passivum ex se.

Breviter igitur de omnibus modis repetamus. modi sunt, ut praedic- 67
tum est, diversae inclinationes animi, quas varia consequitur declinatio verbi. indicativus primus ponitur | propter quas enumeravimus causas. indicativus autem dicitur, quod per eum indicamus, quid agitur.

Imperativus est, quo imperamus aliis, ut faciant aliquid vel patiantur,

.i. nobis
1 cogitantibus et *Gg* 2 nobis *om. L* notitionem *L* uel praeterito *H* 3 sumimimus *R* sumimus enim *BGLK* 4 in *ore (h) *D* ut si uideam *Rr* 5 in *in lit. b* *post* in praesenti *sqq. usque ad* in praesenti *om. D add. d* futuri*(s) *B* 6 occidentem in praesenti] *r* hoccidentem in praesentem *R* 7 deluuium *K* 8 f
quale sit *Rr* notionem] *d* notitionem *DG* 9 ostenditur secunda *Gr* secunda* a
(m) *B* 10 ad quem *Rr* 13 causatiuam *D* *post* causatiua: quam graeci AITIATA uocant *add. B* quam AITIAN (qum AITIAN *r* quae maTIAN *R* q̃ AITIAN *L* q̃ AITIAN *G*) graeci uocant *rell., quod videtur interpretamentum ad* causa *pertinens, ni potius vel, quo B ducit, ex* quae αἰτιατά Graeci uocant *corruptum vel utrumque ex duobus gloss.* quam αἰτίαν Graeci uocant *et* quae αἰτιατά Graeci uocant *conflatum esse censeas* 14 so- or
let] *in litura h* solent *ni f. H* 16 quoque numero incipimus *D* numerum *D* ideo
17 uel multiplicatus *om. RD add. d* actiua prima *D* primae *b* praeferuntur *Hb* 18 quae esse] *d* **(ee *ni f.*) *D* 19 sit *om. LK post* actus *add. k* praequi g
cedat *post* actus *add. l* quod agit *Rr* ait *Dd* patitur uel quod *K* 20 i
aeget *G* 21 ex se] a se *K* 23 quas] *r* quod *R* quos *d* uara consequitur *Dd* tur
consequi sequitur *Rr* 24 causas. quare indicatiuus dicitur. indicatiuus *GLK* 25 agitur. quare imperatiuus. imperatiuus *GLK* 26 quo] *rb* quod *RB* faciant *b* aliquod *GK*

p. 821. 22 P. p. 407 K.

qui ideo secundum tenuit locum, quod per se absolutus, quemadmodum indicativus, non indiget auxilio alterius partis ad plenam significationem, licet per tempora et personas deficiat naturaliter. solemus tamen non solum imperantes, sed etiam orantes saepissime eo uti, ut:

Musa, mihi causas memora, quo numine laeso

Virgilius in I. idem in VIIII:

Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti.

XIII 68 Tertius est optativus, qui quamvis et temporibus et personis perfectior videatur esse imperativo, tamen eget adverbio optandi, ut plenum significet sensum, et quod, qui optat, inferior videtur esse imperante: itaque iure post imperativum ponitur.

Quartus est subiunctivus [quippe iure], qui eget non modo adverbio vel coniunctione, verum etiam altero verbo, ut perfectum significet sensum, ut Virgilius in bucolico:

Cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito.

et sciendum, quod omnibus modis aliis sociari potest subiunctivus, qui cum diversas habeat significationes, || non ab una earum, sed a constructione nomen accepit, veluti denominativa, quae diversas habentia significationes generale tamen nomen multarum specierum sibi defendunt. est enim quando dubitationem significat, ut 'si videam, intellego'; est quando confirmationem, ut Virgilius in I Aeneidos:

Certe hinc Romanos olim volventibus annis
Hinc fore ductores revocato a sanguine Teucri,

1 ide^{o} *Dd* quāeammodum *Rr* quemammodum *HGL* 2 partis] par *R* 3 personas] *g* persona *GL* 4 saepisse *R* 5 *Verg. Aen.* I 8 6 uerg̃ in I. (*sic*) *ante* Musa *exhibet H* in I aeneidos (eneidos *d*) *Gd* *Verg. Aen.* VIIII 525 VIIII] VIII. *K* VII. *HG* II. *B* II. georgicorum *R, quod videatur spectare ad Verg. georg.* II 7 Huc pater, o Lenaee, ueni, *ut locus sic scribendus sit:* idem in II georgicorum: Huc pater, o Lenaee, ueni. idem in VIIII: Vos *etc.; mihi tamen potius doctum aliquod gloss. veram lectionem in R videtur expulisse* 7 Calliope] *r* caliope *RG* caliopae *LK* praecor *R* aspirate *RGL* canenti. quare optatiuus tertius est. Optatiuus *GK* canenti. quare optatiūus. Optatiuus (tertius est *om.*) *L* 8 et personis et temporibus *B* perfecior *R* videatur esse] *r* uidear esse *R* esse uideatur *G* 9 *post* aduerbio *erasum* uel coniunctione *in D* 10 imperanti *BDHGLK* 11 ponitur. quare subiunctiuus quartus. subiunctiuus *GL* ponitur. quare subiunctī Quartus subiunctiuus *K* 12 est *om. H* quipe *G* eget *ex corr. d* non modo] non solū modo *Rr* non solum *B* 13 coniuncione *D* 14 *Verg. ecl.* 3, 77 15 uitulam *libri et hic et lib.* XVI § 4 XVII § 204 XVIII § 79 *tantum non omnes cum Rom.* (*deficiunt Med. Pal.*) uitula *D lib.* XVI § 4 *cum aliquot libris Verg.* 16 quod *om. R* ** omnibus(in) *G* aliis modis *GLK* potest sociari *G* 17 earum] *d* eorum *D* sed astructione *K* 18 denominatiuo *R* nominatiua *L* diuersa^{s} *Rr* 21 *Verg. Aen.* I 234 *sqq.* aeneidis *D* 22 certe *liturae spscr. in Med.* 23 forse(t) *R* reuocato sanguine *cum Fr. m. pr. et Gud. R et hic et lib.* XVII § 80, *at* reuocato a sanguine *rell. utroque loco et omnes cum R lib.* XVIII § 108. 201. 253 *et sic Med. Rom. Ver.* (*deficit Pal.*) sanguine ucri *Rr*

p. 822. 23 P. p. 407—409 K.

Qui mare, qui terras omni dicione tenerent,
Pollicitus:

'tenerent' enim confirmative dixit; est quando suadentes hoc utimur, ut si dicam 'prodest ut legas'; est quando imperantes, ut 'ne dicas', 'ne facias', in quo nec eget alio verbo; est | quando ostendentes potuisse fieri, nisi quid impedimento fuisset, ut 'facerem, si placuisset', 'dicerem, si licuisset'. possunt fortassis praeterea perspicaciter inquirentibus et aliae praedicti modi significationes inveniri.

Infinitus est, qui et personis et numeris deficit, unde et nomen acce- 69
pit infiniti, quod nec personas nec numeros definit et eget uno ex quattuor supra dictis modis, ut significet aliquid perfectum, ut 'legere propero, legere propera, utinam legere properarem, cum legere properem'.

Impersonale autem verbum suae cuiusdam est significationis et solet vel a neutris activam vel absolutam vim habentibus, non tamen passivam, plerumque nasci, ut 'statur', 'curritur', 'vivitur', 'ambulatur', vel ab activis, ut 'amatur', 'legitur', a passivis vero vel communibus vel deponentibus numquam, nisi ab uno 'misereor miseret', sed magis id quoque a 'misereo' est. vetustissimi enim pro 'misereor' 'misereō' dicebant, sicut diversis supra ostendimus usibus.

Supina vel participialia cum nec personas discernant et temporibus 70
careant, quibus sine verbum esse non potest, et casus assumant et praepositionibus separatis adiungantur, sine dubio mihi nomina videntur esse, quae tamen loco infinitorum ponuntur tam activorum quam passivorum. nec per se ea solum || posita pro infinitis accipiuntur, sed etiam eiusdem formae indubitabilia nomina aliis adiuncta nominibus secundum eundem casum, ut Cicero in I invectivarum: nihil hic munitissimus habendi senatus locus, id est 'tutus habere senatum', ἀσφαλὴς ἔχειν τὴν σύγκλητον. inter mobilia tamen nomina eiusdem formae et haec (id

edat'. in omnibus vero, quae solent a secunda nasci persona, corruptam
invenies regulam coniugationis, 'es' tamen productam, quam a secunda acceperunt persona, servatam ubique: 'ēs, ēst ēste ēsto ēstote ēssent ēsse'.

Nec mireris, si non ubique differentiam faciat vel defectionem anceps significatio; non solum enim in verbis, sed etiam in nominibus et aliis
partibus orationis est quando faciunt differentiam vel accentuum vel litterarum mutatione auctores, est quando non faciunt. ergo, quia de praeterito imperfecto loquentes anomalorum ratio coegit pluribus uti per medium verbis, breviter de illo repetamus, ut ad cetera facili via pervenire possimus.

Praeteritum imperfectum diximus a praesenti fieri sic: in prima quidem et in secunda coniugatione et quarta in 'eo' desinente a secunda persona ablata s finali et addita 'bam': 'amas amabam', 'doces docebam', 'is ibam'; in tertiae vero omnibus verbis et quartae in 'io' desinentibus

1 eo is *Dd* 2 proedo *h* praedo *H* ponetur *GL* iurae *Rr* 3 t] *r* est *R* es t *BH* sola *Rr* et in alio *D* 4 ut sum *GL* certum *D* est *om. D* differentia *G* 5 proporcionem *D* *post* s in t *sqq. usque ad* s in t *om. R add. r* 6 tertia] tertia persona *d* proferretur] *d* proferetur *DGL* proferretur es et *in litura K* coniuntio *H* uerb**um (or) *B* 7 esse *om. R* in omnibus *om. GL* 8 sed etiam fero *K* 9 inaequale est *K* nume seruat regulam tertiae *Rr* 11 futuro] *d* futurum *D* coniugatio *H* coniugationē *h* 12 nasci a prima *L* *post* persona: hoc est in tertia persona *om. R add. r* 13 aptatiui *Rr* qui] *rd* quae *R* quid *D* est] *r* ēē *R* subiunctatiui *K* aedam *H* edas *om. D* 14 corrupta *B* 15 es *in litura K* producta *H* 16 seruata *H* ubique seruatam *GL* es. es. este *B* este] **** *H* estote esteto *Rr* essent esse] essent uel essem esse *H* essem esset *D* 18 faciat differentiam *L* **** *D* facit *H* defecionem *Rr* 19 in nominibus et in aliis *k* in omnibus aliis *K* et in aliis *L* 20 deferentiam faciunt *K* uel litterarum uel accentuum *B* 21 mutationē *BDH* est *K* et est *L* 23 reppetamus *L* 25 ut diximus *b* fieri. Sic in *G* sic *ex* sit *corr. K* 26 et secunda *K* 27 finalis *B* ut amas *h*

p. 850. 51 P. p. 441. 42 K.

prima persona mutat o in e productam et assumit 'bam': 'lego legē-
12 bam', 'facio faciēbam', 'venio veniēbam'. et in prima quidem coniugatione et tertia et quarta 'io' desinente una syllaba vincitur prima praesentis persona a praeterito imperfecto: 'meo meabam', 'dico dicebam', 'munio muniebam'; in secunda vero et quarta in 'eo' desinente pares habet syllabas: 'doceo docebam', 'eo ibam'. nec mirum, cum haec minuunt secundam personam una syllaba, sicut supra dictum est: 'doceo doces', 'eo is', prima autem pares habet in utraque persona syllabas: 'curo curas', tertia vero in omnibus aliis absque in 'io' desinentibus, ut 'lego legis', 'ruo ruis', 'traho trahis'. sed quamvis in 'io' desinentia solent minui in secunda persona tam tertiae quam quartae coniugationis: 'facio facis', 'aperio aperis', tamen non a secunda, sed a prima faciunt praeteritum imperfectum, sicut docuimus. |

DE PRAETERITO PERFECTO.

III 13 Praeteriti perfecti multiplices et variae sunt regulae. itaque commodum putavimus primo quae in eo generalia esse contemplati sumus disserere, postea vero per singulas syllabas tractare de eo.

Omne igitur praeteritum perfectum primam personam in i terminat: 'amavi', 'docui', 'dixi', 'comperi', et assumpta 'sti' facit secundam: 'amavisti', 'docuisti', 'dixisti', 'comperisti', ĭ vero ascita et correpta i tertiam: 'amavĭt', 'docuĭt', 'dixĭt', 'comperĭt', 'mus' primam pluralem: 'amavĭmus', 'docuĭmus', 'dixĭmus', 'comperĭmus', i tamen paenultima correpta. secunda pluralis a sua singulari || fit addita s: 'amavistis', 'docuistis', 'dixistis', 'comperistis', tertia autem ex prima singulari nascitur, i finali conversa in e productam et addita 'runt' vel 're': 'amavērunt' vel 'amavēre', 'docuērunt' vel 'docuēre', 'dixērunt' vel 'dixēre', 'comperērunt' vel 'comperēre'.

Et nascitur hoc quoque tempus a praesenti, sicut mox docebimus, et

1 mutat o] *b* mutato *B* mutata o *RL* motata o *K* et *om. G* assummit *R* assumpta *GLK* adsumpta *BDH* 2 uenebam *Hh* quidem *om. L* 3 quarte *Rr* in io *LK* 5 munio munio muniebam *R* muebam *Hh* nero coniugatione et *H* et in quarta in *BDGLKr* 6 syllabas doceo docebam eo is *R post* syllabas: doceo docebam — dictum est *add.*, docebam *in* doces *mut. r* docebam munio muniebam eo *K* 7 unam syllabam *r* 8 "syllabas 'in utraque persona *G* 9 aliis *del. r* 10 soleant *BK* 11 tam *om. D* 12 non a secunda *in litura K* preteritum *in litura K* 14 de p̄terito perfecto omnium generaliter coniugationum *D* *inscr. unius lin. spatio rubricatori rel. om. H* 16 in eo *D* disserere] *rh* dissere *RH* 17 deo *RrD* 18 terminant *D* 19 compleri *Rr* adsumpta *B* 20 dixis compleisti *Rr* adscita *B* 21 tertam *K* complerit *Rr* pluralem addita amauimus (*fuit* addita *sc. gloss. ad* mus) *RB* 22 complerimus *Rr* 23 singulari sua *GL* amauistis *H* 24 compleristis *Rr* 25 productam] *r* producta *R* ut amauerunt *GLK* ut amauaerunt *H* 26 amauero *Rr*

p. 851. 52 P. p. 442 43 K.

vel pares habet cum eo syllabas, ut 'iuvo iuvi', 'moneo monui', 'lego legi', 'munio munivi', vel minuitur una syllaba, ut 'facio feci', 'fugio fugi', 'venio veni', vel vincit una syllaba, ut 'oro oravi', 'curro cucurri'.

Si sint primae coniugationis, abundat praeteritum una syllaba: 'accuso accusavi', 'domo domui', 'sto steti', exceptis duobus: 'iuvo iuvi', 'lavo lavi'. antiqui tamen haec quoque secundum analogiam saepe proferebant, unde Terentius in eunucho:

Dum haec mecum †.puto, accersitur lavatum interea virgo

'lavatum' dixit, quod est a 'lavavi', pro 'lautum' vel 'lotum'. in secun- 14
dae vero coniugationis et tertiae verbis in 'io' desinentibus et in omnibus quartae numquam crescit praeteritum perfectum, sed vel pares habet praesenti syllabas vel minuitur: pares, ut 'pareo parui', 'habeo habui', 'cupio cupivi', 'munio munivi', 'aperio aperui'; minuitur una syllaba, ut 'augeo auxi', 'ardeo arsi', 'video vidi', 'facio feci', 'comperio comperi'; in aliis vero omnibus verbis | tertiae coniugationis modo pares habet, modo una syllaba vincit, numquam autem minuitur: pares, ut 'ago egi', 'frango fregi', 'vinco vici'; vincit: 'credo credidi', 'accerso accersivi', 'occulo occului', 'curro cucurri'. et notandum est in omnibus verbis disyllabis, quibus interposita est consonans, quod, si pares sint in praeterito et in praesenti syllabae, paenultima vel natura vel positione producitur, sive sit in praesenti longa sive non, ut 'iŭvo iūvi', 'rĕgo rēxi', 'lĕgo lēgi', 'frāngo frēgi', 'scāndo scāndi', 'lūdo lūsi', exceptis 'scindo scĭdi', 'findo fĭdi', 'bibo bĭbi'. si enim pura sit paenultima, in plerisque corripitur etiam 15
in praeterito, ut 'luo lŭi', 'nuo nŭi', 'spuo spŭi', 'suo sŭi', 'ruo rŭi', 'eo ĭi' (invenitur et 'īvi'); in paucis producitur, ut 'struo strūxi', 'fluo flūxi', 'neo nēvi'. idem fit etiam, cum a trisyllabis prae|sentibus disyllaba fiunt praeterita, ut 'sedeo sēdi', 'video vīdi', 'facio fēci', 'capio cēpi', 'iacio iēci', 'augeo aūxi', 'ardeo ārsi', 'foveo fōvi', 'faveo fāvi'. in crescentibus vero, in quibus repetitio fit principii per praeteritum, paenultimae

3 ueni moneo monui uel *Dd* 4 abundant *Dd* habundat *R* 5 domo *del. r* 6 hoc *D* uel proferebant protulerunt *G* 7 *Terent. eun.* III 5, 44 8 reputo *Terentius* accersitur] *rd* accessitur *R* acersitur *DK* arcessitur *G* arcesitur *Ll* 11 coniugationis tertiae *Rr* 12 habet pares *LK* praesentis *GLK* 13 parsui (a) *R* habe° *Rr* • 14 aperio aperui minuitur una (uitur una *in litura r*) *Rr* 15 auge. *Rr* 17 minuitur *in litura k* ut *om. G* 18 uinci *RrH* vincit] *om. DGL* uincit una syllaba *RK* crescit. Vt *d* ut credo *Hr* arcesso *B* acerso acersiui *Hh* arcesso arcessiui *LK* occulto *H* 19 notandum in *K* 20 in quibus *K* 23 fregi *add. r* scandali *Dd* scindi scindi. Si *Rr* et findo fidi scindi *K* sciadi (n?) *H* et findo *BD* fisdi (n?) *H* 24 bibo bibi *om. BDGLK* et bibo bibi *d* penultima in plerisque pura sit *K* corpitur *R* 25 suo sui *om. G* 26 ut est struo *GLK* 28 caepi *H* coepi *B* 30 reppetitio *L* repititio *K* fit repetitio *G* et per *Rr* per *add. d*

p. 852 P. p. 443. 44 K.

vel antepaenultimae principalis syllabae praesentis tempora servantur in praeteriti paenultima, ut 'caēdo cecīdi', 'cūrro cucūrri', 'mōrdeo momōrdi', 'tōndeo totōndi', 'spōndeo spopōndi', 'fāllo fefēlli', 'pēdo pepēdi', 'cădo cecĭdi', 'părio pepĕri', 'căno cecĭni', 'tēndo tetēndi', 'pōsco po-
16 pōsci'. excipiuntur 'pĕllo pepŭli', 'tăngo tetĭgi', 'pāngo pepĭgi', 'pūngo pupŭgi', 'dīsco didĭci', 'percĕllo percŭli' et 'tūndo tutŭdi', unde Horatius in epistularum libro II:

Speratum meritis. diram qui contŭdit hydram.

Et in prima quidem coniugatione principium immobile manet in supra dicto tempore exceptis quattuor verbis: 'sto steti', 'do dedi', 'lăvo lāvi', 'iŭvo iūvi'. illa enim duplicant consonantem, haec vocalem in praesenti correptam paenultimam in praeterito perfecto producunt, quod in nullo alio supra dictae coniugationis accidit verbo. in | secunda vero et tertia in omni loco est, ubi invenimus moveri literas vel syllabas praesentis. per singulas igitur tam vocales quam consonantes per ordinem ostendemus solitas fieri mutationes.

A brevis modo manet eadem, ut 'căreo cărui', 'răpio răpui', 'văleo vălui', modo producitur: 'făveo fāvi', modo mutatur in e correptam, ut 'cădo cĕcidi', 'tăngo tĕtigi', modo in e productam, ut 'ăgo ēgi', 'făcio fēci', 'iăcio iēci', 'frăngo frēgi'. producta vero non mutabitur: 'rādo
17 rāsi', 'pāreo pārui'. et sciendum, quod, cum a brevis in e productam convertitur, vel disyllabum est tam praesens quam praeteritum, ut 'ăgo ēgi', 'frăngo frēgi', vel a praesenti trisyllabo praeteritum disyllabum fit, ut 'făcio fēci', 'iăcio iēci'; in e vero correptam ex contrario, quando a praesenti disyllabo praeteritum fit trisyllabum: 'cădo cĕcidi', 'tăngo tĕtigi'.

E correpta modo eadem manet, ut 'ĕgeo ĕgui'; modo producitur, ut

1 principalis syllabae] *sic etiam h. l. DH* principalisyllabae *B* praesentis tempora] *om. R* praesentis tempora principalis syllabae *BDHr* 2 praeteriti] *d* praeterito *BD* cădo *Gg* cedi *Rr* cecidi *Gg* c•cecidi(a) *H* cicidi *DLK* *post* cucurri: parco peperci pendeo pependi ******** *Dd* parco peperci *in mg. H* 3 tondo *Hh* spospondi *K* 4 cano cecini pario peperi (pepiri *L*) *DHGLK* peperi *Rr* tedendi *G* 5 pepigi *B* pepegi *Gg* 6 percello perculi *om. L* et *K* tutŭndi (*sic*) *Dd* orā *K* *Hor. epp.* II 1, 10 7 in *del. r om. DHGLK* aepistolarum *K* 8 contudit] *k* contulit *K* 9 immobile principium *G* 11 iouo iuuo *H* dplicant *Rr* 12 in *ante* praeterito *add. h* praeteritum perfectum *Rr* 13 accidit *ex* accedit, *ni f., corr. H* et in tertia in omni est ubi inuenimus loco *G* 14 in *om. B* 17 manet ut *B* eadem care• *K* 18 ualui eadem modo *B* favi] *h* faue *H* 20 non mutatur *H* 21 sciendum est quod *H* quod *add. b* 22 conuertitur *Rr* tam praesentis *Rr* 23 trysyllabo *D* trisyllaba *L* praeterito *Rr* 24 correptam uero *Hh* 25 tryssyllabum *D* ut cado *G* 27 correptam *Rr* modo eadem modo *H* eadem modo *K* egeo *Rr* ego *Dd* modo producitur *in mg. add. K*

p. 852. 53 P. p. 444. 45 K.

'lĕgo lēgi', || 'sĕro sēvi', 'cĕrno crēvi', 'sĕdeo sēdi', 'vĕnio vēni'; modo mutatur in a productam, ut 'stĕrno strāvi'; modo in i correptam, ut 'ĕo ĭi'; productam, ut 'tĕro trīvi'; modo in u correptam, ut 'docĕo docŭi', 'monĕo monŭi'. producta si fuerit, in praeterito quoque producitur vel natura vel positione, ut 'cēdo cēssi', 'crēdo crēdidi'.

I correpta modo manet eadem, ut 'nĭteo nĭtui'; modo producitur, ut 'vĭdeo vīdi', 'cupĭo cupīvi'; modo in e convertitur vel natura vel positione longam: 'incĭpio incēpi', 'aspĭcio aspēxi'; modo in u, ut 'rapĭo rapui'. producta manet eadem, ut 'fīgo fīxi', 'rīdeo rīsi', 'nītor nīsus', 'fīdo fīsus'. 18

O correpta modo manet eadem, ut 'dŏceo dŏcui', 'cŏndo cŏndidi'; modo producitur, ut 'mŏveo mōvi', 'fŏveo fōvi', 'fŏdio fōdi'. o producta in quibusdam manet, ut 'ōro ōravi', 'dōno dōnavi', in aliis corripitur, ut 'pōno pŏsui', 'cōgo cŏegi'.

V correpta modo manet eadem, ut 'rŭo rŭi'; modo producitur natura vel positione, ut 'fŭgio fūgi', 'strŭo strūxi', 'flŭo flūxi'. producta quoque modo manet modo mutatur, ut 'excūdo excūdi', 'lūdo lūsi', | 'tūndo tŭtudi'.

'Ae' diphthongus in quibusdam manet: 'quaero quaesivi', 'laedo laesi'; in aliis mutatur in i productam: 'caedo cecīdi'.

'Au' manet eadem, ut 'augeo auxi', 'haurio hausi'; mutatur in uno 19 anomalo in 'abs': 'aufero abstuli'.

B manet: 'bibo bibi', 'habeo habui'; mutatur in 'ps' vel duas s: 'scribo scripsi', 'nubo nupsi', 'iubeo iussi'. (quaeritur tamen de 'scripsi' et 'nupsi', cur non per b, sed per p scribantur; et est causa euphoniae, quod in principio syllabae b ante s vel ante t inveniri non potest, ut 'ipse', 'aptus'. nam 'absonus', 'abstinens' et similia non in principio syllabae habent coniunctas b et s, cum praepositio separatim est syllaba

1 sedeo sedi cerno creui *H* 2 productam sterno *L* correptam eo *G* 3 ii. Modo productam *B* in u *add. d* deceo *Dd* 5 caedo *H* cesi *Kk* 6 I *in litura h* modo mamanet *R* eadem niteo *L* 8 longam ut incipio *Rr* ut incipio *BDHGLK* u] *r* ii *ni f. R* u correptam *Gh* 9 fi*go fi*xi *G* 10 fidus *H* 11 mo*do *Hh* condo condidi *eras. in H* 12 foudi *H* o productam *Rr* 15 eadem *add. bd* 16 stro *Hh* 17 mutatur. manet ut *Kdh* excludo excludi *G* excludo excludi *L* excludo exclusi (si *in litura k*) *Kk* cudi ludo lusi mutatur in u correptam ut pungo pupugi tundo *Dd* mutatur in u correptam *eodem loco spscr. h* lu*si(d) *L* 18 tutuṇdi *Rr* 19 Ae dyptongus *d* Aegyptongus *D* ut quaero *GLKd* 20 lexi *D* ut caedo *GLK* cecîdi *B* cicidi *GLK et ex* cecidi *mut. D* 21 hario *H* haurio hausi *D* 23 ps *Bb* duas ss *r* ss *BDHGLK* 24 ut scribo *H* 25 et nupsi et nupsi *H* euphoniae] *d* euphonia *DHr* 26 b *om. L* uel t *G* 27 aptus] *d* abtus *D* abstinens et *Hh* *post* principio: eaedem *add. r* eadem *BGLK* *edem *DH* eiusdem *dh* 28 syllaba *GLK* b et s *Hh*

p. 853. 54 P. p. 445. 46 K.

accipienda. igitur participia quoque supra dictorum verborum rationabiliter per p et t scribuntur: 'scriptus', 'nuptus', et nomina ex his derivata: 'scriptor', 'nuptiae'.)

C modo manet, ut a 'doceo docui', 'facio fe||ci'; modo duplicatur, ut 'cano cecini', 'cado cecidi', 'caedo cecidi'; modo transit in s, ut 'mulceo mulsi', 'farcio farsi'; modo in x, ut 'duco duxi', 'sancio sanxi'.

D manet eadem: 'candeo candui', 'defendo defendi'; duplicatur: 'perdo perdidi', 'credo credidi'; transit in s: 'laedo laesi'; vel in duas s: 'cedo cessi'.

F manet: 'ferveo fervi', 'frango fregi'; duplicatur: 'fallo fefelli'.

G servatur eadem: 'egeo egui', 'lego legi'; vel mutatur in s, ut 'algeo alsi', 'turgeo tursi', 'mergo mersi'; vel in x: 'frigeo frixi', 'augeo auxi', 'tingo tinxi', 'pingo pinxi'; subtrahitur: 'gigno genui'.

H est ubi manet integra: 'habeo habui'; est ubi mutatur in x: 'traho traxi', 'veho vexi'.

L manet per se, ut 'oleo olui', 'alo alui', 'occulo occului'; vel mutatur in s, ut 'vello vulsi'; vel subtrahitur, ut 'percello perculi', 'pello pepuli'.

M manet: 'timeo timui', 'emo emi'; assumit 'ps': 'demo dempsi', 'como compsi', 'promo prompsi'; geminatur, ut 'mordeo momordi'; subtrahitur: 'rumpo rupi'.

N servatur eadem, ut 'moneo monui'; assumit s, 'maneo mansi'; mutatur in s: 'pono posui'; vel in 'ps': 'temno tempsi'; vel in u loco consonantis: 'sterno stravi', 'decerno decrevi'; subtrahitur: 'linquo liqui', 'vinco vici'.

P manet: 'sapio sapui', 'rapio rapui', 'pareo parui', 'peto petivi'; repetitur: 'pello pepuli', 'parco peperci', 'pendeo pependi'; assumit s: 'repo repsi', 'scalpo scalpsi'; conduplicatur: 'reperio repperi'.

Q manet eadem: 'quaero quaesivi', 'queo quivi'; transit in s: 'torqueo torsi'.

1 rationabiter *G* 2 et nuptus et *GLK* ex his *om* *GLK* derivatiua *D* diriuatiua *G* 3 et nuptiae *GLK* 4 a *eras. in H* duplicantur *H* 5 caedo cicidi *DGLK* caedo caecidi *H* 8 ut perdo *GLK* credidi] credi *B* duas .ss. *BDH* 9 ut cedo *GK* ut c*edo (a) *L* caesi *L* 10 ferbeo *DHGLK* fervi] *r* feruui *RB* feibui *DHGLK* ut *ante* fallo *in mg. add. K* 12 turge^o *Dd* uel *om. GL* 13 subtraitur *RD* 14 *** *L* habeo *Rd* ut traho *B* 16 L littera *B* alo alui *post* occului *add. r* occulo — vulsi] occulo occusi *G* 17 subtraitur *D* 19 ut timeo *GLd* emui *D* adsumit *B* 20 cosi *D* promsi *DL* 21 subtraitur *D* ut rumpo *K* 22 adsumit s ut *B* 23 tem*no (p) *K* tempno *B* 24 consantis *L* consonantis *H* consonantis posita *G* li*qui (n) *H* 25 uinci *D* ui*ci (n) *H* 26 sapiui *GL* 27 reppetitur *L* pendeo pependeo *Dd* penpendi *H* adsumit *B* 28 duplicatur *D* 29 queo *D* *post* transit in s *sqq.* — transit in is *om. R add. r* ut torqueo *K*

p. 854. 55 P. p. 446 K.

R manet: 'curro cucurri', 'terreo terrui'; transit in s: 'quaero quaesivi', 'uro ussi', 'haurio hausi'; vel in u loco consonantis: 'tero trivi'.

S manet: 'censeo censui', 'arcesso arcessivi'.

T manet: 'verto verti'; transit in s: 'mitto misi', 'concutio concussi'.

X manet: 'texo texui', 'nexo nexui'.

Sunt igitur formae generales praeteriti perfecti octo: in 'vi' syllabam, 'ii', 'ui' divisas, 'si', 'xi' et i antecedente consonante, quae in praesenti tempore ante o vel 'eo' vel 'io' invenitur, et quae in principio geminat consonantem et quae in fine. IIII 21

Et in 'vi' quidem quattuor coniugationum sunt verba, quae terminant praeteritum, ut 'amo amas amavi', 'fleo fles flevi', 'cupio cupis cupivi', 'munio munis munivi'.

In 'ii' vero tertiae et quartae, quae in 'ivi' desinentia intercepta u consonante corripiunt i paenultimam, ut 'cupivi cupĭi', 'arcessivi arcessĭi', 'sivi sĭi', 'munivi munĭi', 'audivi audĭi'.

In 'ui' divisas omnium coniugationum verba inveniuntur terminantia: primae, ut 'tono tonas tonui', 'seco secas secui'; secundae: 'teneo tenes tenui', 'habeo habes habui'; tertiae: 'annuo annuis annui', 'pono ponis posui', 'alo alis alui'; quartae: 'aperio aperis aperui', 'prosilio prosilis prosilui'.

In 'si' secundae et tertiae et quartae; secundae: 'ardeo arsi', 'rideo risi', 'suadeo suasi'; tertiae: 'ludo lusi', 'cedo cessi', 'uro ussi', 'scalpo scalpsi'; quartae: 'raucio rausi', 'haurio hausi', 'farcio farsi'.

In 'xi' similiter secundae et tertiae et quartae; secundae: 'augeo auxi', 'frigeo frixi', 'mulgeo mulxi'; tertiae: 'duco duxi', 'pingo pinxi', 'coquo coxi', 'vivo vixi'; quartae: 'sancio sanxi'.

I habent post consonantem ante o vel 'eo' vel 'io' praesentis temporis et in prima, ut 'iuvo iuvi', 'lavo lavi'; et in secunda, ut 'prandeo prandi', 'sedeo sedi', 'video vidi', 'foveo fovi'; et in tertia: 'bibo bibi', 'lego legi', 'defendo defendi', 'fugio fugi', 'fodio fodi'; et in 22

1 ut curro *d* 2 usi *LK* consonantis *add. r* ut tero *G* 3 ut censeo *Gd* anseo *D* arcessivi] *h* arcersiui *H* 4 ut uerto *r* uerti*(t) *B* mi*to misi(t-s) *L* concusi *K* 5 ut texo *d* texeo *B* 6 DE FORMIS PRETERITI PERFECTI. *inscr. B* 7 in ii in ui *Krd* si et xi *B* in si in xi et in i *d* consonante qui in *H* consonante que in *h* 10 sunt coniugationum *B* 12 muniui. In secunda uero et tertiae *B* 13 in ivi] in ui *DK* u *om. G* 14 penultimam *D* ut *om. GLK* 15 siui sii *om. BD* 16 inueniuntur uerba *K* umen terminantia *Rr* 17 ton*o ton*as *L* ut teneo *LK* 19 posuit *K* aperio aperis aperui prosilio prosilis prosilui *H* 21 secundae et tertiae *Rr* 22 suadeo sasi *G* tetiae *R* caedo *R* cesi *K* ussi] *r* usi *RLK* - 23 raucio] *r* rautio *RDH* hausi] ausi *B* fartio *Rr* 24 aus *Rr* 25 mulceo *Kk* mulgeo mulxi *om. L* mulsi *Dd* mul*xi(i) *H* coquo *ex* quoquo *corr. R* coco *GLK* 26 santio *Rr* uincio uinxi *post* sanxi *add. Hd* 27 consonantem positam ante *h* uel eo uel eo uel io *Rr* 28 et *add. R* lauo la|ut prandeo, *in mg.* ui et in secunda *add. K* 29 fovi] fodi *R* 30 bi bi *Rr* deffendo *G* defendi *spscr. r*

p. 865. 56 P. p. 446. 47 K.

quarta: 'reperio repperi', 'comperio comperi'. geminant consonantem in | prima quidem coniugatione duo monosyllaba: 'do dedi', 'sto steti'; in secunda principales modo syllabas: 'mordeo momordi', 'tondeo totondi'; in tertia alia principales, alia finales: principales quidem, ut 'disco didici', 'cano cecini', 'pello pepuli'; finales vero, ut 'credo credidi', 'vendo vendidi'.

Formis igitur generalibus praeteriti cognitis nunc necessarium esse existimo de paenultimis quoque uniuscuiusque formulae syllabis generaliter tractare. non minus enim hae quoque ad omnem rationem declinationis tam praeteriti perfecti quam plusquamperfecti nec non etiam participiorum eiusdem temporis necessariae sunt.

23 In 'ui' terminantium omnis paenultima || longa est vel natura vel positione, et vel in praesenti quoque habent u loco consonantis, ut 'iuvo iūvi', 'lavo lāvi', 'moveo mōvi', 'caveo cāvi', 'paveo pāvi', 'faveo fāvi', 'foveo fōvi', 'voveo vōvi', 'volvo vōlvi', 'solvo sōlvi'; vel a secunda persona praesentis nascuntur abiecta s et assumpta 'vi': 'amas amāvi', 'oras orāvi', 'fles flēvi', 'comples complēvi', 'cupis cupīvi', 'audis audīvi'; vel pro n vel r vel 'sc', quae in praesenti tempore inveniuntur ante o, u habent loco consonantis principalem extremae syllabae in praeterito perfecto, ut 'sino sīvi', 'decerno decrēvi', 'tero trīvi', 'quiesco quiēvi', 'pasco pāvi'.

24 Et primae quidem coniugationis et tertiae verba in 'vi' syllabam facientia praeteritum perfectum, quae a prima persona nascuntur, pares habent tam in praesenti quam in praeterito perfecto syllabas, ut 'iuvo iuvi', 'lavo lavi', 'sterno stravi', 'sino sivi', 'tero trivi', 'ascisco ascivi', excepto 'quaero quaesivi', 'pono posivi' antique, quod nunc dicimus 'posui'. quae vero a secunda persona nascuntur, superant in praeterito eandem secundam personam una syllaba, ut 'accusas accusavi', 'deles delevi', 'cupis cupivi', 'munis munivi'.

1 repperio *D* repperio *K* reperi *G* 2 coniugatione *om. K* coniugacione *D* 3 principales monosyllabas *B* modo *om. GLK* modo *Rr* tantum *in mg. h* tontondi *G* 4 tertiae *Rr* aliae *K* aliae *RBDH* aliae *K* aliae *RBDH* ut disco ut didici *R* 7 praeteriti] *r* preteritis *R* * esse(ẽ) *H* 8 exestimo *G* 9 minus *Hh* hae] *om. LK* hec *B* he*(c) *D* u. penultima *post* quoque *add. R unc. incl. r* racionem declinacionis *D* 10 praeteri *R* 11 eiusdem temporum *K* 13 iugo *Rr* 14 lauo laui *om. GLK* moveo movi] moneo monui *G* paueo paui *om. D* paueo — uoui *om. BHGLK* faueo — uoui *sup. lin. add. D* 16 et abiecta *K* et adsūta *b* et absumpta *D* et addita *B* amo amas *G* ut amas *d* oro oras *G* 17 *oraui *H* fleo fles *G* 22 coniugacionis et terciae *D* syllabam] *r* syllaba *R* faciencia *D* 24 praesenti] *r* presenti *R* quam et in *R* 25 lauo lauo laui *K* siuo *D* sino sino *L* tro *L* adscisco adsciui *B* adscisui *D* 26 pono .s. posiui *D* posivi] *r* posui *RH* posui dicimus *B* 27 nauscuntur *D* 28 deler *Rr*

p. 856. 57 P. p. 447. 48 K.

Secundae vero, quae u loco consonantis ante ‘eo’ habent, producunt paenultimam, quae in praesenti corripitur, et ‘eo’ in i convertentia una syllaba minuuntur in praeterito perfecto, ut ‘căveo căvi’, ‘mŏveo mōvi’, ‘păveo pāvi’, ‘vŏveo vōvi’, ‘făveo fāvi’, ‘fŏveo fōvi’.

In ‘ui’ divisas praeteritum perfectum exire in omni coniugatione invenitur, et si vocalis sit paenultima ante | o in praesenti, pares habet syllabas eius praeteritum. inveniuntur autem eiusdemmodi verba in secunda vel tertia vel quarta coniugatione, ut ‘doceo docui’, ‘moneo monui’, ‘rapio rapui’, ‘annuo annui’, ‘aperio aperui’, ‘cooperio cooperui’; sin vero consonans sit ante o in praesenti, praeteritum una syllaba abundat, quod in prima quidem coniugatione in omnibus in ‘ui’ divisas terminantibus praeteritum invenies, ut ‘domo domui’, ‘veto vetui’, ‘sono sonui’, ‘seco secui’; in tertia vero hoc idem observatur || in iis omnibus, quae non habent vocalem ante o, ut ‘occulo occului’, ‘tremo tremui’, ‘pono posui’, ‘succino succinui’, quod in secunda vel quarta coniugatione non potest inveniri, cum haec i, illa e semper habent ante o finalem. et attendendum, quod paenultimae vel antepaenultimae praesentis tempora servant in huiuscemodi praeterito, sive pares habeant syllabas sive abundent, ut ‘dŏmo dŏmui’, ‘vĕto vĕtui’, ‘trĕmo trĕmui’, ‘nōlo nōlui’, ‘pāreo pārui’, ‘cāndeo cāndui’, ‘hăbeo hăbui’, ‘apĕrio apĕrui’, excepto uno: ‘pōno pŏsui’, quod cum in praesenti producit paenultimam ‘po’, in praeterito eandem antepaenultimam factam corripit; nec mirum, cum solum hoc in ‘no’ desinens et n in s mutavit in praeterito et in ‘ui’ divisas terminavit et, sicut supra diximus, veteres in ‘vi’ quoque syllabam hoc protulerunt. omnis autem paenultima supra dictae formae (hoc est in ‘ui’ divisas desinentium) corripitur; raro enim in Latinis dictionibus vocalem paenultimam ante alteram vocalem productam invenies. ideo autem diximus ‘raro’, quia in ‘fio’ verbo auctores producunt paenultimam, ut Virgilius in bucolico:

Omnia vel medium fīant mare; vivite silvae,

1 ante.o *Rr* 2 paenultimam] *om. R* penultimam *sup. lin. add. r* antepenultimam *BD* antepeneultimam *G* corrumpitur *Dd* conuertencia *D* 3 minuuntur. Inueni *H* praeterito] *r* preteriti *R* 4 paueo paui uoueo uoui *om. BHGLK* 5 exire *om. D* 7 eius] ei *HK* autem] tamen *B* eiusmodi *BDHGLK* vel] et *GLK* 8 tercia *D* vel] et *K* coniugacione *D* 9 adnuo adnui *B* 10 sillabundat *R partim a pr. m., partim ab r corr., a qua m.* ha *profectum est, quod tamen et ipsum iam a pr. m. add. videtur fuisse* 11 coniugacione *D* in ui *add. r* 13 his *libri* 15 sucino sucinui *K* succinui *om. L* succinjui *D* 16 illa e] ille *B* habent *Dd* attendum *Kk* adtendendum *B* 17 quod in penultimae uel antepenultimae praesenti *R* vel] et *K* 18 habent *GLK* abundent(h) *H* habundent *RD* 19 molo molui *K* 20 uno *om. GLK* 21 in *om. R* penultimam (*sic*) *add. d om. DHGLK* 22 corripit] *r* corripuit *R rell.* in o *K* desinens u *H* 24 autem] enim *G* 25 est ui *L* divisas] disas *G* 28 verbo] u (*i. e.* uero) *L* autores *D* ut *om. G* *Verg. ecl.* 8, 58 (*deficit Rom.*) 29 Omnia aut uel *Hh* flat *Med. Pal. Gud.* uiuitae *D Med.* diuite *B* syluae *K* syluae *H*

p. 857. 58 P. p. 448. 49 K.

in 'ius' enim terminantis genetivi paenultima anceps est. in Graecis autem dictionibus saepe hoc invenitur, ut 'Menelāus', 'spondēus', dīa Camilla.

V 27 In 'si' terminantium perfectum paenultimae vel natura vel positione producuntur. na|tura, ut 'rideo rīsi', 'ludo lūsi', 'raucio rausi', 'haurio hausi'; positione vel geminata s, ut 'gero gēssi', 'cedo cēssi', 'premo prēssi', 'uro ūssi', 'percutio percūssi'; vel l n r p ante 'si' positis, ut 'algeo ālsi', 'maneo mānsi', 'ardeo ārsi', 'tergeo tērsi', 'repo rēpsi', 'scalpo scālpsi'. et secundae quidem vel quartae minuunt unam syllabam in praeterito, ut 'rideo risi', 'suadeo suasi', 'urgeo ursi', 'ardeo arsi', 'farcio farsi', 'raucio rausi', 'sarcio sarsi'; tertiae vero pares habent tam in praesenti quam in praeterito, nisi si vocalem habeat ante o, ut 'ludo lusi', 'mitto misi', 'rado rasi', 'rodo rosi'. si enim vocalem habeat, minuit ea || quoque unam syllabam, ut 'concutio concussi', 'excutio excussi'; secunda enim quoque et quarta ideo minuunt, quia vocales habent ante o.

28 In 'xi' terminantia praeteritum perfectum secundae et tertiae et quartae coniugationis inveniuntur. et tunc tantum natura quoque producunt paenultimam, quando sit e, ut 'rego rēxi', 'tego tēxi', 'illicio illēxi'. in aliis enim positione sunt longae tantum, ut 'traho trāxi', 'vincio vīnxi', 'duco dūxi', quod ostenditur esse correptum ex nomine, quod ab eo derivatur et corripitur, 'dux dŭcis', sicut 'rēxi' produci approbatur ex nomine, quod ab eo nascitur, 'rex rēgis'. (quaeritur igitur, an 'luceo lūxi' debeat natura producta accipi, cum 'lūx' producatur. in quo etiam illud quaeritur, nomen a verbo an magis ex nomine verbum natum sit, quod esse mihi verius videtur, quomodo ab igne 'igneo' et 'ignesco' et a flamma 'flammo'.)

29 Quae praesentis temporis consonantes servantia ante o vel 'eo' vel 'io' positas easdem ante i habent finalem in praeterito, paenultimas vel natura vel positione habent productas, sive sint in praesenti correptae sive productae, ut 'iŭvo iūvi', 'lăvo lāvi', 'vĭdeo vīdi', 'sĕdeo sēdi', 'făveo fāvi',

1 anceps est ut unius. *R* 2 ut *om. GLK* menilaus *L* dia Camilla] *Verg. Aen.* XI 657 *cf. lib.* II § 46; *sic d* dica illa *D* 4 perfectum] praeteritum *K* uel naturae *Rr* 5 . Natura *in mg. add. K* . Natura est ut *B* rauci *Rr* 6 ausi *Rr* praemo *H* praemo praessi *Rr* premo pressi *B* 7 ussu *Rr* percussio *D* uel l uel n uel r uel p *Lk* uel u uel l uel r uel p *GK* l *add. r* 8 tergeo ter.geo.si *H* 10 urgeo *H* ursi *Rr* fartio *Rr* 11 rautio *Rr* sartio *Rr* habent sillabas *h* 12 si] *r om. RDH del. l* habeant *HGLK* ante o *in ras.* *B* 13 missi *D* mi*si(s) *L* enim i uocalem *B* habeant *HL* minuit *H* (*h*?)

14 una syllaba *H* concutio concusi* *K* 15 quarte *D* quia *Dd* 19 positiones *B* sunt longe positione *K* longuae sunt *G* 20 ab eo] abeo *r* habeo *RD* 21 ex quo nomine quod *B* 22 quod habeo *RrD* diriuatur uel nascitur *K* 23 **debeat (de) *L* 24 a] ex *GLK* 25 uerius *om. GK* 28 positas easdem posita *Rr* habeant *K* et uel natura *B* 29 positionem *Rr* productas habent *K*

p. 858. 59 P. p. 449. 50 K.

'lĕgo lēgi', 'defēndo defēndi', 'fŏdio fōdi', 'fŭgio fūgi', 'vĕnio vēni'. excipiuntur | quae in praesenti paenultimam i habent correptam eamque servant in praeterito quoque paenultimam. ea enim non producitur in praeterito per hanc formam, etiamsi in praesenti positione fit longa, ut 'bĭbo bĭbi', 'fīndo fĭdi', 'scīndo scĭdi'. et sciendum, quod in his quoque in 'eo' vel in 'io' desinentia verba una syllaba minuuntur in praeterito, ut 'sedeo sēdi', 'foveo fōvi', 'moveo mōvi', 'paveo pāvi', 'prandeo prāndi', 'venio vēni', 'reperio rēppĕri', quod notandum est, quod antepaenultimam, non paenultimam produxit positione; alia vero pares habent syllabas cum praesenti, ut 'iuvo iūvi', 'lego lēgi', 'frango frēgi', 'defendo defēndi', 'ago ēgi'.

Repetunt consonantes primae quidem coniugationis duo monosyllaba: 'do dĕdi', 'sto stĕti', et ex his composita: 'reddo || reddĭdi', 'resto restĭti'; habent autem paenultimas breves. secundae vero in principio repetunt quaedam et habent paenultimas positione longas, sicut in praesenti antepaenultimas, ut 'tōndeo totōndi', 'mōrdeo momōrdi', 'spōndeo spopōndi', 'pēndeo pepēndi'. tertiae autem quaedam in principio repetunt, quaedam in fine: in principio repetentia, si in praesenti paenultimam brevem habuerint, in praeterito quoque corripiunt eam: 'cădo cecĭdi', 'căno cecĭni', 'parĭo pepĕri'. sin longa sit in praesenti, paenultima naturaliter in praeterito quoque producitur, ut 'caēdo cecīdi', 'pēdo pepēdi'. sin positione sit in praesenti paenultima longa, est quando servatur in praeterito, est quando abiecta consonante corripitur; servatur in his: 'pōsco popōsci', 'pārco pepērci', 'fāllo fefēlli', 'tēndo tetēndi', 'pēndo pepēndi', 'cūrro cucūrri'; abiecta consonante corripitur in his: 'dīsco didĭci', 'pĕllo pepŭli', 'tăngo tetĭgi', 'pāngo pepĭgi', 'pūngo pupŭgi', 'tūndo tutŭdi'. et attendendum, quod omnia ea, quae geminant principalem, servant non solum consonantem, verum etiam vocalem primae syllabae praesentis temporis tam in prima quam in secunda syllaba, nisi si a sit; ea enim in e con-

1 fodeo *K* fodio fodi] foueo foui *D* fodio fodi foueo foui *H* foueo foui fodio fodi *B* 2 quae] *d* quoque *D* eamque] *r* camquae *R* 4 etsi *R*? praesenti sit positione longa *G* sit *BDHLK* 7 moui *add. r* 8 repperi *K* non penultimam (*sic*) *add. d* 9 *post* positione *in H interposita sunt duo folia, quae continent verba ab* a ferueo § 42 *usque ad* ualidior usus § 50 10 diffendo diffendi *K* 11 Reppetunt *L* 12 do *add. r* et *add. rd* redo redidi *Rr* resti^ti *Dd* resteti *k* 13 repetunt in principio *G* reppetunt *L* 15 totondi] *b* totond* *B* 16 pendo *R* reppetunt *L* 17 in fiue: in principio repetentia] *d* et habent penultimas positione *ad praecedens* quaedam in principio repetunt *reuertens D del. d* reppetentia *L* . 18 caneo *Rr* 19 peperi *K* pepiri *G* si^n *Rr* Si *D* 20 cedo *RD* cecidi *DG* cedi *Rr* cicidi *LK* pepidi *B* 21 est q̄n* seruatur *K* 22 servatur] *d* seruate *D* 23 tendeo *RrD* tetendi *ex* tetendo *corr. H* pendeo *Rr* pendo pependi *Hh* 24 didi*ci (d) *L* 25 panguo *K* pepigi *ex* pepegi *ni f. corr. K* adtendendum *B* adtendum *Rr* adtendentem *Dd* 26 principalem syllabam *L* 28 si *om. DGLK* si*(t) *H* sit .a. *GL* conuertitur — disco *add. r*

p. 859. 60 P. p. 450. 51 K.

vertitur, ut 'posco poposci', 'tendo tetendi', 'pendo pependi', 'curro cucurri', 'disco didici', 'pungo pupugi'; excipitur 'pello pepuli'. a vero in e mutatur, ut 'fallo fefelli', 'parco peperci', 'tango tetigi', 'pango pepigi', 'cano cecini', 'cado cecidi'. et vide, quod, si paenultima longa sit, ea quoque servat e, ut 'parco pepĕrci', 'fallo fefēlli', sin brevis, in i convertitur: 'tetĭgi, pepĭgi, cecĭdi, cecĭni'.

31 In hac enim coniugatione (id est tertia) etiam in fine fit repetitio eiusdem syllabae ubique paenultima correpta: 'vendo vendĭdi', 'credo credĭdi', 'reddo reddĭdi'. et sciendum, quod una syllaba abundat praeteritum, in quo fit repetitio principalis vel finalis, tam in prima quam in tertia coniugatione, nisi si i sit ante o, ut 'do dedi', 'sto steti', 'resto restiti', 'curro cucurri', 'parco peperci', 'cano cecini', 'caedo cecidi'; 'pario' vero, quia i habuit ante o, pares habuit syllabas tam in praesenti quam in praeterito perfecto: 'pario peperi'.

DE PRAETERITO PERFECTO PRIMAE CONIVGATIONIS.

VI 32 Quoniam igitur de generalibus praeteriti perfecti temporis verborum formis collectim docuimus, nunc separatim per singulas coniugationes de variis eiusdem temporis speciebus, cuius difficillima est tractatio omnium verbi quaestionum, disserere conemur.

Primae coniugationis verba a secunda persona indicativi modi, quae in 'as' desinit, tam in activa quam in neutrali significatione abiecta s et addita 'vi' faciunt praeteritum perfectum, ut 'amo amas amavi', 'oro oras oravi', 'accuso accusas accusavi', 'meo meas meavi', 'hio hias hiavi', 'flo flas flavi', 'no nas navi'. excipiuntur haec, quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum subtracta a: 'domo domas domui', 'crepo crepas crepui', 'frico fricas fricui', 'mico micas micui', 'seco secas secui', 'sono sonas sonui', 'tono tonas tonui', 'veto vetas vetui'. 'plico plicas plicui' vel 'pli-

1 pendo pependi *Hh* 2 pupugi *K* pupugi. tundo. tutudi. Excipitur *B* 3 mutantur *D* ut *om. K* *post* peperci: uel in i *add. h* pepigi *ex* pepegi *corr. H* 4 pario peperi *post* cecidi *add. d* quod *add. b* penultima praeteriti *Hd* 6 ut tango. tetigi. pango. pepigi. cado. cecidi. cano. cecini. *B* cecini cecidi *K* 7 hac eadem *Rr* enim *eras. in B* reppetitio *G* reppititio *L* 9 reddodi *K* scyllaba *H* habundat *RBD* 10 reppetitio *L* 11 si *om. G* resteti *K* 12 cedo *RB* cado *D* cicidi *GLK* 14 peri *R* pepiri *H* 15 DE PRAETERITO PRIMAE CONIVGATIONIS *r et post* conemur *lin.* 19 *D* huc usque de praeterito perfecto tractauimus. Incipit tractare (tracta *L*) de coniugationibus. *GL* Huc usque de praeterito perfecto tractauimus. incipit de coniugatione *K* VSQVE HVC DE PRAETERITO PERFECTO *sq. totius lin. litura H inscr. om. R* 16 temporibus *Rr* 17 singulas *ex* singulos *corr. H* 18 dificillima *G* tratatio *R* 20 uerba secunda *GK* 21 hactiua *Rr* 22 aui(a?) *H* amas *Rr* oro — meavi] *om. R add. r, post* meaui: propino proinas (*sic*) propinaui. Iuuenal. I. hiscere tamquam habeas tria nomina quando propinat (*Iuv. sat.* I 5, 127) *al. m. add. in R* 23 flo flas flaui hio hias hiaui *B* 24 haec qua. *Rr*

p. 860. 61 P. p. 451. 52 K.

cavi', quod maxime ex compositis dinoscitur. nam cum praepositione magis per 'ui' divisas, cum nomine vero compositum per 'avi' terminat perfectum, ut 'implico implicui', 'applico applicui', 'explico explicui', 'replico replicui', 'complico complicui'; 'duplico' vero 'duplicavi', 'triplico triplicavi', 'multiplico multiplicavi'. invenitur tamen etiam cum praepositione in 'avi' faciens praeteritum, sed in raro usu. Pacuvius:

Qua te adpli|cavisti tam aerumnis obruta.

Cicero rhetoricon II: quod in itinere tam familiariter se adplicaverit. Varro de poetis libro I: deinde ad Siculos se adplicavit. 'cubo' quoque 'cubui' facit, a quo composita tam primae 33 quam tertiae coniugationis inveniuntur, eundem tamen habent perfectum: 'incubo incubas incubui' et 'incumbo' adiecta m 'incumbis incubui'. 'nexo' quoque 'nexas' vel 'nexis', ut Probo placet, 'nexui'. Virgilius tamen in V:

Nexantem nodis seque in sua membra plicantem,

secun||dum primam protulit coniugationem. Livius vero in Odissia:

Nexebant multa inter se flexu nodorum

Dubio.

Accius in Deiphobo:

Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus.

1 maxime in compositis *BD* 2 compositiuum *R* 3 applic*ui(a) *H* replico replicui explico explicui *GK* repplico replicui explico explicui *L* 5 mulplicaui *H* Inueniuntur *H* 6 raro in *G* pacubius *GLK* *Pacuv. fr. fab. inc.* 28 *p.* 152 *Both.* VII *p.* 103 *Ribb.* 7 Qua] *B et sic ex uno Krehlii codice Ribbeckius l. l.* quae *B ex corr. cum reliquis omnibus* adplicuisti *Hh* applicauisti *RBDGLK* tam] *ms. G. I. Vossii, edd. ante π, Vossius castig. et not. p.* 118 tamen *mei omnes* obruta *ex* obrutis *corr. B* orruta *GL* abruta *K* 8 *Cic. de inv.* II 13, 43 rethoricon *DGL* in *Cicero, om. libri Prisc.* itenere *GLK* se tamen familiariter *Cicero* applicauerit *RBHGK* applicaueris *L* applicarit *Victorinus p.* 131 *Or.* 9 Varro de poetis libro I] *p.* 260 *ed. Bip.; Plautum significari, qui* 'dicitur' 'ad exemplar Siculi properare Epicharmi' (*Hor. epp.* II 1, 57 *sq.*) *perspexit Bergkius de rell. com. Att. ant. p.* 148. *Varronem in primo hoc libro de Plauto egisse docet Gellius* I 24, 3 *cf. Ritschelium mus. phil.* VI 515 se ******* applicauit *H* applicauit *RBGLK* 10 prima *Rr* 11 quam tertiae *ex corr. h* 12 adiecta] *b* abiecta *B* 13 nexas *ex corr. r* *Prob. de cathol. verb. p.* 1487 *P.* 142 *L.* *Verg. Aen.* V 279 15 Nexantem] *sic. etiam Rom.* Nixantem *Pal. Ver. Gud.* Nixantem *Med.* Nexantem nodos *Verg. codd. dett.* nosis *Ll* mbra *D* 16 Livius] *b* lauius *B* Livius in Odissia] *Hermannus elem. doctr. metr. p.* 622 *haec refert ad Hom. Od.* IIII 678, *ad Od.* VIIII 264 *sq. Duentzerus de versu Sat. p.* 45 odysia *GLK* odyssia *D* 17 Nexebant] *d* nexabant *DLr cum codd. lib.* X § 48 *et Diomede lib.* I *p.* 366 *P., ubi* nectabant *Monac.* nexabant *Paris. B* se] *sic et Prisc. infra l. l. et Diomedes* se** (se *ni f.*) *B* sese *G* nodorum eripimus dubio *K* 19 *Att. Deiphobi fr.* 1 *p.* 196 *Both. Deiphobi* (*i. e. Antenoridarum, v. p.* 247. 319 *sq.*) *fr.* III *p.* 128 *Ribb.* deiphoebo *G* deipoebo *L* deipho *K* 20 ferrum] *l* ferr*m *L* cripimus *Rr* omnibus] *sic codd. etiam lib.* X § 48, *ubi* omnes *solus Erl.* 1 *Krehlii* manibus *Ribbeckius* manicis *Erl.* 1 *lib.* X *l. l.*

p. 861 P. p. 452. 53 K.

'necto' tamen eius est primitivum; nam quomodo a participio 'amplexus', quod ex verbo nascitur 'amplector', fit verbum frequentativum 'amplexor amplexaris', sic a participio 'nexus', quod nascitur a verbo 'necto', fit frequentativum 'nexo nexas'. unde manifestum, quod rationabilius hoc secundum primam coniugationem protulit Virgilius. a 'necto' tamen similiter 'nexui' protulerunt plerique, quidam tamen etiam 'nexi', 'necto nexi' dicentes et 'nexus', ut 'flecto flexi' et 'flexus'. Virgilius in V:

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Lucilius in V:

hic solus vigilavit, opinor,
Et cum id mi visus facere est, tum retia nexit.

34 supra dictis addunt quidam 'neco necavi' vel 'necui', sicut et Probus et Charisius et Diomedes, ideo quod participium praeteriti passivum et 'necatus' a 'necavi' et 'nectus' a 'necui' facit. Horatius in I epistula|rum:

Spem mentita seges, bos est enectus arando.

Livius ab urbe condita XXI: fame, frigore, illuvie, squalore enecti. Cicero Tusculanarum I:

enectus siti
Tantalus.

sed proprie 'necatus' ferro, 'nectus' vero alia vi peremptus dicitur. Ennius:

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

1 est *om. K* amplexus quod nascitur a uerbo necto *D* ex uerbo *et vocc. post* nascitur: amplector — nexus, quod nascitur *in mg. add. d* 2 ex] a *K* amplexor] amplector *H* 3 necto] neco *in* neto *corr. R* 4 manifestum * quod (÷?) *G* manifestum est quod *H* 5 secundam *H* primam] .i. *sup. lin. K* coiugationem *Rr* necto q̃ *Gg* nexui similiter *B* 6 quidam *om. GL* necto nexi *om. R* 7 ut flexo *GL* fluxus *Rr* *Verg. Aen.* V 425 V aeneidos *R* 8 inexuit *B* intexuit *Med.* 9 *Lucil. sat.* V 7 *Dous.* 8 *Gerl.* lucilius satirarum (satyrarum *Paris. AB*) curarum retia (recia *Paris. B*) nectit *codd. Diomedis p.* 366 *P.* 10 uigelauit *K* 11 mi] *Dousa* mihi *libri etiam lib.* X § 48 nexit] *k* exit *K* 12 Probus] necui *hodie certe nec in arte* II 3 (*de cath. verb.*), 9 *p.* 1485 *P. nec in arte min.* § 772 *p.* 395 *anal. Vind. reperitur cf. ann. ad lib.* V § 45 13 carisius *R* *Charisius p.* 215 *P.* 145 *L.* diomides *LK* *Diomedes* I *p.* 362 *P.* Ideoque participium *K* praeteritum *Rr* 14 necatus] *r* necas *R* nectus] necatus *K* orã *K* *Hor. epp.* I 7 87 in ** primo *L* in. epistolarum *H* aepistolarum *K* 16 spem merita *L* arando *in litura d* 17 Liuius — Tantalus *in mg. add. d* *Liv. ab u. c. lib.* XXI 40, 9 condita lib. XXI. *B* illuuiae *L* 18 enecti *Rr* *tragoediae inc. fragm. ap. Cic. Tuscul.* I 5, 10 (*trag. fr. inc.* LIX *p.* 214 *Ribb. cf. Fleckeisenum in Iahnii ann.* LXVI 207) Tusculanarum I. *om. G* I] *Krehlius* II. *B* V *RHLK* V *d* 19 enectus siti] *sic Ciceronis cod. Reg.* siti enectus *libri Cic. rell.* 20 tantulus *BH* Tantulus *Fleckeisenus l. l.* *post* Tantalus: quare necatus et quare nectus (nectus sit *B*) *add. BDHGLK* 21 propriae *Rr* fero *R* peremtus *D* 22 *Enn. ann.* XVI 19 *E. S. ann. inc. sed.*

p. 861. 62 P. p. 453 K.

Excipiuntur praeterea haec quattuor: 'sto steti', 'do dedi', 'iuvo iuvi', 'lavo lavi', quod antiqui tertiae quoque coniugationis declinatione proferunt, 'lavo lavis lavit'. Plautus in Pseudulo:

Gestas tabellas † . eas lacrimis lavis.

Virgilius in X:

lavit inproba taeter

Ora cruor.

idem in III:

fluidum lavit inde cruorem.

a 'do' quoque composita et a monosyllabis praepositionibus tertiae sunt coniugationis, ut 'addo addis', 'reddo reddis', 'trado tradis', 'prodo prodis'. nam 'circumdo' 'circumdas' facit, quia 'circum' et disyllabum est et magis adverbium. et hoc solum verbum primae coniugationis a paenultimam in praesenti et in praeterito imperfecto et futuro et infinito et participio praeteriti || corripit: 'dămus dătis dăris dătur dăbam dăbo dăre dătus dăturus' et quae ex hoc solent fieri, ut 'dăbamini'. 'da' enim ubique ante finem corripitur in hoc verbo simplici, ut 'dăturus dătum dătu dător'. Virgilius in I Aeneidos:

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dăbant laeti.

in eodem:

Adsit laetitiae Bacchus dător et bona Iuno.

in eodem:

O passi graviora, dăbit deus his quoque finem.

idem in eodem:

Si dătur Italiam sociis et rege recepto.

idem in VI:

Cui dătus haerebam custos cursusque regebam.

idem in III:

Et pater Anchises dăre fatis vela iubebat.

fr. LXXXV *p.* 80 *Vahl.* 2 quoque tertiae *H* declinatione] *h* declinationis *H* 3 ut Iuuo *GL* *Plaut. Pseud.* I 1, 8 (*v.* 10) psedulo *L* psedolo *G* sedulo *H* seudolo *h* 4 tabellas tecum eas *Plautus* lauis *in* lauit *mut. D* lauit *Br et in litura h* 5 *Verg. Aen.* X 727 *sq. cf. lib.* VIII § 36 6 inprob** *D* improba *RBGL* teter *RBDGLK* 8 *Verg. Aen.* III 663 9 fluuidum *BDHGL cum Med. Pal. Fr. m. alt.* 11 coniugationis] *b* coniugationi* *B* ut *om. G*

12 Nam a circundo circundas facis *G* cirdo as *K* 14 praesenti et in *om. GLK* et in futuro *LK* et infinito *add. r* praeteriti temporis *BD* praeteriti et futuri *H* 15 datis daris daris *Ll* 16 hoc *ex* his *corr. K* ut *om. GLK* dabimini *D* ubi$^{q.}$ ante *Rr* 17 daturus *om. D* datu datum *D* dator] *r* dator ut *R rell.* *Verg. Aen.* I 34 *sq.* 20 uela *ex* uila *corr. H* laeti *ex corr. H* 21 in eodem — Iuno *om. H* In eodem. si datur italiam adsit *Dd* *Verg. Aen.* I 734 22 Adsit] assit *RGLK* atsit *Med.* bachus *GLK* baccus *D* 23 *Verg. Aen.* I 199 24 pasi *GLK* dabit *ex* dauit *corr. B* 25 Idem *ex corr. K* *Verg. Aen.* I 553 26 dătur] *k* d**atur (ic) *D* dator *LK* Italiam *in lit. B* 27 *Verg. Aen.* VI 350 28 haherebam *Rr* regebam] gerebam *Pal.* 29 *Verg. Aen.* III 9 30 vela] *h* uale *H* iubebat *ex* iuueuat *corr. B* iuuebat *K Med.*

p. 862 P. p. 433. 34 K.

Persius:

Quin | dămus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalae lippa propago?

VII 36 a 'sto' quoque composita servant duplicationem praeteriti, ut 'resto restiti', 'consto constiti', 'prosto prostiti'. Ovidius tamen 'abstit' pro 'abstitit' protulit in XI metamorphoseon:

Alcyonae lacrimas et quae pars admonet abstit.

et 'absisto' enim et 'absto' 'abstiti' facit.

Supinum vel participiale in 'um' desinens omnia primae coniugationis verba, quae in 'avi' praeteritum terminant, 'vi' in 'tum' convertentia faciunt, ut 'amavi amatum', 'oravi oratum', 'flavi flatum'. quae vero in 'ui' divisas desinunt, si c ante o habuerint, mutant 'ui' in 'tum', ut 'frico fricui frictum', unde Iuvenalis in II:

si prurit frictus ocelli
Angulus.

similiter 'seco secui sectum'. sic ergo 'necui nectum' fecit. Ovidius in IIII metamorphoseon:

Nec tu iam poteras enectum pondere terrae
Tollere, Nympha, caput.

'mico' quoque 'micui mictum' debet facere. sed dubitationis causa, quia 'mingo' quoque 'mictum' facit, in usu non invenitur, quamvis ab eo verbo compositum 'dimico' 'dimicavi' facit et 'dimicatus' - Livius in †XXXIII: iusta quoque acie et collatis signis dimicatum, quidam auctores sunt -, quamquam 'emico' 'emicui' faciat. Lucanus libro I:

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
Emicuit.

1 *Pers. sat.* 2. 71 *sq.* 2 id] hic *B* superius *H* de] *k* d* *K* 3 possint *D* magni *om. Pers. Montep. pr.* magna *Pers. Vat.* Messalae] *codd. Persiani plerique* messale *libri* Messala *Pers. Vat.* Messallae *libri aliquot Pers. dett.* lyppa *D* 4 quoque** (q̃q) *L* resteti *K* 5 prosto prostiti consto constiti *B* consteti *K* prosteti *K* 6 *Ovid. metam.* XI 473 7 Alcyonae] *sic Ovidii 'S. Marci veterrimus et unus Mediceus cum uno Vossiano'* alcyone *RGLK* altione *DH* alcione *B* Halcyones (Alcyones, Alciones) *pars libr. Ovid.* ammonet *L* abstit] *sic etiam pars libror. Ovid.* absit. abstat, astit, astat, abstet, obstat, obstet, obsit *alii* 8 abstiti] abstitit *RBD* 9 "Supinum — desinens. "Omnia — conuertentia faciunt. Vt *Hh* Sopinum quoque uel *K* participale *Lr* parcipiale *G* 12 frigo frigui *D* 13 Iuuenal** (is) *B* *Iuv. sat.* II 6, 578 *sq.* Iu. *K* 14 purit *Iuv. Pith. m. pr.* ocelli* *B* occelli *GL* 16 ergo neco necui *GLK* *Ovid. metam.* IIII 243 *sq.* 18 enectum *D; in multiplices corruptiones abit pars libr. Ovid.* pondera *K* 19 Nympha] *Ovidius* nimpha *libri* capud *RrD* 20 quia] *k* quod *K* 21 mingo *Dd* habeo *RrD* 22 demico demicaui *GL* dimicavi] *b* dimicui *B* demicatus *GL* *Liv. ab u. c. lib....* XXXIII] *numerus corruptus; locum indagare non potui.* XX *corr. Heidelb. in marg. teste Lindemanno* 23 luxta *B* acie] *k* a**ae *K* demicatum *G* quidam auctores sunt] *om. K eras. in H del. d* quidam auctores sunt usi *B* quidam auctores sunt usi in compositione rationabiliter dimicaui *R* 24 facit *r* *Luc. Phars.* I 151. 153 in lib I *B* 25 expsum *G* fulmen | Aetheris impulsi sonitu mundique fragore | Emicuit. *Lucanus*

p. 862. 63 P. p. 434. 55 K.

'plico' etiam et 'plicatum' et 'plicitum' facit, quia et 'plicavi' et 'plicui'. 37 ex eo igitur composita paenultimam a vel i habent in supino: || 'duplicavi duplicatum', 'explicui explicitum', | 'implicui' vel 'implicavi', quod in raro usu est, 'implicitum' et 'implicatum'. unde Lucanus in III:

Implicitas magno Caesar torpore cohortes,

Cicero vero in Pisonem: quid avaritiae, quae criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? in eodem: familiaritate implicatus. Sallustius in IIII historiarum: inplicatae ratēs ministeria prohibebant.

Alia vero in 'ui' divisas praeteritum desinentia 'ui' in 'itum' convertunt in supino paenultima correpta: 'domui domĭtum', 'cubui cubĭtum', 'sonui sonĭtum', 'tonui tonĭtum' (Horatius tamen in epodo 'intonata' protulit secundum analogiam pro 'intonita':

Non me Lucrina iuverint conchylia
Magisve rhombus aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiemps ad hoc vertat mare),

'vetui vetĭtum', 'crepui crepĭtum' [accubui accubĭtum']. Statius in I Achilleidos:

quem quisque sacrasset
Accubitu genioque locum.

1 tum *Verg. Med.* adoleuerat *Med.* adleuerit *Pal.* aestas *Rom.* 2 Varro in III rhetoricorum] *sic etiam recte hoc fr. inscripsit Riccobonus de historia p.* 277 *ed.* 1579 *v. Ritschelium mus. phil.* VI 534 *sq.*; *antiquitatum rer. hum. libro* III *perperam inseruerunt Aus. Popma Varr. opp. p.* 174 *ed.* 1601 *et Bipontini p.* 205 rhetoricorum] *r* rethoricorum *DHGK* rephoricorum *R* retoricorum *BH* 3 adoluerunt] *r* adoluerint *R* adoluerit *h* Cassius] *r* Casius *RGLK* Cassius ad Tiberium II] sed et in sacrificio actius (accius *Par. AB*) cassius ad Tiberium secundo adoleuit (adolebit *Par. A*) dicit. sic est contra aegyptiis (aegyptus *Mon.* aegyptius *corr. in* aegyptios *Par. B*) maximum sacrificium uiui (uuu. *Mon. l.* ubi) integrum anserem adoleuerunt (adoluerunt *Mon.*) *codd. Diom. p.* 370 *P., ubi* Titus Cassius *coni. Kordesius in ann. tt ad Eberhardtii libellum über den Zustand der schönen Wissenschaften bei den Römern* § 34 *p.* 214, Seuerus Cassius *Weichertus de Vario et Cassio Parm. p.* 205. *at is certe intellegendus, quem Cassii nomine laudatum vidimus lib.* VII § 55 *et quem pleno nomine* Cassius (causius *Mon.*) Seuerus *brevi ante* (*p.* 368 *P.*) *appellaverat Diomedes, apud quem h. l. pro* actius (accius) *l.* actiue ad Tiberium II *om. G* tyberium *R* 4 ad *Rr* Aegyptiis] *Weichertus l. l. ex Diomede* aegyptios *BDK* egyptios *RGL* aegyptos *H* sacrificium ubi integrum *om. G* adoleuerunt *ex Diomede Struvius lat. Decl. und Conj. p.* 270 *et Weichertus l. l.* adoluerunt *codd. Prisc.* 5 adultus *Hh* adholitus *Rr* 6 *Valerius Antias ann. lib.* LXXIIII *fr. p.* 274 *Kr. fr.* 60 *p.* 362 *Rth.* in — coniecti et *om. G* LXX^{IIII} *Rr* LXX IIII *D* LXXUII. *LK* viginti et septem] *R* uiginti septem *Br* XXVII *rell.* 7 adulta *Hh* obseleo *R* 8 solitus *ex* solutus *corr. K* 9 *Sall. hist.* II 64 *p.* 180 *Kr.* fecit *B* opbs *Rr* 11 vel] uult *R* ceno *DHGLK* ΑΠΟ ΤΟΥ *in litura r* ΤΟΙ *Gg* ΚΟΝΟΥ *B* ΚΟΥΝΟΥ *DHGK* ΚΟΝΟΥ *L* 12 inquino *G* *Cic. de imp. Cn. Pompei or.* 17, 52 de imperio Gn. Pompei *om. G* .g.n. *R* gnei *B* pompe_ii *Hh* pōpeii *D* obsolevit] *r* ⁂soluit *R* 13 oratio, re] *Cicero* ora⁂ (tio?) *B* oratione *b rell.* ratio re *Cic. cod. Fuld.* *Cic. de invent.* I 3, 4 14 rhetoricon] *om. G* rethoricam *Rr* rethoricon *DL* retioricon *H* rhetoricorum *K*(?) disertum *GL* 15 *Cic. pro M. Caelio or.* 17, 40 coelio *B* celio *GLK* 16 seueritatem obtinebant *om. G* obtinebant *in* optinebant *corr. B* obtinebat *Dd* continebant *Cicero* obsoleverunt] *d* obsoluerunt *RBDH* absoluerunt *Cic. Erf. m. rec. corr.* 17 Plautus in medico] *i. e.*

p. 872. 73 P. p. 466. 69 K.

Domi reliqui †. exoletam virginem,

id est grandem, quae exoleverat. 'aboleo' vero, velut 'redoleo', et 'abolui' et 'abolevi' facit praeteritum, unde et 'aboletum' et 'abolitum' et 'abolitio' dicitur. Livius in VIII: etsi omnis divini humanique moris memoria aboleverit. Persius:

Hoc iuvat? hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.

Cicero in Verrem de praetura urbana: vereor, ne haec cuipiam nimis antiqua et iam obsoleta videantur. a 'deleo', cuius simplex [id est 'leo'] in usu non est, 'deletum', a 'delino deli|tum' nascitur, || quod Probus et Caper comprobant, usu quoque adiuvante. Virgilius in IIII georgicon:

et paribus lita corpora guttis.

Cicero epistularum ad Calvum primo: tuli moleste, quod literae delitae mihi a te redditae sunt. idem in IIII Verrinarum: tabulae sunt in medio, quae se corruptas atque interlitas esse clamant. Accius in Atreo:

Epularum fictor, scelerum fratris delitor.

supina secundum iam praedictam regulam in 'vi' syllabam praeteritum terminantium faciunt, ut 'completum', 'defletum', 'obsoletum', 'abolevi aboletum', 'abolui abolitum', 'deletum' a 'deleo'. unde et 'letum' ipsa res, quae delet, quasi a 'leo' simplici, quod in usu non est, profertur.

Alia vero omnia verba in 'leo' desinentia 'eo' in 'ui' divisas trans-

in parasito medico *v. Ritschelium parerg.* I 132; *medici fr.* 3 *p.* 439 *Both.* in medico: Domi *om. G* 1 *f.* ego exoletam 2 grandem] *dh* grad.ē *D* gradem *H* velut] *r* uelud *RBD* 3 et unde et *K* 4 abolicio *D* abolito *GK* *Liv. ab u. c. lib.* VIII 11, 1 in VIII *om. G* VIIII. *D* omnis] *d* oms *RDG* omnes *BHK* 5 moris *addidi ex Livio* absoluit *Liv. Medic.* abolcuit *Paris. rell.* *Pers. sat.* 1, 112 psius *ni f. in litura R* Ipsius *r* 6 hic] hoc *B* faxit *H* 7 *Cic. in Verr.* II 1 21, 56 in — antiqua *om. G* uersor *Rr* ne* (c) *B* haec] *sic etiam Cic. Guelf.* 1 haec forte *rell. Cic.* cuipiam haec *H* 8 antiquā *B* et iam] *om. L* etiam *RDHGK* obsoleta] *d* absoleta *DLKr* obsoluta *R* 9 quod et probus et *B* Probus] *Berytius ni f. cf. ann. ad lib.* V § 45 Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 comprobant] *r* comproban *R* comprobat *BG* conprobat *H* 10 *Verg. georg.* IIII 99 12 *Cicero epp. ad C. Licinium Calvum* I *fr.* 1 *p.* 467 *Or.* aepistolarum *K* in epſarū *D* epistularum — tuli *om. G* primo tuli *om. LK* quod uim lyterae *G* 13 redite *Rr* *Cic. in Verr. or.* II II 42, 104 in IIII Verrinarum *om. G* UII. *L* 14 coruptas *B* corruptasque atque *D* 15 Attius *G* accitius *H* *Att. Atrei fr.* 1 *p.* 184 *Both.* XI *p.* 138 *Ribb.* fictor scelerum fratris deditor delitor *thes. Lat. ap. Maium auct. class.* VIII 178 fictor scelerum, fratris perlitor *ibid.* 301 in Atreo: Epularum *om. G* (*non R*) atreo epistolarum. Fictor *B* 16 epillarum *Rr* .Fictor *H* 17 Sopina *et sic saepius B* iam *om. G* 18 absoletum *R* absoletum *Dd* obsoletum absoletum *BH* aboletum aboleui *L* aboletum aboleui *GgD* aboletum ab aboleui *K* 19 abolui] *r om. G* abolcui *R* abolitum abolui *L* abolitum ab abolui *DK* loetum *RDH* 20 resque debet *RrKk* delet uitam quasi *GL* quasi oleo *Rr* a leor *BDHGLK* 21 deuisas *L*

p. 873. 74 P. p. 469. 70 K.

ferentia faciunt praeteritum, ut 'doleo dolui', 'calleo callui', 'palleo pallui', 'excelleo excellui', quod et 'excello' invenitur.

Alia quoque omnia secundae coniugationis verba, quacumque consonante ante 'eo' posita, 'eo' in 'ui' divisas convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'habeo habui', 'rubeo rubui', 'doceo docui', 'arceo arcui', 'timeo timui', 'iaceo iacui', 'teneo tenui', 'caneo canui', 'candeo candui', 'stupeo stupui', 'tepeo tepui', 'pareo parui', 'careo carui', 'hŏrreo horrui', 'floreo florui', 'censeo censui', 'pateo patui', 'liqueo licui', ex quo 'liquesco' inchoativum. Ovidius in IIII metamorphoseon:

Protinus inbutum caelesti nectare corpus
Delicuit terramque suo madefecit odore.

a 'liceo' quoque 'licui' facit. excipiuntur haec: 'iubeo | iussi', 'sorbeo' 56 vel etiam 'sorbo', ut Probo placet, 'sorpsi' vel 'sorbui' - Lucanus in IIII:

Absorpsit penitus rupes et tecta ferarum.

Cicero in II Philippicarum: sanguinem civilem exhausit vel potius exsorbuit. idem pro Murena: difficultatem exsorbuit, 'mulceo mulsi', 'maneo mansi', 'neo nevi', 'haereo haesi', 'luceo || luxi', 'polluceo polluxi'. Plautus in Sticho:

Vt decimam partem †. Herculi polluceam.

Naevius in Colace:

1 caleo calui *GLK* calui *Rr* 2 quod et excello] *r om. GLK* quod et collo *R* 3 quoque] uero *G* 4 ante *om. R* 5 habeo *Rr* 7 stipui *D* tepeo] *b* *epeo *B* 8 orreo orrui *B* 9 inchotiuum *G* *Ovid. metamorph.* IIII 252 *sq.* in IIII metamorphoseon *om. G* 11 Protinus] protulit *G* imbutum *LK* imbustum *G* 12 dilicuit *BDHGLK* terram | quae *B* made fac *Rr* malefecit *GLK* 13 A liceo quoque licui *Hh* liaceo *Rr* iusi *K* 14 sorbo *ex* sorbeo *corr. K* *Probus inst. gramm.* II 3, 8 *p.* 1485 *P.* 140 *Lind.*: bo terminata, primae si sint, baui facient specie perfecta.. tertiae uero correptae, psi, ut nubo... aut bui, ut sorbo sorbis sorbui - *sic enim legendum pro* sorbeo sorbes sorbui sorbsi *D* sobui *Rr* *Lucan. Phars.* IIII 100 15 in IIII *om. G* III* (I) *Rr* 16 obsorbsit *K* rupes ac tecta *pars libr. Luc. cum Voss. B* 17 *Cic. or. Philipp.* II 29, 71 gustaras ciuilem sanguinem uel potius exsorbueras in II — uel *om. G* philipicarum *K* phylippicarum *D* philipphicarum *B* ** sanguinem *H* In sanguinem *rell. f.* Is sanguinem exausit *H* exausit *DLK* ue *Rr* 18 exsorbuit *G* exorbuit *B* *post* exsorbuit: idem — exsorbuit *om. R; videtur addidisse r in mg. inf., quo abscisso in mg. sup. add. al. m.* *Cic. p. Mur. or.* 9, 19 exsorbuit] *r* exorbuit *RB* exsorbuit *G* 19 mulceo mulsi *Hh* luxi. ΔΗΜΟCΙCΥω. polluceo *B* 20 *Plaut. Stich.* I 3, 80 (*v.* 233); *sic etiam libri Plautini, nisi quod* decumam in Sticho: Vt *om. G* 21 Vti *Camerarius* decumam *α* partem si Herculi *Ritschelius* partem hinc Herculi *v. d. in Gersdorfii Repert.* 1851 IV 187 herchuli *D* 22 Neuius *libri* *Novianis fragmentis Colacem praeeunte Bentleio ad Ter. eun. prol. v.* 25 *perperam addiderunt Bothius l. l. fr.* 4 *p.* 43 *et Munkius l. l. p.* 167 *cf. God. Hermannum opusc.* II 277 *sqq. Ritscheltum parerg.* I 99. *Naev. Colac. fr.* 1 *p.* 141 *Klussm. p.* 9 *Ribb.* in — partes *om. G* collate *K*

p. 874 P. p. 470. 71 K.

Quid decimas partes? quantum mi alieni fuit,
Polluxi tibi iam publicando epulo Herculis
Decimas.

Supino in 'ui' quidem divisas facientia praeteritum neutra deficiunt, sicut supra diximus, ut 'canui', 'stupui', 'tepui', 'horrui', 'parui', 'egui'; deficit etiam 'metui', 'timui'; nam a 'carui' vel 'caritum' vel 'cassum' videtur posse dici, quia futuri participium 'cariturus', praeteriti 'cassus' invenitur. Iuvenalis in II, quomodo ante relatum est:

tollere dulcem
Cogitat heredem cariturus turture magno.

Virgilius in II Aeneidos:

Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.

57 activa vero plerumque 'ui' vocales in i correptam convertentia assumunt 'tum', ut 'habeo habui habitum', 'inhibeo inhibui inhibitum', 'praebeo praebui praebitum', 'moneo monui monitum'. pauca autem 'ui' in 'tum' vertunt, nisi consonantium natura prohibeat, ut 'tenuo tenui tentum', 'doceo docui doctum', 'censui' vero 'censum', quia in simplici dictione n antecedente s et t sine r sequi non possunt. 'iussi' vero et 'mulsi' et 'mansi' et 'haesi' secundum praenuntiatam regulam in 'si' proferentium praeteritum i in 'um' convertentia faciunt supinum: 'iussi iussum', 'mulsi mulsum', 'mansi mansum', 'haesi haesum'. a 'sorbui sorbitum', a| 'sorpsi' vero 'sorptum' debet fieri supinum, ut ab 'habeo habitum' et 'praebeo praebitum' et a 'scripsi scriptum' et 'nupsi nuptum', quorum neutrum adhuc in usu inveni (id est nec 'sorbitum' nec 'sorptum'). a 'luxi' quoque 'luctum' et a 'polluxi' 'polluctum' exigit ratio in 'xi' terminantis praeteriti, sed auctoritas deficit. 'nevi' vero in 'vi' terminantium servat regulam, in supino convertens 'vi' in 'tum', ut 'nevi netum'. | []

1 Quid *Barberin. teste Ribbeckio Lips.* 2 *Krehlii G. Hermannus l. l. p.* 280 Qui *rell.* decumas *α* decumas partis *Hermannus* partes *add. r* mi *add. Hermannus* alienum *D* 2 Polluxi] *Hermannus* polluxit *RBDHLK* poluxit *G* iam *Hermannus* a *libri* epulo Herculis decimas *om. G* herchulis *Dd* herculi *B* 3 decumas *α* 4 Supina *D* Sopina *GLK* praeteritum *om. G* 5 stipui *Rr* orrui *B* 6 uel a caritum *D* casum *D* 7 carituris *Rr* praeteri *Bb* casus *Rr* 8 *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq. v.* § 48 quomodo *in litura r* ante relatum *scripsi* ante latum *libri* 11 *Verg. Aen.* II 85 12 Dimissere *K* Demissere *L* neci *ex* nec *corr. K* nec *L* casum *D* 13 ui] *R* ui *r*, *sed* IN *postea erâso* adsumunt *B* 14 habeo *om. G* inhibeo *om. G.* 16 conuertunt *B* docaeo *K* 17 censui uero censui censum *G* n antecedente *etc.*] ut est monstrum *ad mg. K* 19 praenunciatam *R* praetiatam *Kk* proferentiam *Rr* 22 sorbsi *H* sorspi *L* sorbtum *H* ut habeo habitum praebeo *K* 23 et a scripsi] *in lit. B* et scripsi *H* 24 in usu *om. L* non inueni *BDHGLK et m. quaedam al. in R* so*tum *Rr* sorbtum *H* 25 et appolluxi appolluctum *K* 26 autoritas *D* 27 regulam seruat *K* supino] *r* supin* *R* netũ *b* ne** *B* netum facit sopinum. *GLK*

ARTIS PRISANI VIRI ELOQVENTISSIMI CRAMATICI CAESAR DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTĀTPOLLITANAE LIBER. VIIII. EXPLICITVS. | INCIP̄ LIBER X. DE P̄T PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS *R* EXPLICIT (EXPL *B*) ARTIS PRISCIANI VIRI ELOQVENTISSIMI. GRĀMATICI CAESARIENSIS DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANE. LIBER. (LIBRI *B*) VIIII. INCIPIT LIB̄. X. DE PRAETERITO (PRAETERI *B*) PERFECTO TERTIAE CONIVGAT; *BH* Artis p̄sciani uiri eloquentissimi grāmatici caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitanae lib̄. VIIII. explic̄.. *GL*. INCIP̄. LIB̄. X. mus. de p̄terito perfecto. *add. G* Incip̄ VIIII de uerbo III et IIII coniugationis. *L* liber. VIIII. explī. incipit liber. X. mus de p̄tito perfecto *K* .I. .III. coniugationis *add. k* EXPLICIT LIBER NONVS PRISCIANI DE PRAETERITO PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS ET QVARTAE. INCIPIT IDEM SECVNDVS. DE VERBO DECIMVS. SED PRIMVM DE AIO. *D*

LIBER DECIMVS.

p. 875 P. p. 472. 73 K.

DE PRAETERITO PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS.

I 1 In 'io' a antecedente unum invenitur 'aio', quod in prima quidem persona i loco consonantis habet duplicis, quae et geminabatur a vetustissimis 'aiio', in secunda vero et tertia transit in vocalem necessario, quia consonans sequitur, 'ais ait'. itaque pares habet in tribus personis syllabas, cum omnia in 'io' desinentia tertiae vel quartae coniugationis una syllaba minores habent prima persona secundam et tertiam, ut 'facio facis facit', 'audio audis audit'. sed in hoc primae personae paenultima positione producitur, secundae vero et tertiae corripitur [sicut quibusdam videtur, tertiae est coniugationis] nec per totam in usu invenitur declinationem. cuius praeteritum, cum 'ait' in tertia inveniatur persona, debuit 'ai' primam facere, quae in usu non est; potest tamen 'ait' quoque praesens intellegi pro praeterito. sed cum imperativus in i terminans reperiatur, quartae | magis ostenditur esse coniugationis. Naevius:

An nata est sponsa praegnas? vel ai vel nega.

E quoque antecedente in 'io' unum invenio 'meio' tertiae, in quo similiter i loco consonantis est. Iuvenalis eius infinitum profert in I:

1 a *post* io *sup. lin. add. H* 2 ª uetustissimi ª *Rr* uetustissimis *H* 6 'desinentia 'in io *H* quartae] quatę *r* quate *R* 9 secundae uero sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis ⌐ et tertiae corripitur. *Rr* Secundae uero sicut quibusdam uidetur tertiae coniugationis et tertiae corripitur *B* secundae uero sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis. *et tertiae corripitur *Dd* secundae uero et tertiae corripitur. sed qui sicut in quibusdam uidetur tertiae est coniugationis *G* secundae uero ******** busdam uidetur tertiae esse coniugationis ********** et tertiae corripitur (sicut quibusdam uidetur) *Hh* secundae uero et tertiae corripitur et sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis. *LK* 10 totam ª *ex* totum *corr. B* inuenitur *B* 11 interļta inueniatur *Rr* persona inueniatur *LK* persona *om. G* 12 quoque *om. L* quoque etiam intellegi praesens *K* praesens] *r* prae *R* 13 repperiatur *Dd* repperiatur *BHL* 14 Naevius] *sic etiam bis* § 52, *ubi altero loco codd. plerique* Ennius; Naeuius (neuius *Mon. Paris. B* neuimus *Paris. A*) 'alicubi' *Diomedes p.* 370 *sq. P. Naev. fr. com. inc.* 25 *p.* 198 *Klussm.* XIX *p.* 125 *Ribb. Novii virgini praegnanti ascribunt Bothius* (*fr.* 3 *p.* 55) *et Munkius l. l. p.* 181, *quos refutat Klussmannus l. l. p.* 180 *sq.* Neuius *DGLK* 15 ann amata *DdKk* an est nata *Diomedes*, *unde* est *delendum videtur Osanno ad Cic. de rep. p.* 450 est sponsa est *K* praegnas] *BH* § 52 *l. priore* praegnans *RDH* pregnans *B* prignans *GLK* 16 tertio *L* 17 *Iuv. sat.* I 1, 131 I. libro *h*

p. 875. 76 P. p. 473 K.

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.

Persius:

Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra
Meite.

quidam tamen etiam 'meio meias' dici putaverunt. sed 'mingo' quoque dicitur, ex quo praeteritum in usu est 'minxi', unde Horatius:

Hunc perminxerunt calones,

ex quo secundum regulam in 'ctum' nascitur supinum 'mictum'. Horatius in I || sermonum:

Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum, atque in me veniant mictum atque cacatum.

unde etiam meditativum 'micturio', ut 'lectum lecturio', 'partum parturio', 'esum esurio'; a supinis enim meditativa solent fieri.

In 'io' quoque u antecedente unum invenio 'inquio', quod plerique 2 artium scriptores putant in usu non esse. Sed Cicero ponit hoc in secundo de oratore: adtendere et aucupari verba oportebit, inquio, ut ea quae sunt frigidiora vitemus. in eodem: tu vero, inquisti, molestus non eris. idem in Verrem de signis: qui me ubi viderunt, ubi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi? idem in IIII ad Herennium: quid enim tibi vis? aliquis inquiat. ex quo apparet, secundum analogiam 'inquiam' quoque debere dici. idem ad eundem in V: at non Africani nepotes, inquit, istiusmodi fue-

1 tñm *Ll* meire *K* meire *RG* 2 *Pers. sat.* 1, 113 *sq.* 3 pingue *RLK* pueri] *r* pueris *RGLK* 4 meite] *h* meiite *GL et ex* meiete *corr. K* meiere *H cf. lib.* XIIII § 35 5 di⁊ putauerunt⁊ ci *H* 6 oratius *H* horatius in *R* horatius. In *B* oratius in *DGLK* Horatius in I. sermonum *Heidelb.* *Horat. serm.* I 2, 44 7 hinc *Rr* permiserunt *Dd* perminxerunt *semierasum in* perminxeri *mut. in B* 8 Oratius *GLK* *Horat. serm.* I 8, 37 *sq.* 9 in — coruorum *om. G* 10 at] et *B* capud *Rr* inquirer *K* aluis *D* aluis *BLK* 11 atque] *h* et *BDHGLK* veniant] *sic etiam aliquot codd. Hor.* ueniat *cum optimis libris Hor. duo Prisc. mss. a Bentleio ad h. Hor. l. l., Heidelb. Darmstad.* ueniet *liber quidam Prisc. ms. apud Bentleium* adque *D* cacatum ΟΥΡΟΝ. ΚΟΠΡΟΝ. Vnde *B* 12 micturio] *d* iniecturio *D* ut *add. b* 13 essum essurio *GLK* ęsum ęsurio *D* enim *in litura h* meditatiuo inchoatiua (*ex* inchoatiuo *corr.*) solent *B* 14 antecente *Rr* inquio *add. r* 15 *Cic. de or.* II 63, 256 16 oratione *BHGLK* attendere *GLK* acupari *B* occupari *G* 17 inquio] in quo *aut* in quibus *libri Cic.* inquo *Kk* sunt] *r cum Cic. Lagom.* 2. 36 *aliis* sint *RDHGK* *Cic. de or.* II 64, 259 18 *Cic. in Verr. act.* II IIII 14, 32 in — signis *om. G* 19 me ubi] simul ut me *Cic. dett.* palphile *H* sciphi *BDHGL* sophi *K* *rhet. ad Herennium* IIII 3, 5 20 UII. *G* inquiat] *sic aliquot libri rhet. opt.* inquid *Virceb.* inquit *vel* inquiet *rell.* 21 inquiam] inquam *r* *rhet. ad Herenn.* V: IIII 31, 42 *cf. lib.* III § 19. V *h. l. scribendum esse docet Kayserus l. l. eumque numerum praebent libri mei omnes* 22 at] *in litura r* aut *B* (*R?*) affricani *HK* apricam *L* nepoti *BLK* inquit] *rD ex corr.* inquid *RBD pr.* inquieti *codd. rhet. opt.* inquiat *vel* inquiet *rell.* istimodi *R* et istiusmodi *r*

p. 876. 77 P. p. 473. 74 K.

runt. in eodem: videte nunc, inquis, iudices, quemadmodum me Plagioxippus iste tractarit. Persius:

Hoc | iuvat? hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.

Terentius quoque imperativum eius 'inque' in Phormione posuit:

Tum autem Antiphonem video ab sese amittere
Invitum eam, inque.

ergo secundum analogiam tertiae coniugationis invenitur eius tota fere declinatio verbi; supinum vero ab eo non inveni nec quae solent ab eo nasci.

3 In 'cio' a antecedente mutant eam in e productam et abiecta o productaque i faciunt praeteritum perfectum, ut 'facio fēcī', 'iacio iēcī'. ex his composita cum praepositione quamvis in praesenti mutent a in i, tamen praeteriti regulam servant, quae est in simplicibus, ut 'efficio effeci', 'proficio profeci'. ideo autem dixi, 'cum praepositione || composita' mutare a in i, quia, si cum alia parte componantur, servant a, ut 'calefacio calefeci', 'tepefacio tepefeci', 'tremefacio tremefeci', 'stupefacio stupefeci'. 'abicio' quoque 'abieci' facit, 'conicio conieci', 'inicio inieci', 'proicio proieci'; invenitur tamen etiam simplex, 'icio icis'. unde Virgilius in XII:

ictum iam foedus et omnes
Conpositae leges.

Alia vero i ante 'cio' habentia eandem i in e convertunt et 'cio' in 'xi', ut 'aspicio aspexi', 'conspicio conspexi', 'illicio illexi', 'pellicio pellexi'; excipitur 'elicio elicui' - Livius ab urbe condita libro V: ad colloquium vatem elicuit -, et puto ideo, ne, si 'elexi' diceremus, necessario participium 'electus' fieret et esset dubitatio significationis. 'pellicui' quoque pro 'pellexi' veteres protulerunt. Laevius in Laudamia:

1 *rhet. ad Herenn.* V: IIII 31, 42 eadem *L* inquiet *vel* inquit *libri rhet.* inquiat *Orellius* quemadmodum] *r* quemammodum *RBL* 2 me *add. d* me Plagioxippus *om. G* Plagioxippus *vel* Plagioxyppus *codd. rhet. fere omnes* plagiuxippus *r* plagiuxiphus *R* plagiosipphus *B* plagiaxiphus *DLK* plagi°xiphus *Hh* Plagioxypus *Klotzius* tractari *BLK* retractari *G* tractauit *v. l. codd. rhet.* *Pers. sat.* 1, 112 4 *Ter. Phorm.* V 8, 25 *sq.* formione *RG* 6 eum *GLK* 7 eius *om. D* 8 nec quae] nec quoq. *G* nęcq. *D* neq; *B* 10 a *add. r* antecedendente *G* e] eǫ *Dd* producta i *GL* produc̄ i *K* 11 "perfectum "praeteritum *K* 12 mutent] *r* mutant *R* *post* a in i *sqq. usque ad alterum* a in i *om. D add. d* 14 perficio perfeci *HG* 15 quia si] quasi *H* si *om. G* 16 tepefacio tepefeci *add. r* tremefacio — stupefeci *om. G* 17 *ad* abicio *et sqq.* secundum supradictam regulam *sup. lin. adnotat K* 18 *Verg. Aen.* XII 314 *sq.* 20 ictu *B* sictum *Rom.* fedus *K* 21 c̄positae *D* compositae *RGLK* composite *B* 22 eundem *L* 23 ut *om. GL* 24 Excipiuntur *Rr* eliceo *B* *Liv. ab u. c. lib.* V 15, 6 ab — V *om. G* condata *H* II *r* 25 ne si] *d* nexi *D* 26 necessariū *B* electus] *r* elatus *R* 27 pro] *om. GL* .i. pro *g* Leuius *D* leuius *GLK et ni f. H* Liuius *RB et in litura h* Laevius in Laudamia] *fr. Laev.* X *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 76 *sqq. Livii Andron. Laodamiae fr.* 1 *p.* 12 *Both. at cf. Klussmannum Liv. Andron. dram. rell. p.* 23 in — affluens *om. G*

p. 877. 78 P. p. 474. 75 K.

†Aut nunc quaepiam alia te illo
Asiatico ornatu affluens,
Aut Sardiano ac Lydio
Fulgens decore et gratia
Pellicuit.

sed Terentius in Phormione:

is senem per epistolas
Pellexit, modo non montes auri pollicens.

invenitur etiam 'allicuit' et 'pellicuit'. Piso historiarum I: cuius unius praemio multorum allicuit animos. P. | Varro belli Sequanici libro II:

Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis.

Supina ex illis quidem, quae a habent ante 'cio', fiunt a praesenti 4 'io' conversa in 'tum', ut 'facio factum', 'iacio iactum'. in omni enim verbo, sive paenultima sive antepaenultima sit, a servatur etiam in supino, quamvis mutetur in praeterito perfecto, ut 'facio feci factum', 'iacio ieci iactum', 'capio cepi captum', 'ago egi actum', 'frango fregi fractum', 'cado cecidi casum'. ex his composita, quae in praesenti mutant a in i, ut 'facio inficio', 'capio incipio', et in supino a in e convertunt, ut 'factum infectum', 'captum inceptum'; illa vero, quae componuntur a verbis in 'go' desinentibus, quamvis mutent a in i, tamen in supino immutabilem servant eam, ut 'ago exigo exactum', 'frango infringo infractum', 'tango contingo contactum', 'pango impingo impactum'; quae vero in 'xi' terminant praeteritum secundum praemonstratam regulam, 'xi' in 'ctum' convertentia faciunt supinum, 'aspexi || aspectum', 'illexi illectum'; 'elicui' vero 'elicitum' facit, unde Lucanus in VIIII:

1 aliã *B* illa *D* Aut nunc alia te quaepiam | Asiatico *Ios. Scaliger coniect. ad Varr. de l. L.* VI § 94 *t.* II *p.* 157 *ed. Bipont.* aut | Nunc quaepiam alia te llio, | Asiatico *G. I. Vossius castigg. p.* 9 2 ornata *Dd* affluens] *r* alluens *RK* 3 sardsnio *G* aclydio *H* aclidio *DG* aclidia *L* lydeo *Rr* 4 fugens *Hh* decoro *Dd* gratia *Hauptius ex lex. Vat. ap. Maium auct. class.* VIII 417 gloria *libri* 6 *Ter. Phorm.* I 2, 17 *sq.* 7 epistolas] *b cum Bemb.* epistulas *Bas.* aepistolas *K* epistolam *B et libri lib.* XVIII § 242 *cum aliquot codd. Ter.* 9 allicui *B* et plicuit *D* et prolicuit *BGLK* et pollicuit *k* *L. Calpurnii Pisonis histor. lib.* I *fr. p.* 147 *Kr. fr.* 23 *p.* 290 *Roth.* piro *GLK* 10 proemio *B* animus *B* P. *om. DGLK* Publius *d* *P. Varronis belli Sequan. lib.* II *fr. v. ap. Wüllnerum de P. Terentii Varronis Atacini vita et scriptis p.* 11 *sq.* bellis equani *L* 12 ubi] libi *GLK* pellicuit] *d* pollicuit *BDHk* prolicuit *GLK* saporis *D* 15 uerbo *add. r* sine *D* sive] *h. l. etiam D* siue antepenultima *in mg. add. h* etiam *om. G* 17 coepi *B* 18 casum *Rr* 19 et] *om. GL* et *Hh* conuertunt *L* uertunt *BDHGK* factum] feci *Rr* 21 mutent] *r* mouel seruant tent *K* mutant *D* mutant *RGL* tamen supino inmutabilem *B* 22 habent *G* 23 inpingo *B* 26 elicitum *ex* elicatum *corr. K* facit] fecit *DHGLKrb* *Luc. Phars.* VIIII 932 in VIIII *om. G*

p. 878. 79 P. p. 475. 76 K.

Virus et elicitum iussumque exire repugnat,
et Statius in IIII Thebaidos:

Tam penitus durae quam mortis limite Manes
Elicitos.

In 'dio' desinens unum invenio, 'fodio fōdi' et ex eo composita, 'perfodio perfōdi', 'effodio effōdi', quod paenultimam praeteriti produxit necessario secundum praedictam regulam, qua ostendimus, quod, si minuantur praesentis syllabae, in praeterito producitur paenultima, nisi per syncopam vel apocopam proferatur. supinum in 'sum' facit geminata s, ut 'fodi fossum'. omnia enim verba, quae in 'di' finiunt praeteritum perfectum, in 'sum' faciunt supina, ut 'prandi pransum', 'momordi morsum', 'tetendi tensum', 'pandi pansum', 'defendi defensum', 'ascendi ascensum', 'sedi sessum', excepto 'dedi', quia pri|mae est coniugationis, quae numquam in 'sum' facit supinum, et ex eo compositis, quae in tertiam transeunt coniugationem et a paenultimam simplicis supini in i convertunt, ut 'do dedi datum', 'reddo reddidi redditum', 'perdo perdidi perditum', 'vendo vendidi venditum', 'credo credidi creditum', 'condo condidi conditum'. in 'dior' quoque deponentia in 'sum' faciunt supinum: 'ordior orsum', 'ingredior ingressum'.

In 'gio' similiter producta antepaenultima et ablata o extrema faciunt praeteritum perfectum, ut 'fugio fūgi', 'confugio confūgi', 'perfugio perfūgi', 'refugio refūgi'. supinum o in 'tum' convertit: 'fugio fugitum', 'confugio confugitum', 'perfugio perfugitum', 'refugio refugitum'.

II 6 In 'pio' 'ca' antecedente mutant a in e productam et abiecta o productaque i faciunt praeteritum perfectum, ut 'capio cēpi'. ab eo composita in praesenti quidem mutant a correptam simplicis in i brevem, praeteritum vero integrum manet, ut 'incĭpio incēpi', 'recĭpio recēpi', 'suscĭpio suscēpi'. supinum tam eius quam omnium in 'pi' vel 'psi' vel 'mi' terminantium praeteritum per 'ptum' profertur, ut 'cepi || captum', 'incepi in-

1 elicit dum *G* elicita *K* illicitum *nonnulli codd. Luc.* iussum q̃ *GL* iusum q̃ *K* repugnant *Dd* 2 *Stat. Theb.* IIII 413 *sq.* in — penitus *om. G* 3 Tam penitus *om. BDHLK add. d* penitos *Rr* dure *LK* manens *R* 4 elicatos *K* 5 et *om. K* 6 effodi] effodo *B* quod] q̃ *K* 7 praedictam] *b* praedictam *B* quam ostendimus *RBD* 9 proferetur *H* geminata s facit *K* ut fodio *Rr* 11 faciunt supinum *D* prandi] *r* prando *R* momorsum *Hh* 13 sesum *L* nūquam *Rr* 14 conpotis *Hh* 15 coniugationem *ex* coniugationes *corr. B* conuertitur *G* 18 quoque *om. G* ut ordior *B* 19 ingresum *L* 20 prodocta *H* 22 ut fugio *D* 23 perfugio perfugitum *om. H* 24 a] a correptam *ex libris nonnullis Krehlius, quibus tamen nec H adnumerare debebat nec, si Lindemanni silentio fides, Heidelb.* 25 coepi *B* abeo (h) *D* 27 incoepi *B* recipio recepi (o) *B* suspicio *Rr* suspicio *D* 28 uel in psi uel in mi *G* psi] spi *L* si *D* 29 praeteritum perfectum per *B* praeteritum perfectum profertur in ptum (ptum *K*) ut *GLK* ptum] *r* tum *R* profertur *add. r* cepi] coepi *D*

p. 879 P. p. 476. 77 K.

ceptum', 'coepi coeptum', 'rupi ruptum', 'scalpsi scalptum', 'compsi comptum', 'prompsi promptum', 'dempsi demptum', 'scripsi scriptum', 'nupsi nuptum', 'emi emptum', 'ademi ademptum'. 'rapui' quoque 'raptum' facit; similiter ex eo composita, 'corripui correptum', 'arripui arreptum'.

'Cu' vero ante 'pio' habentia o in 'vi' convertunt et producunt paenultimam in praeterito, ut 'cupio cupīvi' vel 'cupii' et ex eo composita, 'concupio concupīvi' vel 'concupii'. vetustissimi | autem etiam secundum quartam coniugationem solent proferre hoc verbum. Lucretius: 7

effringere ut arta
Naturae primus terrarum claustra cupiret.

in 'ui' divisas faciens praeteritum unum invenio supra dictae terminationis, 'rapio rapui' et ex hoc composita, 'eripio eripui', surripio surrīpui'; nam 'surpui' per syncopam protulerunt quidam poetarum, ut Horatius in IIII carminum:

Quae me surpuerat mihi,
Felix post Cinaram.

'sapio' tam 'sapui' vel 'sapii' quam 'sapivi' protulisse auctores inveniuntur; Probo tamen 'sapui' placet dici, Charisio 'sapui' vel 'sapivi', Aspro 'sapivi' et 'sapii' secundum Varronem, quod Diomedes etiam approbat. Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus sic ponit: 'sapivi' pro 'sapui'. Novius virgine praegnante:

1 coepi coeptum] coepi ceptum *BH* concepi conceptum *h* scalsi *L* compsi *K* 2 prompsi promptum] *d* prumpsi prumptum *D* 4 ex] et ex *BDHr* 5 vi] i *G* 6 praeteritum *B* ut concupio *G* 7 concupi uel concupii (i *ni f.*) *Hh* autem] tamen *B* etiam *sup. lin. add. h* 8 solent] *R* solebant *rell.* Lucretius *D* *Lucret.* I 70 *sq.* 9 effrigere *D* confringere *libri Lucr.* frangere *corr. oblongi* perfringere (perfringe) *Non.* 506, 33 10 portarum *Lucretius* supiret] *sic etiam Nonius et add.* at. uideret (*h. e.* ualeret, *v. Maehly annal. philol.* LXXI 204) *corr. oblongi Lucr.* cuperet *quadr. et obl. pr. m.* 11 supradictae *d* supradicta *D* 12 hoc] eo *Gr* eripio] eripuo *B* surripio surripui *add. r* 13 per sinagopam surpui *K* quidam protulerunt *G* Horatius] *db* oratius *BDGLK* *Hor. carm.* IIII 13, 20 *sq.* in IIII carminum] *om. G* in IIII in carminum *Rr* 16 post Cinaram] uel post amaram *h* cynaram *R* 17 sapui quam sapii quam sapiui *Kk* sapiui uel sapii quam sapui *B* sapui uel sapii quam sapui *H* quam sapiui *om. R* inveniuntur] *r* inueniantur *R* 18 *apud Probum p.* 1483 *P.* rapio rapui uel ii, *quod ex* sapio sapui uel sapii *ortum esse conicit Struvius üb. d. lat. Decl. u. Conjug. p.* 295, *ipse dubitans, quod Prisc.* sapui *tantum apud Probum legerit: at illud* uel ii *ad sequens exemplum* cupio *pertinere, docuit Lindemannus p.* 138 *ed. suae. equidem h. etiam l. intellegendum arbitror Probum Berytium, cuius notitiam Priscianus Capro debuerit, cf. O. Iahnium ad Pers. prol. p.* CXXXIX *et ann. ad lib.* V § 45 Charisio] *r* carisio *LK* cariseo *G* Charisius *R* *Charis. p.* 218 *P.* 147 *L.* vel sapivi] *r* uel sapii *R* Aspero *k* 19 et sapii] uel sapii *r* uel sapui *d* assapui *D* *Varr. fragm. p.* 340 *ed. Bip.* diomides *GLK* *apud Diomedem p.* 366 *P. extr.* sapio sapui *libri*, sapio sapiui et sapui *edd.* sapio sapiui et sapii *ex hoc Prisciani l. Struvius l. l.; corruptis contra Diomedis exemplaribus, cui quidem* sapiui *et ipse restituit, Priscianum usum esse censet H. Keilius* adprobat *B* 20 Nouius *G* *Non. Marcell. cap.* X *p.* 508, 20 mutis *Rr* 21 pro sapui *add. r* Neuius *Dr* Noeuius *B* *Nov. virg. praegn. fr.* 1 *p.* 54 *Both. p.* 181 *Munk. p.* 227 *Ribb.* priguante *GLK*

p. 879. 80 P. p. 477. 78 K.

quando ego

Plus sapivi, qui fullonem conpressi quinquatribus.

Terentius similiter:

cum intellego

Resipisse,

pro 'resipivisse'. Caper utrumque in usu esse contendit. Afranius in Brundisinis:

Equidem nunc resipivi, postquam pectus est laetitia onustum.

Plautus in rudente:

Pol magis sapisset, si dormivisset domi.

'coepio', quod in usu non est, 'coepi' facit praeteritum. Terentius tamen in adelphis praeteritum imperfectum subiunctivi eius verbi, quod nascitur ex praesente, profert:

sinerem [ego] illum? ac non sex totis mensibus

Prius olfecissem, quam ille quicquam coeperet?

supinum a 'cupivi' et 'sapivi' secundum supra dictam analogiam mutata 'vi' in 'tum' profertur, 'cupitum' et 'sapitum'.

8 In 'rio' unum inveni, 'pario peperi'. ve||tustissimi tamen et secundum quartam coniugationem hoc protulisse inveniuntur. Ennius:

Ova parire solet genus pinnis con|decoratum.

sed Terentius in Phormione:

Neque parere iam diu haec per aetatem potest.

---

1 quanto *Mercerus* ego] ergo *D* uero *G* 2 quin *libri Non.* follonem *R* fulonem *L* compresi *RLK* cōpressi *G* quinquatrubus *libri Non.* quinquatrbus *R* 3 *Ter. heautontim.* IIII 8, 2 *sq.* 4 te gnate cum intellego *Bemb.* gnate cum te intelligo *Bas.* intellege *LK* intellige *G* 6 pro resipivisse] *r* pro resipuisse *R* Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 contendit] ostendit *BDHKr* affranius *K* *Afran. Brund. fr.* 3 *p.* 162 *Bth.* IV *p.* 182 *Nk.* II *p.* 143 *Ribb.* in Brundisinis *om. G* 7 Brundisinis] *bd* brundesinis *D* brundissimis *K* brundi*inis *B* brundinisis *Rr* Brundusinae *vel* Brundisii *nomen fabulae apud alios tribuitur v. fragm. edd.* 8 resip*ui (i) *R* resipui *BDHGK* laetitiae honustum *Rr* leticia honustum *D* 9 honustum *B* 10 *Plaut. rud.* IIII 1, 8 (*v.* 899) in rudente *om. G* 11 sapuisset *L* sapiuisset *BG* sapiisset *K* sapissed *Palat. uterque* dormisset *B* domina *GL* 12 usu est *K* *Ter. adelph.* III 3, 42 *sq.* 13 aldelphis *G* preteritum p̄teritum *Rr* subiunc**tiui (ta) *D* 14 praesenti *BL* presenti *r* p̄sente *D* 15 sinerem illum *lib.* XVIII § 252 *cum Terentio* sinere illum *Bemb.* ergo *G* ac] at *GLK* aut *libri Ter. cf. lib.* XVIII § *l.* 16 olefecissem *L et in* olfecissem *corr. K* coeperit *lib.* XVIII *l. l. cum Bemb. Bas.* 17 secundum] *b* secund*m (a) *B* p̄dictam ꝑregulam (*in mg.* ꝑuel analō) *G* 18 ut cupitum *B* 20 *Enn. ann. fr. v. lib.* VIII § 33 21 pennis *HGLKr* pinnis *D* 22 Terentius in Phormione] *immo in adelph.* V 8, 8: Scio. - Parere iam diu haec per annos non potest. formione *G* 23 pare *Rr* pareret *G* iādiu *k* iandiu *GK*

p. 880 P. p. 478 K.

idem in Andria:

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

supinum 'partum' debet esse, unde et 'partus' et 'parturio' meditativum. plerumque enim regulam supini sequuntur tam meditativa quam frequentativa, exceptis quibusdam, de quibus in significatione verbi diximus, ut 'lectum lecturio' et 'lectito', 'mictum micturio' et 'mictito', 'dictum dicturio' et 'dictito'. sic ergo 'partum parturio' et 'partito'. Statius tamen in XII Thebaidos participio futuri addidit i:

Misceat atque hosti veniat paritura marito.

Deponentia in 'rior' desinentia, 'orior' et 'morior', tam secundum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinaverunt auctores, 'orior oreris' et 'oriris', 'morior moreris' et 'moriris'. Lucanus in IIII:

Non gratis moritur, iugulo qui provocat hostem.

Ennius in XIIII annalium:

Nunc est ille dies, cum gloria maxima sese
Nobis ostendat, si vivimus sive morimur.

Terentius in eunucho:

Risu †emoriri omnes denique.

Virgilius in II Aeneidos:

telis
Nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes.

Lucilius in III:

Conturbare animam potis est, quicumque adoritur.

eorum supina 'ortum' et 'moritum', quamvis 'oriturus', non 'orturus' in- 9
veniatur participium futuri, sed praeteriti 'ortus', non 'oritus' dicitur. Horatius epistularum libro II:

1 *Ter. Andr.* III 1, 14 andrea *K* 2 simul *Hh* pare *Rr* 4 regulam *add. h* secuntur *RB* sequntur *GK* 5 in *sup. lin. add. G* 7 sic] Si *R* ergo est *k* paturio *GL* *Stat. Theb.* XII 539 8 tebaidos *K* participio] *r* participium *R* i *om. R* 9 Misceat] *R om. rell.* Adque *D* 10 orior et morior tam *add. d* 12 oreris et oriris (i) *H* *Lucan. Phars.* IIII 275 in IIII *om. G* 13 Non gratis moritur] Vincitur haut (*sic Voss. uterque*) gratis *Lucanus;* Moritur haud gratis, *ex Prisc., ut videtur, interpolatus Luc. Cassell. m. alt.* itulo *Rr* 14 *Ennius annal.* XI 18 *sq. E. S.* XIV VI *p.* 58. LXXIII *Vahl.* in — sese *om. G* XI *Merula referens haec ad verba ex or. Catonis apud Livium* XXXIIII 13, 5 *servata, at v. Vahlenium p.* LXXIII 15 maxima gloria *Heidelb.* 16 ostendit *Lr* ostentat *Zwicc.* 2 *Krehlii* si] si *Hh* siue *B* 17 *Terent. eunuch.* III 1, 42 Risu omnes, qui aderant, emoriri; denique *et sic add. initio v. sq.* metuebant *Heidelb.* in eunucho *om. G* iunucho *K* 18 Risu] iusu *K* 19 *Verg. Aen.* II 410 *sq.* in *om. G* 20 Talis *D* 21 Nostrorum *om. L* oriturque *B* 22 *Lucil. sat.* III 27 *Dous. Gerl.* 20 *ap. Vargesium Luc. sat. ex lib.* III *q. s. p.* 7 in III *om. G* III. *ex* IIII. *corr. H* tertio *L* VII. *r* 23 animam] animum *coni. Vargesius l. l. p.* 19 adoratur *Rr* 24 ortum *ex* oritum *corr. B* et mortum *H* 25 non oritus *add. r* 26 oratius *GLK* *Hor. epp.* II 1, 17 *cf. lib.* XI § 18 aepistolarum *K* epistularum libro II *om. G*

p. 880. 81 P. p. 478. 79 K.

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

a 'morior' quoque notandum, quod, cum 'moriturus' secundum analogiam faciat participium futuri, 'mortuus' fecit praeteritum geminata u, quod in nullo alio participio invenies, pro 'mortus' vel 'moritus', quod proportio magis exigebat.

In 'tio' desinens per 'si' facit praeteritum geminata s: 'quatio quassi', quod teste Charisio in usu non est, 'percutio | percussi', 'incutio incussi'. supinum secundum regulam in 'si' terminantium perfectum in 'sum' exit, 'quassum', unde frequentativum 'quasso quassas'; similiter 'percussum', 'incussum'. nam 'ussi || ustum' et 'torsi tortum' vel 'torsum' excipiuntur et quae quartae coniugationis in 'si' terminant praeteritum perfectum: 'farcio farsi fartum', 'sarcio sarsi sartum', 'fulcio fulsi fultum', 'haurio hausi haustum'. p vero ante 'si' posita, sicut supra dictum est, per 'ptum' faciunt supinum: 'demo dempsi demptum', 'promo prompsi promptum', 'nubo nupsi nuptum', 'scribo scripsi scriptum'.

In 'tior' deponens tam tertiae quam quartae coniugationis unum invenitur, 'potior'. Virgilius in III Aeneidos:

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat et auro
Vi potĭtur.

i secundum tertiam coniugationem corripuit paenultimam. Lucilius vero in V:

Deficit alma Ceres nec plebes pane potītur

secundum quartam coniugationem producta paenultima protulit. similiter Ninnius in Iliadis secundo:

1 Nil] *h* Nihil *Hr* nihil *RDLK* tale] *r* telo *R* 2 moritus *Hh* 3 fecit] facit *Dr* 4 nulo *Rr* mortus *in litura h* 5 exigebant *Dd* 6 per si *Kk* quatiō *B* 7 carisio *R* *cf. Charis. p. 218 P. 146 L., cuius quidem et Fabriciana et Putschiana h. l. inter exempla formae tertii ordinis quintae, qua perfectum in si literas cadit, ponunt:* quatio tis si, in usu non est, sed concutio et percutio tis si; *at cod. teste Keilio* co********* (ncutio tis *recte restituit ed. pr.*) concussi, *ut illae edd. ex Prisciano suppletae sint* est, sed percutio *coni. Osannus Beiträge etc.* II 338 10 ussu *Rr* ussi *K* usi *G* et gessi gestum *post* ustum *add. d* torsum uel tortum *R. num* tortum [uel torsum], *ut locus ex lib.* VIIII § 51 *interpolatus sit?* 12 sartio *Rr* fultio *Rr* 14 ptum] praeteritum *GL* supino *Rr* promsi *RDH* promptum *om. G* promtum *L* 15 nubsi *K* scripsi] scribi *R* 16 quam *add. rd* inuenitur unum *G* 17 *Verg. Aen.* III 55 *sq.* 18 abrumpit] *rd om. D* abrupit *cum nonnullis libris Verg. R* polidorum *RDL* truncat *Rr* 20 *post* coniugationem *sqq. usque ad* coniugationem *om. D add. d* Lucius *K* *Lucil. sat.* V 17 *Dous.* 18 *Gerl.* uero in V *om. G* 21 ·II· *H* ·I· *LK* 22 defecit *K* plebis *RLK* pane] *om. G* panis *LK* 23 . Similiter *D* similiter (. *om.*) *rell.* 24 Ninnius, *ut perhibetur, Scriverius ad Baudii amores p. 416, Bernhardius Grundriss d. röm. Lit. ann. 360 p. 406 ed. alt. cf. lib.* VIIII § 42 nenius *RBDHLK* neuuus *G* Nęnius *π* Laevius *G. I. Vossius de art. gramm.* V 35 *p. 872 Eckst. G. Hermannus elem. doctr. metr. p. 333; refertur scilicet hic versus ad Laevii, quae perhibetur, Cypriam Iliadem, in Charisii (p. 118 P. p. 84 L.) codice sub Naevii nomine et ipsam laudatam et ad Naevium relatam a Wernsdorfio poet. Lat. min.* IIII 573 *cf. Weichertum poet. Lat. rell. p. 86 sq.* iliados *L* . secundo] *sic π cum RBDH*

p. 881 P. p. 479. 80 K.

penetrat penitus thalamoque potītur.

infinitum tamen secundum quartam semper invenitur. Cicero in II invectivarum: rerum potiri volunt. supinum in 'itum' desinit paenultima producta, 'potītum'.

In 'uo' divisas quacumque antecedente consonante desinentia mutant o in i, ut 'acuo acui', 'imbuo imbui', 'induo indui', 'diluo dilui', 'annuo annui', 'spuo spui', 'suo sui', 'metuo metui', 'arguo argui'. Virgilius in VIIII:

Nisus ad haec: me nulla dies [umquam] tam fortibus ausis

Dissimilem arguerit; tantum fortuna secunda.

idem in XI:

Verba redarguerit.

excipiuntur 'struo struxi', 'fluo fluxi', 'pluo pluvi'. Livius in I ab urbe condita et in XXI et in XXII: lapidibus pluvisse et in XXIIII: sanguine pluvit. nam 'unguo' Nisus quidem et Papirianus et Probus tam | 'ungui' quam 'unxi' dicunt facere praeteritum, Charisius

om. GLK Faecundo *Darmst.*[b] II. Foecundo *Darmst.*[a] *et sic* secundo (*vel* II *vel* 2; fecundo μ). Foecundo *edd. tantum non omnes. an* III? *cf. Hom. Il.* III 447 1 penitrat *GL* 2 *Cic. in Catil. or.* II 9, 19 in II. inuectiuarum *om. G* II invectivarum] *lib.* XVIII § 163. 189. 251 tertia uectiuarum *H* tertio inuectiuarum *h* IIII inuctiuarum *Rr* III inuectiuarum *rell.* 6 inbuo inbui *B* 7 suo meto *Rr* meiuo *Dd* *Verg. Aen.* VIIII 281 *sq.* Euryalus: me nulla *etc.*; *versus initium* Nisus ad haec *ex v.* 207 *sumptum est* 9 Nisus *Rr* umquam] *om. DH* unquam *GLK hoc voc. ex eiusdem Aen. libri* VIIII *v.* 447 *hic intrusum est:* nulla dies umquam memori uos eximat aeuo 10 ausis *add. r* 11 dissimilem] *r* dissimile *R* disimilem *GL* anguerit *Rom.* fortuna secunda] fortunas *BD* furtunas *GLK* fortuna se *Hh* fortuna sequatur *d* 12 *Verg. Aen.* XI 688 13 ueba *R* redarguerit] *BDHGLKr cum Pal.* redargueret *R* *Darmst.*[a] *cum Med. Rom.* 14 strui *H* plui *Rr* *Liv. ab u. c.* I 31, 1 in I ab urbe condita *om. G* I *Drakenborchius ad Liv. l. l.* II *libri* 15 condita et in XXI et in XXII. Lapidibus *Hh* *Liv. ab u. c. lib.* XXI 62, 5; XXII 36, 7 et in XXI et in XXII] et in XXI *Rr* et in XXI et in XXII *D* pluisse *libri Liv.* I 31, 1 *et aliquot ex dett. libris ll. lib.* XXI *et* XXII *ll.* *Liv. ab u. c.* XXIIII 10, 7 sanguine pluvisse XXIIII *Drakenborchius ad Liv. l. l.* XXIII *libri* 16 sanguinē *cum aliquot Liv. codd. dett. D* pluvit] *rh* pluit *D* pluit *RIIGL* ungo *D* ungo *BL* Nisus] *cf. L. Carrionem antiq. lect.* II 11 *Graefenhanium hist. philol.* IIII *p.* 83 *sq.* paririanus *G* *at Papirianus de orthographia secundum epitom. Cassiod. p.* 2295 *P.* 'ungo uero non ungui, sed unxi facit'. *apud Probum iun. p.* 1484 *P.* 139 *L.* 'G. huius literae ante uo positae verbum primae coniugationis non inveni. sed tertiae correptae, gui faciens specie perfecta, ut arguo, arguis, argui et unguo, unguis, unxi' *pro* 'unguis' 'ungui et', *etiamsi ipse dubitans, Priscianum legisse censet Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 313 (*cf. Osannum Beitr.* II 210 *sq.*). *at mihi haec quoque ad Berytium videntur esse referenda, cf. not. lib.* V § 45 17 un *Rr* ungi *H* dicut *Dd* Carisius *RDHGK* *Charisius p.* 218 *P.* 146 *L.*

p. 881. 82 P. p. 490 K.

vero 'unxi' tantum. 'coquo' vel, ut alii, 'coco coxi', 'linquo liqui', 'tinguo' vel 'tingo tinxi'. haec tamen non videntur in 'uo' divisas terminare, in quibus u vim literae amittit, unde in 'guo' quidem syllabam terminantia huiuscemodi servant regulam in 'go' terminatorum, sicut et quae in 'quo' finiuntur, rationem sequuntur in 'co' desinentium: dicimus igitur 'unguo unxi' et 'linguo linxi', ut 'pingo pinxi', et || 'linquo liqui', ut 'vinco vici', 'ninguo' quoque 'ninxi', unde et 'nix', sicut a 'duxi' 'dux', a 'rexi' 'rex'. Virgilius in III georgicon:

Interea toto non setius aequore ninguit.

Accius in Andromeda:

Cum ninxerint caelestium molem mihi.

'extinguo' etiam 'extinxi', cuius simplex 'stinguo' in raro est usu. Virgilius in IIII:

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem

pro 'extinxissem' protulit. Cicero tamen in Arato 'stinguens' participio usus est, quod a verbo 'stinguo' nascitur:

Quem neque tempestas perimet neque longa vetustas
Interimet stinguens praeclara insignia caeli.

idem passivum eius verbi in prognosticis protulit:

Vt cum luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radii caeca caligine tecti.

12 illud quoque sciendum, quod in 'ui' divisas terminantia praeteritum perfectum cum soleant corripere paenultimam, tamen vetustissimi inveniuntur etiam produxisse eandem paenultimam, in his maxime, quae a praesenti in 'uo' desinente divisas proficiscuntur, ut 'eruo erūi', 'arguo argūi', 'annuo annūi'. Ennius in II:

Adnūit sese mecum decernere ferro.

Supina eorum i praeteriti in 'tum' convertunt et producunt u paenultimam: 'acui acūtum', 'imbui imbūtum', 'indui indūtum', 'annui annūtum',

1 quoquo *D* quoco uelut alii quoco quoxi *B* lyqui *R* *post* liqui: uinco uici *add. G* tingo uel tinguo *r* 2 terminari *d* 3 amittat *BGL* ammittat *D* Vnde *ex corr. r* in guo *ex* unguo *corr. B* 4 go] *b* guo *B* 5 secuntur *RBH* sequntur *GK* inguo *Dd* ungo *L* 6 unxi *in mg. add. L* pingo (u) *L* pinguo *K* ** *L* liqui] lici *G* ** (et) *L* 7 ningo *Dd* ningoo *H* 8 *Verg. georg.* III 367 IIII. *K* 9 sętius *B* aequore *cum Prisciano Verg. cod. Arundel.* aere *Vergilius* 10 actius *R* *Att. Andromed. fr.* 5 *p.* 171 *Both. fr.* II *p.* 125 *Ribb.* in Andromeda *om. G* 11 ninxerit *D* 12 Extingo *G* stingo *BG* *Verg. Aen.* IIII 606 14 generem *B* ipsā *B* 15 *Cicer. Arat. fr.* II *opp.* IIII 2, 519 *Or.* stingens *GLK* 16 stingo *B* 17 Quem] *sic in mg. etiam K* Quod *K* Quae *r* tempestas] uetustas *G* 18 stingens *L* 19 *Cic. prognostic. fr.* 1 *l. l. p.* 555 *Or.* prognosticis] *d* pronosticis *DHLK* ponosticis *R* pognosticis *r* 20 lana *H* hiperionis *GLK* orbis *GLK* 21 stinguntur *RBDGLK* 22 quoque sciendum] etiam notandum, *in mg.* uel quoque *G* 23 "etiam produxisse "inueniuntur *L* 25 adnuo adnui *B* 26 *Enn. ann.* II 18 *E. Ş.* II XI *p.* 22. XXXIX *sq.* LXXVIII *Vahl.* 27 annuit *RGLK* sese *om. GLK*, *m. rec. add. in G* 29 ut acui *G* inbui inbutum *B* adnui adnutum hinnui hinnutum *B*

p. 882. 83 P. p. 480. 81 K.

'innui innūtum', 'largui argūtum', unde et participium 'argutus' | - id est 'convictus'. Plautus in Pseudulo:

argutus malorum facinorum -

et futurum 'arguturus' et derivativum ex hoc verbum 'argutor argutaris'. invenitur tamen in usu etiam 'arguiturus' pro 'arguturus'. Sallustius in II historiarum: quod adversum multi ex Bithynia volentes adcurrere, falsum filium arguituri. [Plautus iterum in Pseudulo de sycophanta:

Ecquid argutus †es?

pro 'convictus'.] excipitur 'rŭtum' vel 'ruitum', quod u corripuit vel quod i servavit; nam secundum futuri participium, id est 'ruiturus', debet 'ruitum' esse - Lucanus in IIII:

ruituraque semper.

Stat mirum moles -,

secundum praeteritum vero debet 'rŭtum' dici paenultima correpta. Virgilius in XI:

Nec mihi cum Teucris ullum post erŭta bellum
Pergama.

et videtur hoc per syncopam i vocalis in prae||terito prolatum, 'erutus' pro 'eruitus', ideoque tempus perfecti simplex, quod habuit u ante i, servasse. a 'spuo' et 'metuo' et 'pluo' secundum analogiam 'sputum' et 'metutum' vel 'metuitum' et 'plutum' a 'pluvi', velut 'adiutum' ab 'adiuvi', debent facere, sed in usu ea non inveni. alia vero supra dictae terminationis verba 13 extremam syllabam praeteriti in 'ctum' convertunt, ut 'struxi structum', 'unxi unctum', 'liqui lictum'; excipitur 'fluxum', ut iam supra dictum est.

Deponentia in 'quor' mutant eam in 'cu' et assumentia 'tum' faciunt

2 *Plaut. Pseud.* II 4, 56 (*v.* 745) Ecquid argutust (argutus est *libri*)? - Malorum facinorum saepissume in Pseudulo *om. G* seudulo *H* psedulo *L* 4 diriuatiuum *k* diriuatum *LK*. 5 pro arguturus *add. d* argaturus *Rr* *Sall. hist.* II 57 *p.* 175 *Kr.* 6 in II historiarum *om. G* quos *BDHGLK* et *Hh* bithinia *BDL* bethinia *K* bethania *G* 7 adcurre *Rr* accurrere *HLK* accurre *G* occurrere *BD* arguturi *K* *Plaut. Pseud.* II 4, 56 (*v.* 745) *i. e. loco cum maxime citato. vel aliunde igitur vel ex Plauto neglegenter inspecto hoc scilicet alterum participii* argutus *exemplum ad marg. additum et postea hic non suo loco adglutinatum est. a Prisciano ipso non esse profectum satis indicat iteratum illud* 'pro conuictus'. *haec non posse non turbata esse pronuntiavit Ritschelius ad Plauti l. l.* in Pseudulo de sycophanta *om. G* 8 seudulo *RrD* psedolo *L* pseudolo *K* sicophanta *RH* sycopantha *LK* syncophanta *B* 9 **quid *Rr* et quid *BDHGLK* arguturus *L* argutus es] *v. supra* 10 conuictus *ex* coniunctus *corr. K* 12 *Lucan. Phars.* IIII 455 *sq.* 15 uero *om. G* correpta penultima *K* correpta peneultima *G* correpta peniultima *L* *Verg. Aen.* XI 279 *sq.* 17 cum *add. h* teocris *L* 20 tempus praeteriti perfecti *L* simplex *L* simplicis *G* seuasse *L* seruasse. spuo *K* 21 metutum] *r et ex* metuitum *corr. B* mututum *R* 22 plautum *Rr* pluitum *Dd* uelud *B* 23 non inueni *post* adiutum *posuit R, del. et post* usu ea *add. r* 24 praeteriti *om. G* truxi *Dd* stuxi *H* 25 unexi *R* unctum *ex* unxtum *corr. L* iam] etiam *GL* 26 quor] *d* cor *D* cu*(m) *B* adsumentia *B*

supinum: 'loquor locutum', 'sequor secutum'; 'fruor' vero 'fructum' facit, sicut 'struo structum'. Cicero in Hortensio: et amoenitate summa perfructus est. Vlpianus tamen ad Sabinum futurum fruiturum dixit, non 'fructurum', quomodo 'ortum oriturum', 'erutum eruiturum', 'mortuum moriturum', quae cum in praeterito non habeant i, in futuro habent.

In 'vo', u loco consonantis posita, in l | quidem desinente paenultima, o extremam in i convertunt et faciunt praeteritum, ut 'solvo solvi', 'volvo volvi', 'calvo calvi', unde Sallustius in III historiarum infinitum passivi protulit: contra ille calvi ratus, 'calvi' pro 'decipi'. vocali vero natura longa antecedente 'vo' in 'xi' convertitur in praeterito, 'vīvo vixi'. supinum i in 'tum' convertentia faciunt, v necessario in vocalem redeunte, 'solvi solutum', 'volvi volutum'. sic debet etiam 'calvi calutum' facere, quod tamen in usu non inveni, et puto calumnias ex hoc esse derivatum. 'vixi' autem in 'xi' terminantium regulam in supino servat 'victum'.

III 14 In 'bo' desinentia verba vocali longa antecedente 'b' in 'ps' convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'scrībo scripsi', 'nūbo nupsi': numquam enim b ante s in principio syllabae potest inveniri, ut 'Pseudulus', 'ipse'. aliae vero o in i mutant in praeterito, ut 'bĭbo bibi'. Cicero in Verrinarum II: an iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo inbibisset? Ovidius in VI metamorphoseon: ||

Vberaque ebiberant avidi lactantia nati.

'lambo' quoque 'lambi'. Lucilius in XXIII:

Iucundasque puer qui lamberat ore placentas.

1 sequor] *d* secor *D* facit *om. H* 2 *Cic. Hortens. fr.* 67 *opp.* IIII 2, 484 *Orell.* in Hortensio *om. G* hortentio *LK* 3 perstructus *GL* persructus *K* ulpianus *in* uulpianus *mut. R* ulpianus *L* *Vlpianus ad Sabinum: Vlp. fr.* 2 *ap. Dirksenium fragmenta ICtor. Rom. p.* 103. fruituros *idem Vlpianus dixit ad edictum: v. Dig.* X III 7, 10 ad Sabinum *om. G* sabinum *K* sauinum *RBDHL* futurum futurum fruiturum *K* fruiturus *D* 4 fructurus *D* 5 mori***turum (tum *ni f.*) *B* habeant] *h* habent *DHL* 7 peneulma *G* 8 extremam o *GK* uolo *Dd* 9 *Sall. hist.* III *cf. lib.* VIII § 76 10 illae *LK* decepi *Rr* 11 xi* (i) *H* 13 etiam debet *GLK* 14 non *sup. lin. add. H* et] ut *B* pato *K* calūni *B* calumniam *GLK*(*R*?) 15 Vixia autem *R* 16 In bo autem *K* bo in psi *BDHGLK* 17 scribo *ex corr. B* 18 culm *add. g* potest est *H* Pseudulus] *d* pseudolus *Br* psedulus *G* seudulus *D* psedulus *K* 19 *Cic. in Verr. act.* I 14, 42 20 in — habuisset *om. G* in uerrem .II. *BDH* in uerrem in .II. *LK* unquam iste *G* de se umquam *Cic. Guelferb.* 1 habuisset *om. L* 21 openionem *G* imbibisset *RGLh* imbuisset *ni f. H* *Ovid. metamorph.* VI 342 22 in VI. metamorphoseon *om. G* VI *ex* V *corr. B* V. *D* 23 Vbera quae *B* audiui *GK* aui. dilactantia *B* luctantia *G* 24 Lucilius] *b* Lucius *K* Lucius *BL* *Lucil. sat.* XXIII 2 *Dous.* 1 *Gerl.* in XXIII. *om. G* 25 Iocundasque *Bh*

p. 884 P. p. 482. 83 K.

similiter 'scabo scabi'. idem Lucilius in VIIII:

Scaberat ut porcus contritis arbore costis.

unum excipitur 'incumbo incumbis', quod etiam 'incubo incubas' secundum primam coniugationem profertur, quod 'incubui' facit praeteritum, et omnia a 'cubo' composita, sive primae sive tertiae sint coniugationis, ut 'accumbo' vel 'accubo accubui', 'incumbo' vel 'incubo incubui'. et nunc quidem simplex eorum, id est 'cubo cubas', primae est coniugationis, vetustissimi tamen et hoc et omnia, quae in 'ui' faciunt divisas praeteritum perfectum in prima coniugatione, etiam secundum tertiam solebant declinare. supina vero in 'psi' quidem terminantium praeteritum 'si' in 'tum' convertunt, ut 'scripsi scriptum', 'nupsi nuptum', in 'bi' vero assumunt 'tum', 'bibitum, lambitum, accubitum', unde et 'cubitus' dicitur. et notandum, quod, cum omnia in 'si' terminantia praeteritum, sicut supra docuimus, in 'sum' terminant | supinum, exceptis quartae coniugationis verbis, haec quoque, quae p vel m ante 'si' habuerint, 'si' in 'tum' convertunt, ut 'nupsi nuptum', 'scalpsi scalptum', 'scripsi scriptum', 'demsi demptum', 'sumsi sumptum', in quibus etiam p euphoniae causa interponitur, quod etiam in praeterito quibusdam placuit ascribere.

In 'bor' deponentia mutant 'bor' in 'psum' et faciunt supinum, ut 'labor lapsum'. nulla autem alia causa est mutandae b in p ante s vel t in principio syllabae positae, nisi euphonia, cuius ratio apud Graecos quoque observantissimos eius servata est in supra dictarum consonantium scriptura, ut *κρύβω ἔκρυψα κέκρυπται, λείβω ἔλειψα λέλειπται.* pro *ψ* enim Graeca nos in principio syllabae 'ps' scribimus, ut 'nubo nupsi nuptum', 'scribo scripsi scriptum', 'scalpo scalpsi scalptum'.

In 'co', n antecedente, abiecta n et o in i conversa faciunt praeteritum, paenultima quoque producta, ut 'vinco vīci', 'convinco convīci' -

1 *Lucil. sat.* VIIII 26 *Dous.* 21 *Gerl.* 2 scaberat *Rr* abore *Hh* custis *K* 3 unum *om. DK* 4 incubui] *r* inbui *K* imbui *RB* inbui *L* 5 siue primae *om. B* coniugationis sint *K* 6 nunc] num *B* 7 prima *B* 8 et hoc] *r* hoc *R* et haec *GLK* 9 prima] *d* primę *D* tertiam *om. L* 10 terminantium quidem *H* psi in tum *DHKr* psi in ptum *BGLh* 11 adsumunt *B* 12 ambitum accubui accubitum *K* 13 omnia] oo *K* 14 supinant supinum *Rr* 15 habuerint *L* habuerunt *GK* ptum *B* conuerterunt *G* 16 salptum *Hh* demsi] *g* dempsi *K* dempsi *RBDHG* 17 sumpsi *BDH* 18 quod] quam *HLr* adscribere *B* 19 in psum] *d* ipsum *D* sopina *GK* 20 alia *add. in mg. H* 21 positae] *om. GK* (*i. e.* est) *L* ephonia *Hh* euphoniae *RD* euphonia (ę? euphonia *b*) quare mutatur b in p ut scribo scripsi. cuius ratio *B* 22 eius *add. r* eius *Kk* 23 ΚΡΙΒΩ ΕΚΡΙΨΑΚΕΚΡΙΠΤΑΙ *B* ΚΕΚΡΥΠΤΑΙ *R* ΕΚΡΥΠΤΑΙ *dh* ΑΥΒΩ *R* ΑΙΒΩ *BDH* ΑΙΒΩ *GLK* ΕΛΥΨΑ *R* ΕΛΙΨΑ *BDG* ΕΛΙΨΑ *HLK* ΛΕΛΙΠΤΑΙ *R* ΕΛΙΠΤΑΙ *DH* ΛΕΜΠΤΑΙ *BL* ΛΕΜΤΑΙ *G* ΛΕΜΤΑΙ *K* PRO *D* 24 syllabae positae ps *Rr* 26 antecedente *H*

p. 884. 85 P. p. 483. 84 K.

'linquo' quoque, quod consimilem videtur habere terminationem, 'liqui'|| facit praeteritum abiecta n, sicut supra quoque docuimus -; s vero praecedente mutant 'sco' in 'vi', nisi sint inchoativa - illa enim carent praeterito perfecto -: 'quiesco quievi', 'pasco pavi', 'cresco crevi', 'ascisco ascivi', 'consŭesco consuevi' vel 'consuetus sum' - Charisius tamen
16 etiam 'consueo' ponit .. omnia tamen, quae praeteritum perfectum in 'vi' terminant adiectam, frequenter invenimus per secundas et tertias personas syncopam paenultimae pati syllabae, cum ab u loco consonantis incipit, ut 'amavi amavisti' vel 'amasti amavit amavimus amavistis' vel 'amastis amaverunt' vel 'amarunt?; 'neo nevi nevisti' vel 'nesti nevit nevimus nevistis' vel 'nestis neverunt' vel 'nerunt'. ideo autem addidimus 'adiectam', quoniam, si in positione sit u consonans, syncopam pati non potest, ut 'lavo lavi lavisti', non possumus dicere 'lasti' nec pro 'lavistis' 'lastis' nec pro 'laverunt' 'larunt'. similiter 'faveo favi favisti', nemo dicit 'fasti', nec pro 'fovisti' 'fosti', nec pro 'solvisti' 'solsti'. sed invenio, Horatium auctoritate fecisse in quibusdam concisionem, quamvis positio verbi | habeat u consonantem: 'moveo movi movisti', ex quo 'summosses' posuit Horatius pro 'summovisses' in I sermonum:

Hunc hominem velles si tradere, dispeream, ni
Summosses omnes. - non isto vivimus illic,
Quo tu rere modo.

item 'commorit' pro 'commoverit' idem Horatius ponit in II sermonum:

at ille,
Qui me commorit - melius non tangere, clamo -,
Flebit.

17 unum invenitur in 'sco' desinens verbum apud vetustissimos, cuius praeteritum perfectum in 'xi' protulerunt teste Capro: 'conquinisco conquexi'.

1 linco *DG* quod *om. G* similem *DHr* 3 inchoatiua *ex* inchoatiba *corr. B* 4 creini *K* adscisco adsciui *B* 5 carisius *DHGLr* carissius *K* *Charisius p. 224 P. 149 Lind., ubi* consueo consuesco *pro* consueui consuesco, *quod in cod. reperitur, restituit G. Fabricius* 6 etiam *in mg. K* tamen] enim *G* 7 abiectam *B* adiectam *L* 8 syllabae pati *GK* incipit ut *Hh* 9 uel amasti *om. R* 10 uel amauerunt *D* neo — nerunt *in mg. K* 11 uel nerunt *add. r* adddimus *H* adidimus *G* addimus *K* abiectam *B* 12 quoniam] *r* quam *R* 13 lauasti *K* possimus *K* lasti pro lauisti nec *D* lauistis] *k* lauisti *K* 15 fosisti *D* oratium *D* oratium *K* 16 positione *Rr* uerba *D* 17 summoses *K* oratius *D* oratius *K* *Hor. serm.* I 9, 47 *sqq. cf. lib.* VIIII § 11 19 tradere ** ni(am) *Rr* 20 summoses *K* uiuitur *libri aliquot Horatiani* 21 quot urere *GLK* 22 pro commemorit *G* oratius *DK* *Hor. serm.* II 1, 44 *sqq.* 26 fleuit *L* fleuit *B* 27 invenitur in sco] *r* inuenitur ** co *R* 28 Capro] *v. Osannum de Capro p.* 16 coucexi *G* conquexi *B*

p. 885. 86 P. p. 484. 85 K.

est autem 'conquinisco' caput inclino. Pomponius in vacca vel marsuppio ait:

simul intro veni, accessi ad patrem, prendi manum;
In terram ut cubabat nudam ad eum ut conquexi, interim
Mulieres conspiciunt.

excipiuntur praeterea eiusdem terminationis 'compesco compescui', 'dispesco dispescui', quod ponit Apuleius in dialogo, qui est de deo Socratis: cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigii dispescant, pro 'distent'. excipitur praeterea 'disco didici', 'posco || poposci' et ex eis composita, quae similiter faciunt praeteritum, 'dedisco dedidici', 'deposco depoposci'. vocali vero natura longa antecedente in 'co' desinentia 'xi' syllaba finiunt praeteritum, ut 'dūco duxi', 'dīco dixi'. r antecedente unum inveni, 'parco', quod et 'peperci' et 'parsi' facit praeteritum. Lucanus in II:

parvum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo flammisque pepercit.

Terentius in hecyra:

heu me infelicem, hancine ego vitam parsi perdere?

'ico' praeterea paenultima brevi profertur in praesenti teste Capro, sed producit eam in praeterito perfecto et mutat o finalem in i: 'ĭco īci', unde 'ictus'. Cato Censorius de Veturio: hostem | num icit?

1 conquisco *B* caput *Dd* *Pomponii vaccae vel marsupii* (marsuppii *Ribb.*) *fr. p.* 122 *Both.* 159 *Mk.* 212 *Ribb.* Baccha *B f. recte, qui titulus fabulae et togatae (v. Ritschelium parerg.* I 156) *et, quod quidem secus se habere videtur Ritschelio, palliatae esse potuit: nam Bacchas scripserunt Antiphanes, Diocles, Lysippus et Novii certe Atellanis hetaeram et Phoenissas inmixtas invenimus.* bacha *tres codd. Krehl.* Bacca *Lips.* 1 *eiusdem* marsupio *L* 3 intro veni] in utroquo ueni *G* 5 terra *K* nuda *BHGLK* conquexi*(t?) *H* 7 conspiciunt *ex* conpisciunt *corr. D* 8 Excipitur *GK* praeterea *del. h* compesco compescui] *k* compisco compiscui *GLK* dispisco dispiscui *GL* dispesco dispesco dispescui *H* 9 apuleus *G* *Apul. de deo Socr. cap.* IIII *p.* 44 *Elmenh.* quid *Rr* 10 et] *sic etiam Augustinus de civ. dei* VIIII 12 ea *libri Apul. plerique, om. duo codd. Lindenbrogii* ab] *sic etiam Aug. l. l. om. K et libri Apul. plerique* infimis] *r* imfimis *RB* interea pedine *G* interea pedi ne *LK* intercapedine fastigii dispescant] intercapedo fastigii dispescat *libri Apul. et Augustinus l. l.* 11 festigii *K* uestigii *GL* dispescant] *k* dispiscant *GLK* 12 ex his *G* 13 dedidi^ci *K* antecedente *K* 14 xi] x *R* in xi *D* 15 peperci parsi *B* 16 *Luc. Phars.* II 128 *sq.* in II *om. G* 17 parum *pars librorum Luc.* 18 effundit *Voss. A cum al. codd. Luc.* iugulis *B* ungulo *GLK* flammis quae *B* 19 *Ter. hecyr.* III 1, 2 in hecyra *om. G* haecyra *RH* hęcira *D* echyra *B* echira *LK* 20 hancine] *h Bemb. Bas.* hancin*** *H* hanccine *RD* hanc me *LK* 22 Capro] *effugit h. l. Osannum* 24 *Caton. Cens. de Veturio* (*cf. lib.* VI § 16) *or. fr. ap. Meyerum l. l. p.* 64 de ** (in) *L* debeturio *K* Veturio] *d* beturio *DLr* buturio *R* betuturio *G* num] *BDrh Darmst.*[a] numum *R Heidelb.* numim *GL* nummi *K* **|mum *H* numun *Darmst.*[b] uel nunium nummi *Monac.* 280 *A* numium *Lips.* 1 (*non H*) nimium *Zwicc.* 2 *Dresd.* non *Lips.* 2 *Krehlii* numiicit

p. 886. 87 P. p. 485 K.

Caelius in I: qui cum is ita foedus icistis. Lucretius tamen etiam in praesenti producit paenultimam:

exim corpus propellit et īcit.

Supina in 'ci' quidem terminantium praeteritum i in 'tum' convertunt: 18 'vici victum', "'convici convictum'. eandem servat regulam etiam 'liqui lictum' et ex eo composita, 'reliqui relictum', 'deliqui delictum'. nec mirum, cum post q u posita vim literae amittat, in 'ci' desinentium regulam sequi. quae vero in 'vi' syllabam proferunt praeteritum perfectum, mutant eam in 'tum' et faciunt supinum, 'requievi requietum' - unde participium futuri fit 'requieturus'. Cicero contra Metellum: nisi eorum exitio non requieturam -, 'cresco crevi cretum', 'ascisco ascivi ascitum', 'descisco descivi descitum' - Livius in XXVI ab urbe condita: descitum ab Romanis (et notandum, quod ab inchoativo 'scisco' composita primitivi, id est 'scio', habuerunt praeteritum, secundum rectam vero proportionem debent eorum quoque perfecta ab 'ascio' et 'descio' esse) -, 'nosco novi notum' - similiter ex eo composita: 'ignosco ignovi ignotum'. Terentius in adelphis:

Ignotum est, tacitum est, creditum est,

unde et participium futuri 'ignoturus'. Cicero in Catone [maiore]: ignoturum alteri, quod patrem, alteri, quod tutorem secutus esset. Cato in V originum: quod eorum nemo quisquam quicquam mihi ignoturus est; quidam tamen contra regulam a praesenti tempore hoc || derivatum protulerunt, 'ignosco ignosciturum'. Piso

reg. IX *saec.* [7497], *sed inter lin. ead. m.* ini *teste Dübnero in Meyeri orr. R. fr. ed. Paris. p.* 134 •icit(u) *L* 1 Coelius *B* *L. Caelii Antipatri hist. lib.* I *fr. p.* 190 *Kr. fr.* 9 *p.* 315 *Roth.* is] *sic ex corr., ut videtur, R* his *BGLKd* is ita] ista *Heidelb.* icitis *HGLK* *Lucr.* III 161 3 exim *B, ut appareat, iure suo suspicatum esse Ritschelium in mus. phil.* VII *p.* 475 *sic in H scriptum fuisse.* eximi *Monac.* exico *in litura h* exin *RDGLK* 4 Supino *B* praeterito *Gr* 5 Eadem *Dd* seruant *BK* 10 futuri *om. G* requieturus] *d* quieturus *DGLKr* *Ciceronis contra Metellum* (*cf. lib.* VIIII § 51) *or. fr.* 3 *p.* 455 *Or.* metallum *Rr* 11 requieturum *r* 12 descisso *R* Libius *Rr* *Liv. ab u. c. lib.* XXVI 14, 9 in — condita *om. G* XXV *libri* 13 discitur *Rr* 14 primitiuo *Rr* scio] *r* cini *R* 15 perfecta *om. R add. r* ab ascio] *scripsi* asci° *Rr* adscio *BDH* a scio *GLK; an legendum:* debent eorum quoque supina a scio esse? desci° *Rr* 17 *Ter. adelph.* III 4, 28 in adelphis *om. G* 18 ignotumst tacitumst creditumst *Bemb.* 19 particium *H* *Cic. Caton. fr.* 3 *opp.* IIII 2, 487 *Or.* in Catone maiore *om. G* Catone maiore *libri* maiore *induxi coll. Macr. sat.* VI 2, 33; *possis etiam* Catone minore *conicere.* laudem Catonis *istum librum dicit Gellius noct. Att.* XIII 20 (19), 3, *qui locus docere poterat Krehlium, eum non 'in laudem Catonis maioris conscriptum' fuisse; cf. Fr. Schneiderum in comm. de Ciceronis Catone minore act. ant. Darmstad.* 1837 *n.* 140 *sq. p.* 1141 *sqq., qui ipsum Priscianum aeque lapsum esse censet p.* 1147 cationc *K* cautione *L* 20 ignoturum *L* patrem alteri quod *Hk* 21 *Caton. origg. lib.* V *fr. p.* 116 *Kr. fr.* 100 *p.* 283 *Rth. fr.* LXXXIX *p.* 56 *W'r.* in V originum *om. G* quisquam] *b* quis *B* 22 mihi *in mg. add. H* autem *Rr* 23 deriuatiuum *D* Piro *K* *L.Calpurnii*

p. 887 P. p. 486. 86 K.

Frugi in II annalium: quodcumque deliquisset, ignosciturum adfirmabat. notandum tamen, quod 'cognosco cognovi cognĭtum' et 'agnosco agnovi agnĭtum' in frequentiore usu faciunt, pro o| paenultima producta, quam vetustissimi servabant analogiam sequentes, i correptam adhibentia. unde Iuvenalis in I:

Agnĭtus accipies, iubet a praecone vocari
Ipsos Troiugenas,

Lucanus in II:

calida mihi cognĭtus axis
Aegypto atque umbras numquam flectente Syene.

Sallustius tamen secundum analogiam in II historiarum: neque inermos ex proelio viros quemquam agnōturum. Pacuvius secundum utrumque protulit:

In turba Oresti cognĭta agnōta est soror ..

'pasco pavi' servavit in supino s solum: 'pastum'. 'compesco compescui' et 'dispesco dispescui' et 'posco poposci' et 'disco didici' a praesenti tempore faciunt supinum mutatione o in i correptam et additione 'tum': 'posco poscĭtum', 'compesco compescĭtum', 'disco discĭtum'. unde Apuleius participium futuri protulit in Phaedone de anima: sic auditurum, sic disciturum, qui melius sit, haec omnia et singula sic agere aut pati, ut patiuntur atque agunt.

In 'xi' finientia praeteritum perfectum faciunt supinum secundum praedictam regulam: 'dixi dictum', 'duxi ductum'; 'peperci' vero vel 'parsi parsum' facit supinum secundum in 'si' terminantium regulam, unde 'parsurus' participium futuri. Varro in Laterensi:

Pisonis Frugi ann. lib. II *fr. p.* 150 *Kr. fr.* 24 *p.* 300 *Roth.* 1 quocqunque *L* quocunque *G* diliquisset *GL* 2 affirmabat *RHGLK* 3 agnoco *Rr* et agnitum *D* frequentiori *BHK* 5 *Iuv. sat.* I 1, 99 *sq.* in I *om. G* I. *ex* II. *corr. R* 7 iugenas *Rr* 8 *Lucan. Phars.* II 586 *sq.* in II *om. G* II α III. *libri* 9 callida *G* calida medius mihi *libri Luc.*, α medius calida mihi, *Prisciano non laudato, Cortius* 10 aegipto *G* nusquam *Voss. A cum plerisque codd. Luc.* flectente Syene] *ex corr. h* flentes hyene *Rr* fle+tentes (*in* flectentes *corr.*) yenę *B* flectentes hiene *G* flectentes hieme *L* flectentes inene *K* 11 *Sall. hist.* II 73 *p.* 183 *Kr.* in II historiarum *om. G* 12 ex praelio inermes *G* inermos] *in* inermis (*ab r?*) *corr. R, in* inermes *H* inhermos *B* inermes *L* inermis (*sic*) *in mg. add. K* pelio *D* viros] *r* uires *R* pacubius *LK* paucobius *G* *Pacuv. fr. inc.* XXII *p.* 107 *Ribb.*; *Dulorest. fr.* 35 *p.* 122 *Hermion.* 3 *p.* 124 *Both.*; *ad Dulorestem rettulit Ribbeckius p.* 284 14 soror *add. d* 15 seruauit *Dd* compisco compiscui *GLK* 16 dispesco dispescui] *r cf. Struvium lat. Decl. u. Conj. p.* 223 depesco depescui *RBDH* depisco depiscui *GLK* et *eras. in H* pasco *Rr* 17 tempore] *h* tempori *H* correptum *B* correpta *D* additione *D* dicione *Rr* 18 poposcitum *Rr* compisco compiscitum *GLK* disco *om. G* appuleus *G* *Apuleius in Phaedone: Apul. fr.* 10 *t.* II *p.* 638 *Hild.* 19 phędrone *r* phedonae *K* phędone *G* 20 quid *G* 22 finientia] disinentia *GLK* supradictam *GLK* 24 parsum *Hh* 25 *Varro in Laterensi logistorico: v. Varr.*

p. 887. 88 P. p. 486 — 88 K.

Parsurus pecuniis bene partis.

Livius in XXVI ab urbe condita: nedum eos Capuae parsuros credam. 'senesco' inchoativum | est: nam positivum eius 'seneo' invenitur in usu. Accius in Telepho:

Iamiam stupido Thessala somno
Pectora languentque senentque.

Pacuvius in Periboea:

Quamquam aetas senet, satis habeam virium, ut te ara arceam.

a 'seneo' igitur, non a 'senesco' fit praeteritum 'senui'. Sallustius in I historiarum: nisi cum ira belli desenuisset. idem etiam participium praeteriti temporis ex eo protulit, quamvis sit neutrale, in IIII: omnis, quibus senecto corpore animus militaris erat; nec || mirum, cum in aliis quoque plurimis eiusdem significationis verbis inveniantur veteres praeteriti temporis participia proferentes, ut 'prandeo pransus', 'caeno caenatus', 'placeo placitus', 'mereo meritus', 'pateo passus', 'careo cassus', 'poto potus' pro 'potatus', 'titubo titubatus'. 'iuro' quoque 'iuratus' tam in activa quam in passiva invenitur significatione. et haec quidem etiam iunioribus in usu manserunt, illa vero obsoluerunt: 'discedo discessus', hoc est 'qui discessit'; similiter 'intereo interitus', 'occido occasus'. sed eorum usus in libro, qui inscriptus est de participio, IIII 21 invenies. deponentia vero in 'scor' desinentia, in antepaenultima quidem syllaba a vel i correptas habentia, in 'ctum' faciunt supinum, ut 'pacĭscor pactum', 'proficĭscor profectum', 'expergĭscor experrectum' facit, quamvis vetustissimi | etiam 'expergitus' dicebant. Lucilius in III:

t. II *p.* 323 *ed. Bip. Ritschelium de Varr. logistor. p.* VI. XII; *versus f. sic ordinandus cum Fleckeiseno: .!...!...* pársurus pecúniis | Bene pártis 1 pecuniis] pecurus *L* 2 *Liv. ab u. c. lib.* XXVI 13, 16 in — condita *om. G* XXVI *Ecksteinius ad Vossium de arte gramm.* V 25 *p.* 832 XXV. *ex* XXXV. *corr. R* XXV *rell.* necdum *GK* parsurus *D* 3 credamus *r* 4 *Att. Telephi fr.* 1 *p.* 241 *Both.* II *p.* 184 *Ribb.* in Telepho *om. G* thelepho *d* 5 thesala *DHK* sompno *K* 6 languentque] *bh* langentque *HG* plangentque *K* langent *B* *in* senentque *literae duae extremae adrasae in B* 7 Paccuius *D* Pacubius *LK* Paucubius *G* *Pacuv. Periboeae fr.* 28 *p.* 142 *Both. fr.* XXIII *p.* 96 *Ribb.* in Periboea *om. G* pheriboea *K* 8 habeam] *Bothius* habeam rem *RBDHGLK*, *quod 'nihil aliud significat, quam librarium legi voluisse* haberem *pro* habeam'. habeam tamen *Heidelb. r* (*non R*) tamen habeam *Ribbeckius*, *qui numeros sic ordinavit:* quamquam aetás senet, | Satis tamen habeam uirium ut te ara árceam uirium tute *r* uirumute *R* 10 *Sall. hist.* I 95 *p.* 115 *Kr.* 11 in I historiarum *om. G* *Sall. hist.* IIII 64 *p.* 354 *Kr.*, *ubi hic Prisciani locus addendus est* 12 in IIII *om. G* 13 VI *in litura h* Omnes *BDGL* quibus senecto] *Heidelb. r et codd. lib.* VIIII § 49 quibus aetas (etas *D*) senecto *R rell.* 14 in aliis *K* 15 ueteris *B* prande° *Rr* 16 ceno *HGLK* cenatus *DHGLK* place° *Rr* pasus *L* 17 casus *L* patus *Rr* 19 obsoleuerunt *GLK* 20 disco *Rr* hac *Rr* 21 occassus *G* occassus *K* qui scriptus *B* est] *R Heidelb.* est nobis *BDHLKr* est a nobis *Gh* 22 DEPONENTIA. | Deponentia *H* 23 uel e *post* uel i *add. dh* 24 profectum. similiter expergiscor. *B* quia a rego est *post* expergiscor *add. RBd* quia a pergo est *codd. aliquot Krehlii*, *inter quos Heidelb.* facit *om. GLK* 25 *Lucil. sat.* III 19 *Dous. Gerl.* 7 *Varges.* ego e somno puero (puteros *Paris. A*

p. 888 P. p. 488 K.

E somno pueros cum mane expergitus clamas.

Caecilius vero secundum analogiam protulit in Imbriis:

surdo mihi
Dormitum suadet ut eam quisquam? et si ego obdormivero,
Tute idem ubi eris experrectus?

'nanciscor' etiam 'nactum' facit absque n, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet. sicut et 'pangor pactum' et 'fingor fictum' et 'tangor tactum'. sciendum tamen, quod sunt verba, quae servant n in participiis praeteriti sive in supinis, ut 'iungor iunctus', 'pungor punctus', 'fungor functus', 'emungor emunctus', 'extinguor extinctus', 'tingor tinctus', 'plangor planctus', 'angor anctus'; quae autem servant vel quae non, de participio tractatum reperies; quod autem corripitur antepaenultima 'păciscor' et 'năncisco' et 'proficiscor' et 'expĕrgiscor', ex compositis sive primitivis eorum potest dinosci: 'păciscor depĕciscor', 'proficiscor' a 'făcio', 'expĕrgiscor' a 'pĕrgo pergis', 'năncisco' vero a 'năncio' est, quod in usu fuit vetustissimis. Gracchus pro se: si nanciam populi desiderium, conprobabo reipublicae commoda. alia vero absque c in 'tum' fiunt supina, ut 'irascor iratum', 'ulciscor ultum', 'nascor 22

pueros *B*) cum (cui *Mon.*) mane expergitus clamo *codd. Diomedis p.* 372 *P.* in III *om. G* 1 e somno] esono *H* sompno *L* expergitos *ex* expergitus, *ut vid., fecit K* 2 Caelius *DHLKr* Coelius *B* celius *G* *Caecilii Imbrior. fr.* 7 *p.* 31 *Sp.* III *p.* 43 *Ribb., qui sic l. constituit:* Mihi surdo dormitum suadet ut eam. — At si obdormiuero | Tute idem ubi eris experrectus? quisquam *ex* nequiquam *interpretamento vocis* surdo *ortum esse censens; Vmbrorum vel umbrarum fr.* 2 *p.* 149 *Both.* experrectus *post* protulit *add. h* Imbriis *coniectura assecutus est Meinekius Men. et Phil. rell. p.* 89 umbris *rh* imbris *cett.* 3 surdo] *Ribbeckius* sordo *H pars codd. Krehlii* sordi *RBDGKh* sordida *Lips.* 1 *Krehlii* sordido *1* surdo mihi *Fleckeisenus;* mihi *praeponitur in codd.* sordi,d⁎ormitum (i) *L* 4 domitum *G* suadet *H* quisquam] *om. G* quisque *K* quisque moechetur *Lips.* 1 obdormiero *B* 6 idem *add. d* ubi eris] *r* uberius *R* 7 actum *Dd* nactusū *K* ut et *BDHL* Probo] *cf. Osannum Beiträge etc.* II *p.* 211, *cui ad M. Valerium Probum Berytium haec spectare videntur haud improbante O. Iahnio prolegg. ad Pers. p.* CXXXIX. *atque id recte me quidem iudice cf. ann. ad lib.* V § 45 Probo *om. G* Capro] *cf. Osannum de Capro p.* 18 Pollioni] *ad Asinium Polionem confidentius quam a Thorbeckio Asin. Poll. p.* 80. 123 *factum est, hunc l. referre licet post Mauricii Hauptii in ind. l. Berol. aest.* 1855 *p.* 3 *sqq. disputationem, ubi is ipse tangitur p.* 5. *M. Antonini philosophi praeceptorem v. vit. M. Antonini in hist. Aug. c.* 2 *coll. Graefenhanio hist. philol.* IIII 259 *intellexerat Meyerus fragm. orr. R. p.* 501 8 plenio *K* plioni *B* *Plinii libror. dub. serm. fr.* LXXXVII *ap. Lerschium Sprachphilosophie d. Alten* I 197 panguor *K* fingor] *d* frigor *D* 10 iunguor *K* pungor — tinctus *add. r* 11 fun⁎gor (c?) *B* funguor *K* emunguor *K* extinguor] *d* extingor *BGL* tinguor *H* tinguor *RK* 12 plagor *H* planguor *K* seruant n uel *RDG* non ser̄ *H* 13 de participium *Rr* tractum *G* re⁎peries (p) *D* repperies *BLK* quod] *r* Quo *R* antepeneltima *G* 15 depiciscor *GLK* 16 est *om. G* 17 Grachus *BGK* Graccus *DHL* *C. Gracchi pro se (adversus L. Opimium? de legibus a se promulgatis?) or. fr.: v. Meyerum l. l. p.* 233 *Ellendtium brev. eloq. R. hist. p.* 43 *ed. alt.* nanciam] *r* nantiam *RBDH* 18 disiderium *G* c̄probabo *D* comprobabo *RBGLK* reipuplicae *K* *post* alia uero: quae non habent a uel e corr̄ in antepenuł *add. h* 19 tum finiunt *BGKd* tum faciunt *H* tum faciunt *in* tum finiunt *mut. L* irasco *Rr* ulcor *Rr*

p. 888. 89 P. p. 488. 89 K.

natum', 'obliviscor oblitum'. excipitur 'defetiscor' 'defessum' faciens || supinum et participium praeteriti 'defessus', ut Terentius in adelphis:

Defessus sum ambulando.

idem in Phormione:

Neque defetiscar usque adeo experirier;

nam ab eo quod est 'defi|cio' 'defectus' fit participium praeteriti. excipiuntur etiam duo composita, quae quamvis antepaenultimam i habeant correptam, in 'tum' tamen, non in 'ctum' faciunt supinum: 'commĭniscor commentum', 'adĭpiscor adeptum'. nam a 'reminiscor' supinum vel participium praeteriti vel futuri in usu non inveni, quamvis ratio hoc quoque 'rementum', quomodo 'commentum', exigat dici.

In 'do' desinentia, si paenultimam naturaliter longam habuerint, 'do' in 'si' convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'lūdo lusi', 'rādo rasi', 'laedo laesi', 'rōdo rosi', 'vādo vasi', 'evādo evasi', 'illīdo illisi', 'claudo' vel 'clūdo clausi' vel 'clusi'. invenitur tamen etiam 'claudeo', sed et 'claudo' pro 'claudico'. Sallustius in III historiarum: coniuratione claudit. Caecilius in epiclero:

An, ubi vos sitis, ibi consilium claudeat?

'cedo cessi' geminavit s in praeterito, ex quo Virgilius 'accestis' pro 'accessistis' posuit in I Aeneidos:

penitusque sonantes

Accestis scopulos.

23 excipitur 'caedo cecidi' - Lucanus in IIII:

1 defetiscor] *r* defeciscor *RHbd* deficiscor *BDGL* difficiscor *K* 2 praeteri *D* praeteritum *B* torentius *Rr* *Terent. adelph.* IIII 6, 1 in adelphis *om. G* 3 defesus *H* defessus sum] defessum *GLK* 4 *Terent. Phorm.* IIII 1, 23 formione *K* 5 defeciscar *BDHr* deficiscar *RGLK* defetiscar usque adeo] *sic etiam lib.* XVIII § 96 defetiscar usquam adeo *Heidelb.* adeo defitiscar umquam *Bemb.* defetiscar (t *ex* c *vid. corr.*) umquam ego *Bas.* experirier] *r* experier *D* experier *RGLK Heidelb.* 6 deflo *r Heidelb. cens. Krehlii Ienens. p.* 431 deficior *DLK* fit *om. G* 7 posita *D* habent *DH* 8 communiscor *B* 9 adeptum *ex* adiptum *corr. H* 11 rementum] *k* r**mentum *K* 12 habuerint] *r* habuerunt *R* 14 illisi] *ex* illusi *corr. K* illesi *L* illęsi *G* 15 clusi uel clausi *K* claudeo *Hh* 16 cladico *H* *Sall. hist.* III 98 *p.* 300 *Kr.* in *om. R* in III historiarum *om. G* UI *LK* coniugatione *Rr* 17 nec ignorantia rem claudit, *ea scilicet verba iam a Lipsio var. lect.* II 6 *cum hoc l. comparata laudari putans, quae in oratione Macri (hist.* III 82 § 25 *p.* 191 *Kr.) sic leguntur:* neque enim ignorantia res claudit, *Klotzius Archiv für Phil. und Paedag.* XV 368 *sq.* Caecilius] *r* celius *R* claudius *G* *Caecil. epicleri fr.* 2 *p.* 132 *Both.* 3 *p.* 18 *Spgl.* II *p.* 34 *Ribb.* in epiclero *om. G* 18 ibi] *r* ubi *RBD* 19 Caedo *RBD* *Verg. Aen.* I 200 *sq.* (*deficit Pal.*) accestis *G* pro accestis *D* pro accessitis *R* pro accessis *Kk* 21 sonentes *Rr* sonantis *Med. Rom. Fr.* 22 accessistis *Rr* copulos *Dd* 23 caedo *om. G* cecidi *DG* cicidi *LK* *Lucan. Phars.* IIII 714 in IIII *om. G*

p. 889 P. p. 489. 90 K.

donec vetuerunt castra, cecidit –,

'pedo pepedi'. Horatius in I sermonum:

vin tu
Curtis Iudaeis obpedere? - Nulla mihi, inquam,
Religio est.

idem in eodem:

Nam displosa sonat quantum vesica, pepedi.

ab eo quod est 'sīdo' praeteritum non inveni. Lucanus in III:

sidentia pessum
Corpora caesa tenent.

Virgilius ex eo compositum in V:

Subsidunt undae tumidumque sub axe tonanti
Sternitur aequor aquis.

eius passivum Statius protulit in | II Thebaidos:

summisque insiditur astris.

'cūdo' secundum Diomeden et Charisium et Phocam 'cusi', secundum alios 'cudi'. et videtur etiam Virgilius sic protulisse in I Aeneidos:

Ac primum silicis scintillam excudit Achates
Suscepitque ignem foliis.

'excudit' enim tam praesens quam praeteritum potest intellegi, sed quia 'suscepit' subiunxit, melius praeteritum intellegitur. idque etiam Servius in commentario Aeneidos comprobat his verbis: excudit autem

1 uentuerunt *Rr* cecidit *Rr* uel cicidit cecidit *Dd* cicidit *GLK cum Voss. b et al. libr. Luc.* recidit *nonnulli codd. Luc.* 2 pepidi *B* oratius *GK* *Hor. serm.* I 9, 69 *sqq.* in I sermonum *om. G* sermonem *Rr* 3 Vin' *H* uis *pauci quidam codd. Hor., Bentleius* vin tu] uinctu *G* uinctū *K* 4 cursis *K* obpedere] *r* obponere *R* oppedere *BDHGLK* nullam *GLK* mihi *om. K* 5 regio *Bb* relegio *GK* relligio *pars codd. Hor.* 6 *Hor. serm.* I 8, 46 idem in eodem *om. H* in eodem *om. G* 7 ue*sica (s) *B* ue*sica *G* uesica *Kk* pepedi* (t) *D* pepedit *'e Codd.' Krehlius* 8 ** est quod est sudo (ab) *R* Ab eo quod sido praeteritum non inueni *in marg. adscr. r* *Luc. Phars.* III 674 *sq.* 9 pesum *GL* 10 cessa *G* 11 *Verg. Aen.* V 820 *sq.* 12 subsiduunt *K* 13 aequor] *h* aquor *H* equis *Med.* 14 *Stat. Theb.* II 36 et tantum fessis insiditur astris V *GL* .Ū. *H* tebaidos *GK* 16 diomedē *B* diomedem *GL* diomidem *K* · *Diom. p.* 366 *P.* cudo cusi (*sic Par. b* cudo cussi *Par. AB om. Monac.*). *quibus quae addita sunt in ed. Colonienst a.* 1533 'sed potius cudi, ut eius compositum: Tum primum silicis scintillam excudit Achates' *a libris abesse testatur Henr. Keilius* *Charis. p.* 218 *P.* 146 *L.* focam *R* phocan *B* phoccam *G* *at Phocas p.* 1715 *P.* 347 *L.* 'cudo cudi' *cf. Vossium de arte gramm.* V 26 *p.* 839 *Eckst.* cu*si (s) *B* 17 uirgiliu* (m) *B* *Verg. Aen.* I 174 *sq.* (*deficit Pal.*) 19 a *Dd* silici *Med. Rom.* excudit *add. r* excutit *Rom.* acates *D* 20 succepitque *r cum Med. Rom. Servio ad h. l. et ad eiusdem libri v.* 144 ignem foliis *add. r* 22 Idque *Dd* 23 commentaria *Rr* aeneidis *RD* aenedios *H* is *R* excludit *D* autem] *om. Serv. Danielis* autem id est *LK* autem est *Servius vulgo*

p. 889. 90 P. p. 490. 91 K.

feriendo eiecit, quia cudere est ferire. unde et incus dici-
24 tur, quod illic aliquid cudamus, id est feriamus. sciendum autem, quod eius frequentativum 'cuso cusas' est, ex quo composita 'incuso incusas' et 'recuso recusas' et 'accuso accusas' et 'excuso excusas'.

A 'do' verbo, quod simplex primae est coniugationis, composita cum praepositione tertiae sunt et primitivi servant perfectum duplicantia 'di', quamvis in illo paenultimam e habeat, ut 'do dedi', 'reddo reddidi', 'prodo prodidi', 'perdo perdidi'. 'credo' quoque ab eo componitur, quasi 'cretum do', et 'vendo' 'venum do', et 'condo' compositum a 'do' et ex eo 'abscondo'. itaque omnia idem praeteritum perfectum servant: 'credidi', 'vendidi', 'condidi', 'abscondidi'. Plautus in carbonaria:

secundum † ipsam aram aurum abscondidi.

N vero ante 'do' habentia o in i mutant in praeterito perfecto et, si ante n u vel i habuerint, amittunt n, ut 'fundo fudi', 'scindo scidi'. vetustissimi tamen etiam 'scicidi' proferebant, quod solum quoque in usu esse putat Asmonius in arte, quam ad Constantium imperatorem scribit, sed errat. nam Lucanus in III 'scidit' ponit:

Qua mare tellu|rem subitis aut obruit undis
Aut scidit et medias fecit sibi litora terras.

Statius in VIIII Thebaidos:

Oraque pectoraque et viridem scidit horrida vestem.

idem in XI:

Alloquio; scidit ipsa novo terrore cruenta
Eumenis.

Martialis in III epigrammaton:

1 eiecit] *d et sic et* eiicit *codd. Serviani* eicit *D* iecit *RGLK* elicit *Serv. Danielis* efficit *Burmannus* et *om. G* 2 aliqui *Rr* autem] tamen *BD* 3 cusa *D* est *om. GLK* 4 incusa *D* et accuso et accusas *r* et excuso excusas *add. r* 5 composita quod simplex primae est coniugationis //. *G* composita *in mg. K* 6 seruant praeteritum perfectum *B* 7 quamuis inultimā e *D* penultima *B* redidi *G* 8 liabeo *D* ab eo *Hh* 9 venum do] *r* uenundo *R* a *om. BDH* et ex] .ex *G* abcondo *Rr* 10 idem] *bd* eundem *GL* eundem *RBDHK* credi *R* 11 *Plaut. carbonar. fr.* 1 *p.* 435 *Both.* 12 secundum eampse *coni. Fleckeisenus* 13 et si ante n *in mg. K* .14 et scindo *GK* scidi *ex iterato* scindo *corr. H* 15 tamen *om. GLK* sciscidi *R* 16 asinonius *L* Asmonius] *cf. de metris Terentii* § 6 *Falsterum mem. obsc. p.* 23 *sq.* contantium *H* * imperatorem (a) *L* 17 *Luc. Phars.* III 60 *sq.* 18 Qua *ex* Quā *corr. H* mare] ma*re (t) *H* metere *G* subitis] *r* subtis *D* subbitus *R* 19 sci*dit (n) *Voss. B* medicas *R* littora *H* littoras *D* litore *B* 20 *Stat. Thebaid.* VIIII 354 in VIIII Thebaidos *om. G* VIII. *RDLK* VII. *B* tebaidos *K* 21 oraque] *h cum Statio* ora *H rell.* uiidem *Hh* orrida *D* 22 *Stat. Thebaid.* XI 197 *sq.* in XI *om. G* 23 ipsa] orsa *Statius* noua *D* 25 Martialis] *r* Marcialis *RH* marciiialis *D* *Martial. epigr.* III 12, 1 *sq.* epigrammaton] *om. G* Epigramaton *D* epigrommaton *H*

p. 890 91 P. p. 491 K.

Vnguentum, fateor, bonum dedisti
Convivis here, sed nihil scidisti.

sed Afranius more antiquo dixit in homine:

Satis fortiter †paulo vestras scicidistis colus.

Accius Sotadicorum I:

Num ergo aquila ita, ut hi praedicant, sciciderat
†pectus?

Naevius in testicularia:

Immo quos scicidimus, conscindam atque abiciam.

Ennius in Melanippa:

cum saxum sciciderit.

et videntur hi rationabilius protulisse, ne minorum sit temporum praeteritum quam praesens, quod rarissime invenitur. 'findo' quoque 'fidi' facit, licet quidam 'fissi' putaverunt. sed Virgilius in VIIII:

Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit ac multa porrectum extendit arena.

Horatius in III carminum:

Demersa exitio, diffidit urbium
Portas vir Macedo et subruit aemulos.

cetera vero servant n, ut 'pando || pandi', 'defendo defendi', 'scando scandi', 'accendo accendi'. excipiuntur duplicantia principalem syllabam: 'pendo pependi', 'tendo tetendi', 'tundo tutudi', paenultima a plerisque

1 ungentum *GLK* 2 haere *GLK* 3 affranius *LK* Afranius in homine] *cf. lib.* VI § 36 *ominis fr.* 10 *p.* 180 *Both.* XI *p.* 232 *Nk.* VI *p.* 164 *Ribb.* in homine satis *G* 4 paulo] palo *Bothius* Paulla *baccheos cum creticis contunctos procudens Neukirchius* puellae *Ribbeckius*, *unde efficitur tetram. troch. catal. ab initio una syllaba carens; equidem anapaestos effeci hos:* Satis fortiter extemplo vestras scicidistis colus uerras *K* ⁺⁺⁺ras (uer?) *L* ũras *l post* uestras *excidisse aliquid, cuius modi est* manu, *ratus creticos esse statuit G. Hermannus opusc.* V 283 *sq.* scidistis *Hh* sciscidistis *R* colus TAC AAAKATAC (*l.* τὰς ἠλακάτας) *B* 5 *Att. Sotadicorum i. e. didascalicon* I: *v. Lachmannum in ind. lect. acad. Berol. hib.* 1849 *p.* 5. *eundem versum ex Sodaticorum libro* I *l. Gellius noct. Att.* VI (VII) 9, 16, *quem eodem atque Priscianus auctore usum esse suo iure censet Lachmanus; ipsum Gellium Prisciani auctorem fuisse putarat Iac. Gronovius in ann. ad Gell. l. l.* 6 Num] *Gellii cod. regius*, *Lachmannus* Non *libri Prisciani omnes et Gelliani reliqui* ego *H* hi *Gellius*, *om. libri Prisc.* praedicam *K* scisciderat *R* sciciderat ea pectus *Lachmannus* 8 Neuius *libri Naevii testicul. fr. p.* 20 *Both.* 176 *Klussm.* 19 *Ribb.* in testicularia *om. G* 9 scicidimus] *d* scisicidimus ,*R* scicidi minus *DGL* eos *ante* conscindam *tetram. troch. ab initio, ut ipsi videtur, mutilum instauraturus add. Ribbeckius* 10 *Enn. Melanipp. fr.* 4 *p.* 57 *Both.* V *p.* 42 *Ribb.* VI *p.* 133 *Vahl.* in Melanippa *om. G* imlanippa *Rr* menalippa *BD* menelāpa *K* melāpa *L* 11 sciscisderit *R* 12 uidentur inrationabilius *B* 13 rarissime *in litura H* facit *om. K* 14 putaverunt] *om. GL* protulerunt *B* *Verg. Aen.* VIIII 588 *sq.* VIII: *GLK* 15 plumo *G* 16 ditfidit *Rr* harena *BHGLK cum Pal. Rom.* 17 oratius *K* *Hor. carm.* III 16, 13 *sq.* III] *h* IIII. *RH* 18 demersas *RBHd* dimersas *GLK* dimersa *unus alterve Hor. cod.* excidio *Reginensis Bentleii et libri aliquot al. Hor.* 21 duplicantia] *r* duplicia *R* 22 tudo *Rr* tutundi *DH* a *add. r*

p. 891 P. p. 491. 92 K.

correpta, a quibusdam autem etiam producta propter supra dictam rationem (id est ne vincatur in compositis ab eo temporibus syllabarum a praesenti praeteritum). Horatius in IIII carminum correpte protulit:

Quod regum tumidas contŭderit minas;

est enim 'contuderit' choriambus. idem in III:

Non auspicatos contŭdit impetus
Nostris;

est enim dactylus 'contudit'. Virgilius in VIII:

et lapsa ancilia caelo
Extŭderat.

V 26 solent autem composita servare simplicium tempora: 'cădo cecĭdi', 'concĭdo concĭdi', paenultima correpta; 'caedo cecīdi', 'concīdo concīdi', paenultima producta. vetustissimi tamen tam producebant quam corripiebant supra dicti verbi [id est 'tutudi'] paenultimam. Ennius in XIIII:

Infit: o cives, quae me fortuna ferox sic
Contŭdit, indigno bello confecit acerbo.

ecce hic corripuit. idem in XVI:

Ingenio forti dextra latus pertŭdit hasta.

idem in annalibus:

viresque valentes
Contūdit crudelis hiems.

hic produxit paenultimam. 'cado' quoque 'cecidi' facit, ne, si 'cadi' dicamus, nomen esse putetur. composita tamen non duplicant paenultimam syllabam, ut 'perpendo perpendi', 'extendo extendi', 'pertundo pertudi', 'incido incidi', 'concido concidi', exceptis a 'do' et a 'sto' compositis et a 'disco', 'posco', ut 'prodo prodidi', 'resto restiti', 'dedisco dedidici',

2 uincantur *D* 3 oratius *K* *Hor. carm.* IIII 3, 8 quarta *ex* quart* *effecit K* 5 Es*t* *R* coriambus *BGLK* *Hor. carm.* III 6, 10 *sq.* 6 Non auspicatos] inauspicatos *codd. nonnulli Hor.* ospicatos *Rr* 7 Nostris] *sic etiam a m. pr. cod.* 'vetustissimus et optimus' *Prisc., quem l. Bentleius ad hunc Hor. l., cum libris meis omnibus, Heidelb. aliisque Krehlianis* nostros *cum libris Horatianis Zwicc.* 2 *Erl.* 2 *Krehlii, si ei fides est habenda, eiusdem lectionis testem H excitanti* 8 dactilus *libri* contulit *Rr* *Verg. Aen.* VIII 664 *sq.* VIIII. *HK* 9 anchilia *G* achilia *L* 10 extuderant *Rom.* 11 concido concidi] *d* occido occidi *GLK* con**do con**di *D* 12 caedo — producta *om. GK* cecidi *in* cicidi *mut. D* 13 producta] prodv̄ *d* prodis *D* corripebant *L* 14 *Enn. ann.* XIIII 15 *sq. E. S.* VIII *p.* 58. LXXIII *sq. Vahl.* in XIIII *om. G* 15 infl**to (ni) *D* furtuna *GK* ferox *Columna* fero *RBDHGL* ferro *K* ferox sic] ferocie *vetus codex Merulae, qui cum Dousa suspicatur* ferocem *Enn. fr. p.* CXLVI sic *ex* sit *corr. B* 16 acerbo] *L* aceruo *rell.* 17 *Enn. ann.* XVI 7 *E. S.* III *p.* 60. LXXVI *Vahl.* 18 dextrum *Merula* pertudit] *r* pertulit *R* asta *D* 19 *Enn. ann.* XVI 35 *sq. E. S. inc.* XXXII *p.* 71 *Vahl.* in annalibus *om. G* 20 Virentesque *G* Virosque *l* 21 credulus *H* hiemps *BD* 22 Cado *ex* Codo *corr. B* cecicidi *H* cadi *Hh* 23 dicanus *D* 25 et a sto *B* et sto *H* 26 et posco *HK* et a posco *D* resteti *K* dedidici *ex* dededici *corr. K* dedici *Rr* didici *G*

p. 891. 92 P. p. 492. 93 K.

'deposco depoposci'. a 'curro' composita utroque modo prolata inveniuntur ab auctoribus, ut 'decurro decurri' et 'decucurri'. excipitur etiam 'divido', quod praeteritum 'divisi' facit. supina illa quidem, quae a 'do' componuntur, mutant o in i correptam et assumunt 'tum', ut 'reddo redditum', 'credo creditum', 'perdo perditum'. alia vero omnia 'do' in 27 'sum' convertunt, ut 'ludo lusum', 'rado rasum', 'caedo caesum', 'defendo defensum', 'tundo tunsum'. Virgilius in IIII georgicon:

Profuit et tunsum gallae admiscere saporem.

idem in I eorundem:

durum procudit arator

Vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lintres.

'cudo' simili||ter 'cusum'. idem in eodem:

lapidemque revertens

Incusum aut atrae massam picis urbe reportat.

'cado' quoque 'cāsum' facit, 'ca' tamen paenultima producta. in omni enim | supino sive participio praeteriti producitur a paenultima, exceptis 'dătum' et 'stătum' et 'sătum' et 'rătum'. illud etiam sciendum, quod n ante 'do' habentia, quae amittunt n in praeterito, amittunt eandem in supino et geminant s, si sit paenultima brevis in praeterito, ut 'findo fĭdi fissum', 'scindo scĭdi scissum'. sin producatur, unam s habet, 'fundo fūdi fusum'; composita simplicium terminationes sequuntur. 'cedo' etiam 'cessum' et 'pando' 'passum' faciunt, quamvis etiam a 'patior' et a 'pateo' 'passum' dicimus. unde Virgilius in III:

At pater Anchises passis de litore palmis.

idem in I:

Crinibus Iliades passis peplumque ferebant.

1 deposco depoposci dedisco dededici *B* deposci *Rr* a curro] Accuro *Rr* 2 et decurri *Rr* 3 diuido *ex* diui*o *corr. B* praeteteritum *H* 4 adsumunt *B* asumunt *H* assumumunt *G* rerdo *R* reddiditum *K* 5 do] *r* to *R* 7 tussum *L* tussum *G* tusum *K* *Verg. georg.* IIII 267 8 Proderit *K cum Vergilio* tonsum *D* tussum *L* tusum *GK* tusum *Med.* ammiscere *H* amiscere *GL* 9 *Verg. georg.* I 261 *sq.* 10 procudit *ex* producit *corr. B* 11 obtussi *GL* obtusi *K* uacat cauat *H* cauat * arbore *B* abore *H* lyntres *BH Med. Pal. Rom., ut ex codice suo Vergiliano sic etiam Priscianus scripserit* 14 Incussum *Med. Pal. Rom.* piscis *Rr* ube *Med.* 16 a *add. r* 17 et statum et satum et ratum] *r* et statum et ratum et satum *DH* et statum et ratum *R* et statum et satum *LB* et ratum *sup. lin. add. b* et ratum et statum *K* 19 ut *om. K* fidi *in litura r* 20 producitur *RK* 21 fudi fussum *Rr* terminationes] *r* terminationem *GL* terminationis *RB* secuntur *RB* sequntur *K* Caedo *BHGLKd* Cado *D* 22 caesum *GLK* pasum *Lb et in litura k* pansum *B* pa*sum (n) *G* 23 pasum *GLK* *Verg. Aen.* III 263 IIII. *GLK* 24 At] *sic Med. m. alt.* Et *K et sic codd. fere omnes lib.* VIIII § 49 *et S de* XII *vss. Aen.* § 188 *p.* 128 *Lind., ubi om. rell., Med. m. pr. Pal. (deficit Rom.)* pasis *GLK* de] *(a), *in mg.* de *R* littore *D* litore *H* 25 *Verg. Aen.* I 480 26 ilides *K* pasis *GK* sparsis *aliquot libri Verg. dett.* pepulumque *Rr*

p. 892 P. p. 483. 94 K.

28 ab eo quod est 'pedo' supinum in usu non inveni. a 'comedo', quod est anomalum, 'comesum' et 'comestum' invenitur. Cicero pro Cluentio: abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactum in potione esset, celerius potius comestum quam epotum in venas atque in omnes partes corporis permanaret? Virgilius autem ab eo, quod est 'adedor', 'adesus' protulit in VIIII:

et postibus haesit adesis.

'tendo' praeterea et 'tentum' et 'tensum' facit. Virgilius in VII:

Audiit, et si quem tellus extrema refuso
Submovet oceano, et si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.

Lucanus in I:

Et varias ignis tenso dedit aere formas.

idem in II:

tensisque rudentibus actae.

'ostendo' quoque ab eo compositum similiter facit 'ostentum' et 'ostensum'. Lucanus in II:

Vt scelus hoc Sullae caedesque ostensa placeret,
Agnoscendus erat.

Apuleius in Phaedone: et causam gignendi ostensurum et inmortalitatem animae reperturum. Varro rerum rusticarum I: ostentus soli. idem divinarum III: salute ostenta. Cato pro Lucio Caesare ad populum: quod | ego me spero

1 in usu *sup. lin. add. G* 2 comessum et *K* *Cic. pro Cluentio or.* 62, 173 *cf. infra* § 30 Cluentio *add. r* 3 aditum *v. l. codd. Cic.* collinquefactum *B* colligequefactum *K* colliquefactum *cett.* 4 po*tione(r) *B* clerius *D* caclerius *H* celeritas *G* potuit *Cicero* comesum *v. l. ap. Cic.* quem potum *Rr* 5 potum *v. l. ap. Cic.* ę.potum inuenias *D* epotum inuenias *K* uenias *G* partis omnis *Cic. Laurent.* XLVIII 12 permaneret *BGLK* permanare *H Cicero* permanere *Cic. Salisburg.* 6 *Verg. Aen.* VIIII 537 *abeo(h) *D* adessum *GLK* 7 hostibus *R?* ad*esis(h) *D* adhesis *R* adessis *GLK cf. v. l.* § 30 adhessis *Rom.* adesis *Med.* 8 praeterea tentum *GK* *Verg. Aen.* VII 225 *sqq.* 9 audit *Rom.* extrema — si quem *om. BDHGLK add. d* 10 summouet *R Pal. Rom. Fr.* submobet *Med.* hoceano *Rr* siqu**em(id) *H* si quidem *Rr* siquam *Rom.* 11 iniqui] *h* ini *H* 12 *Luc. Phars.* I 531 1. *in litura r* 13 uaria signis *LK* uario signis *G* tenso *etiam de* XII *vers. Aen.* § 64 *et sic Luc. Voss. B al.* denso *alii codd. Luc. cum Voss. A, cui* uel tenso *spscr. m. ant.* 14 *Luc. Phars.* II 683 15 densisque *et* extensisque *vv. ll. libr. Luc.* 16 quoque et ab *B* 17 *Luc. Phars.* II 192 *sq.* 18 scelus *K* *Voss. *B* *Voss. *b* sillae *GLr* silae *R* syllae *BDHK* 20 apoleius *GLK* Apuleius in Phaedone] *Apul. fr.* 11 *t.* II *p.* 638 *Hild.* ** in *B* in Phaedone *om. G* phoedone *B* phodone *K* gigmendi *R* ostensurus *GLK* 21 immortalitatem *HGLKr* animae *om. G* repperturum *GL* Varo *R* *Varr. r. r.* I 25 rerum rusticarum I *om. G* 22 in I. *LK* ostensus *DHGLKr* soli *Varro* (*cf. etiam ibid.* I 24, 1 soli ostentus) idem] Id est *B* *Varr. rer. div.* III *fr. p.* 215 *Bip.*; *om. Merkelius* III] .Iu *RBD* in *LK* salute nostra ostenta *G* 23 *Catonis pro L. Caesare ad pop. or. fr. v. apud Meyerum l. l. p.* 137 (*cf. p.* 266), *eadem verba a Diomede p.* 372 *P. P. Rutilio Rufo tribuuntur, qui eius de vita sua librorum fragmento laudato:* idem

p. 892. 93 P. p. 494 K.

ostenturum. 'ostentum' quoque, quando monstrum significat, nomen est participiale, quomodo 'factum' et 'dictum' et 'visum', ab ostendendo futura dictum. 'strido' et 'strideo' tam tertiae quam secundae coniu- 29
gationis invenitur. Virgilius in VIII:

stri||duntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strideat umbra.

Iuvenalis in IIII:

Iam strident ignes, iam follibus atque caminis.

Horatius sermonum libro II:

Stridĕre secreta divisos aure susurros,

1 differtiae *Ll* ueteres *om. K* Setum pro Zethum] *DHGL, et*, setum pro *in mg. add., K* setum pro zetum *RB* 2 alio *infra lin. add. K* 3 sive] *r* se *R* aut *K* 4 status datus *D* status *add. k* quoque *add. k* 5 et puto *h* 6 rectus pro retitus (c) *H* retitis *Rr* sacuius *L* 7 lasus pro lasatus *GK* lasatus *L* 8 inuenies *K* per *add. d* 9 a *add. r* 11 *Verg. georg.* II 33 *sq.* 14 *Cic. in Verr. act.* II III 18, 47: campus Leontinus, cuius antea species haec erat, ut, cum obsitum vidisses, *etc.* frumentaria ut Cum *L* leuntinum *K* 15 uero *om. G* exerui] *r* exserui *D* exserui *B* exuri *R* 17 duplicantia] . Duplicia *R* 19 uero *Rr* 20 adsumunt *B* 21 arcesso arcessiui *G* arcesso arcessiui accerso accersiui *B* *Sall. hist.* I 71 *p.* 99 *Kr.* 22 historiarum] *r* istor** *R* domidum *Rr* domutium *H* domicium *GL* domicilium, *in mg.* uel domitium *K* 23 quos *K* arcessiuit *G* *post* arcessiuit: idem — arcessiuit *om. RG add. r* *Sall. hist.* II 94 *p.* 190 *Kr.* 24 mutum *LK* *Cic. pro Rosc. Amer. or.* 28, 76 25 aliquem aut quando *L* *Darmst.*[b] *cum Cic. Par.* 1 aliquem at quando *vel* aliquem aliquando (*sic Guelferb.*) *codd. Cic. ut vid. rell. omnes* 26 Probus] *Berytius scil. v. O. Iahnium ad Pers. prolegg. p.* CXXXIX *coll. ann. ad lib.* V § 45. *ad iuniorem Probum h. l. refert Osannus Beitr.* II 211 mihi *om. K*

p. 902 P. p. 504. 505 K.

'lacessitus'; Caper tamen 'lacessi' dicit esse, ut 'facessi', et profert exemplum Lucilii, quo usus est in XIIII:

Num vetus ille Cato †lacessisse appellari quod
Conscius non erat ipse sibi?

sed potest 'lacessisse' per syncopam esse prolatum 'vi' syllabae, ut 'cupisse', 'petisse' dicimus pro 'cupivisse' et 'petivisse'.) Sallustius in III historiarum: diversa, uti solet rebus perditis, capessivit. idem in IIII: igitur legiones pridie in monte positas arcessivit. 'facesso' vero et 'capesso' et 'viso', quae possumus desiderativa dicere - significat enim 'facesso' 'desidero facere' et 'capesso' 'desidero capere' et 'viso' 'desidero videre'; frequentativa enim esse non possunt, cum primae coniugationis non sunt —, haec eadem secundum Diomeden et Charisium o in i converten|tia faciunt praeteritum perfectum: 'facesso facessi', 'capesso capessi', 'viso visi'; similiter 'quaeso quaesi'; Probus tamen 'quaesivi' dicit, et melius, quamvis primitivum quoque eius, id est 'quaero', 'quaesivi' facit praeteritum. sed Sallustius in I historiarum: Curionem quaesit, uti adulescentior et a populi suffragiis integer aetati concederet Mamerci. Cicero in divinatione: ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris; invenitur tamen in quibusdam codicibus 'facessieris'. 'pinso pinsui' facit praeteritum, quod Probus usu Pomponii comprobat:

neque malis molui neque palatis pinsui.

46

1 Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 lacesi *Rr* 2 *Luc. sat.* XIIII 7 *Dous. Gerl.* 3 Nam *G* Num uetus ille Catoni' lacessisse Apulus iram | Consciu' non erat ipse sibi ? *Lachmannus ad Lucret.* III 1034; *vell. coniecturas a vv. dd. hunc ad l. temptatas, Sardos venales, enumerat H. A. Kochius exercit. crit. in priscos poetas Rom. p.* 16 *sq., quem ipsum olim a se excogitata prae Lachmannianis spernere compertum habeo. ego, de certa emendatione desperans, id tantum addo, eam, ut mihi quidem videtur, proficisci debere a Catonis oratione, si se Caelius tribunus plebis appellasset, ut fere miretur Lucilius, Caelium eam ob rem a Catone accusatum fuisse, quod is ipse se accusari ab illo ignoraret* Cato *om. K* lacessisse] *b* lacississe *B* 6 et *om. BG* *Sall. hist.* III 78 *p.* 270 *Kr. cf. Non. p.* 116, 20 in III. historiarum *om. G* 7 ut *b* capessivit] *sic etiam Nonius* lacessiuit *GLK* 8 *Sall. hist.* IIII 43 *p.* 341 *Kr.* accersiuit *B* 9 uero *spscr. K* uisso *G* uiso (s) *D* 10 facesso desiderio *G* capesso *ex* lacesso *ni f. corr. L* desidero capere et uiso *add. d* 12 diomiden *GL* diomedem *BDH* diomidem *K* *Diomedes p.* 367 *P., ubi tantum* capesso *et* uiso *laudantur, non* facesso 13 charissium *L* chasium *K* *Charisius p.* 218 *P.* 146 *L.* conuertenti[a] *Bb* 14 *Prob. inst. gramm. p.* 1487 *P.* 142 *L.; ni hic quoque Berytius intellegendus est* 15 melius sunt quamuis *r* 16 sed *om. D eras. in K* *Sall. hist.* I *fr.* 55 *p.* 86 *Kr.* II. *L* 17 quaesit] *G* quaesiuit *RBHLK* quesiuit *D* adulescentior *DHGL* adoliscentior *K* 18 inte*ger (r) *H* integer aetati] integritati *GL* intigrati *K* concideret *B* *Cic. in Q. Caecilium divin.* 14, 45 19 ipso *RGLK* *post* facesseris: inuenitur — facessieris *in mg. add. K* 20 Inueni**tur (un) *L* facessieris] *sic ex nostris codd. Cic. Lag.* 29 facesseris. *H* facesseris. KPUCOYPANICKOC. Pinso *B* pinso *GL* 21 *Probus: cf. p.* 534, 26 pomponei *K* *Pomponii atell. inc.* (pistoris? *Munkius l. l.*) *fr.* 5 *p.* 123 *Both. p.* 161 *Munk. inc.* VI *p.* 214. XIII *Ribb. cf. Diom. p.* 370 *P. thes. nov. Lat. in Maii auct. class.* VIII 416 22 malis] *Ribbeckius* molis *RBDH et ex* moles *corr. K* moles *GL* moilui *K* palatis] palatis *ex* pal** **** *effecit R vel r* pallathis *K* pilis *p* pilatim

p. 904 P. p. 507. 508 K.

In 'xo' duo inveniuntur o in 'ui' convertentia in praeterito: 'texo texui' et 'nexo nexis' vel 'nexas nexui'. Ovidius in VII metamorphoseon:

Luna quater plenum tenuata retexuit orbem.

Cicero in II de oratore: sic omnia, quae fiunt quaeque agun- 5
tur, lenioribus principiis natura ipsa retexuit. Virgilius in V:

Nexantem nodis seque in sua membra plicantem.

idem in eodem:

Et paribus palmas amborum innexuit armis. 10

Livius:

Nexabant multa inter se flexu nodorum

Dubio.

Accius in Deiphobo:

Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas ne- 15
ximus.

supina alterum per 'tum', alterum per 'xum' finiunt: 'textum', 'nexum'. unde Virgilius in VIII:

et clipei non enarrabile textum.

idem in V: 20

Qui primus nodos et vincula linea rupit,
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.

DE PRAETERITO PERFECTO QVARTAE CONIVGATIONIS.

VIIII 49 Quartae coniugationis verba omnia activa vel neutralia in 'io' desinunt, exceptis 'eo' et 'queo' et 'veneo' et ex eis compositis. 25

In 'cio' igitur desinentia duarum excedentia numerum syllabarum simplicia n antecedente 'cio' in 'xi' conversa faciunt praeteritum perfectum, ut 'vincio vinxi', 'sancio sanxi' - vetustissimi tamen etiam 'sancivi' vel 'sancii' proferebant. Pomponius Secundus ad Thra|seam: sanci- 30
erat ius utile civitati -; sin autem n non habuerint, 'cio' in 'si' mu-

1 inueniuntur uerba o *G* 2 nexeas *K* *Ovid. metamorph.* VII 531 IIII. *K* 4 quatter *L* 5 *Cic. de or.* II 78, 317 omnium *v. l. codd. Cic.* finiunt *H* fiant *GL* 6 leuioribus *v. l. codd. Cic.* rexuit *Rr* praetexuit *Cicero* *Verg. Aen.* V 279 *cf. lib.* VIIII § 33 8 menbra *D* plicantem] *r* placentem *R* 9 *Verg. Aen.* V 425 *cf.* § 47 10 palmis *G* innexit *Hh* 11 *Liv. Andr. Odiss. fr. v. lib.* VIIII § 33 12 Nexabat *G* Nexebant *lib.* VIIII *l. l.* nudorum *D* 14 actius *Rr* Achius *DK* *Att. Deiphob. fr. cf. lib.* VIIII § 33 in Deiphobo *om. G* deiphebo *k* 17 textum] texum *G* 18 *Verg. Aen.* VIII 625 19 clepei *K* enarra⌣bile *K* inenarrabile *L* 20 *Verg. Aen.* V 510 *sq.* Non valuit; nodos *etc.* 21 primos *D* 22 inexa *B* 24 Quartae coniugationis *om. GL post* neutralia *collocat K* 25 ueneo ex eis *D* 26 syllauarum *B* 28 s*anciio (c) *H* *s*anciui uel sancii *etiam H* 29 Pomnius *Rr* thra*seā (n) *B* traseam *D* sanciierat *K* 30 utile] utile* *H* uti legi *RBGLK* habuerunt *D*

p. 904. 905 P. p. 508. 509 K.

tata faciunt praeteritum, ut 'sarcio sarsi', 'farcio farsi', 'raucio rausi', 'fulcio fulsi', quod et Probo placet, quamvis alii differentiae causa 'fulxi' posuerunt. Cicero in I de oratore: at Aesopum, si paulum inrauserit, explodi. in eodem: peranguste refersit in oratione sua. idem pro Cornelio libro II: qui eis rebus urbem Italiamque referserunt. idem in II Tusculanarum: ex quibus verbis etiam omnia referserunt.

Alia vero omnia supra dictae coniugationis verba secundae personae praesentis abiecta finali s et addita 'vi' faciunt praeteritum perfectum, quod tamen etiam subtracta u consonante et corre||pta paenultima i licet proferre, ut 'scio scis scivi' vel 'scĭi' et ab eo composita: 'ascio ascivi' vel 'ascĭi'. similiter 'cio cis', quod et 'cieo cies' dicitur, 'civi' vel 'cĭi'. et ab eo composita, 'concio concis concivi' vel 'concĭi', 'audio audivi' vel 'audĭi', 'mollio mollivi' vel 'mollĭi', 'munio munivi' vel 'munĭi', 'saevio saevivi' vel 'saevĭi', 'eo ivi' vel 'ĭi', 'queo quivi' vel 'quĭi', 'veneo venivi' vel 'venĭi' - Solinus in collectaneis: Tatius in arce, ubi nunc aedis est Iunonis Monetae, qui anno quinto quam ingressus urbem fuerat a Laurentibus interemptus est, septima et vicensima Olympiade hominem exivit. Sallustius in Catilinario: sed neque pretio neque gratia inpelli quivit. idem | in I historiarum: neque se recipere aut instruere proelio quivere -, 'suffio suffivi' vel 'suffĭi', quod quamvis a neutropassivo componatur, tamen, quia significationem mutavit, mutavit etiam declinationem. unde Virgilius in IIII georgicon:

1 ut *om. L* sartio *Rr* rautio *Rr* 2 Probo] *Berytio haec tribuenda videntur. cf. ann. ad lib.* V § 45. *aliter Osannus Beitr.* II 211 *sq.* fulxi] *h* fluxi *RDH* posuerunt *D* 3 *Cic. de or.* I 61, 259 II. *k* ad *GLK* palum irraluerserit *G* irraserit *H* irrauserit *Cic. Pal.* 8 irrauxerit *cod. Victorii* irraucuerit, irracuerit, iracuerit *etc. libri Cic. rell.* irauserit est in oratione sua. Idem pro cornilio lib. II. explodi in eodem peranguste refersit in oratione sua. idem pro cornilio lib. II. qui eis *K* 4 in eodem — referserunt *add. r* *Cic. de or.* I 35, 163 refersit *H* 5 *Cic. pro Corn. or. lib.* II *fr.* 8 *p.* 453 *Or. cf. Cic. or.* 70, 232 qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt *Cic. l. l.* 6 *Cic. Tuscul. disput.* II 2, 6: ex quo libris omnia referserunt 9 s *add. r* quod] quem *G* . Quae *BDH* q̄ *LK* 10 liquet *GK et in* licet *corr. L* 11 *post* et ab eo composita *sqq. usque ad eadem verba om. R add. r* adscio adsciui uel adscii *B* 13 concio concis *om. H* 14 molio *R* saevio — venii] *add. r* saeui *R* 16 *Solinus in collectaneis: v. lib.* I § 28 in collectaneis uel polyhistore *lib.* I *l. l.* statius *BDHGLK* caedis *B* aedes *d cum libris lib.* I *l. l.* 17 quam *spscr. K* ingsus *K* 18 interemtus *Rr* uicesima *RBDHLK* 19 olimpiade *BDGL* holimpiade *L* *Sall. Catil.* 49, 1: neque precibus neque gratia neque pretio Ciceronem impellere potuerunt (*aliquot Sall. libri om. verba* neque precibus, *alii* neque gratia, *alii denique* neque pretio, *in aliis horum verborum ordo varie est permutatus*) catilenario *GK* catillinario *BH* 20 prętio *B* pcio *D* impelli *RGLK* *Sall. hist.* I 97 *p.* 116 *Kr.* hidem *R* 21 proelia *Rr* praelio *GL* 22 sufficio *D* sufficio *R* sufi *G* 23 unde] *r* Vt *R* *Verg. georg.* IIII 241 *cf. lib.* IIII § 17

p. 905. 906 P. p. 509. 10 K.

At suffire thymo cerasque recidere inanes

'suffire' dixit secundum rectam rationis declinationem, cum simplex eius 'fieri' est. excipiuntur 'haurio hausi' - invenitur tamen etiam 'haurivi' vel 'haurii'. Varro in XXIIII ad Ciceronem: cum indidem haurierint _, 'saepio saepsi', 'sentio sensi', 'venio veni', 'aperio aperui' - quod videtur a 'pario' compositum, quod vetustissimi non solum secundum tertiam, sed etiam secundum quartam coniugationem declinabant, unde Ennius:

Ova parire solet genus pinnis condecoratum.

51 igitur ex eo composita, si principalem syllabam puram. nec ex integra praepositione habuerint, 'io' in 'ui' convertunt in praeterito, ut 'aperio aperui', 'cooperio . cooperui'; 'reperio' vero duplicavit p in praeterito, quippe deminuto una syllaba, 'reperio repperi'. simile est praeteritum a 'comperio' 'comperi'. sunt alia ex hoc ipso composita deponentia: 'experior', 'opperior', quorum participia 'expertus' et 'oppertus' ostendunt a 'pario' esse composita, cuius participium 'partus' est -, 'salio salivi' vel 'salii' et 'salui'. Virgilius in bucolico:

Dulcis aquae saliente sitim restingere rivo;

idem praeteri|tum in II georgicon:

Mollibus in || pratis unctos saliere per utres.

in quibusdam tamen invenitur codicibus etiam 'saluere' scriptum. idem in XI:

portisque ab equo regina sub ipsis
Desiluit.

idem in V:

Haut mora, prosiluere omnes, ferit aurea clamor
Sidera.

1 At] ă. (*i. e.* aut) *G* suffi̇cere *K* thimo *RBDIIGĻK* timo *r* cocerasque *GK* caerasque *L* recedere *K* inanes *H* 3 uel haurii *spscr. K* haurii *R* aurii *D* 4 *Varron. de ling. Lat. ad Ciceronem lib.* XXIIII *fr.: Varr. opp.* I 188 *ed. Bip. de ling. Lat. p.* 596 *Spgl.* 267 *Muell.* XXIII. *GL* haurierunt *Rr* haurierunt (*sic*) *L* 5 sepio *RBDGLK* saepi *H* sepsi *BDGLK* apperio *Rr* 7 coniugutionem *H* declinanabant *R* *Ennii ann. fr. v. lib.* VIII § 33 8 peunis *GLK* 9 nec habuerint ex integra prepositione *G* ex intigra praepositione, *in mg.* sine oppssione consonantium *K* 10 habuerint *ex* habuerunt *corr. D* convertunt] *b* conuert*nt *B* 11 duplicauit uero *H* 12 deminuta *BLH* deminuta *G* diminuta *R* dempta *K* repperio *L* simile] *r* similiter *R* 13 compiri *L* 14 opperior] *d* operior *DGLK* expertu *Rr* opertus *BGLK* 15 pario] *k* p*rio *K* 16 et] uel *K* *Verg. ecl.* 5, 47 *cf. lib.* VII § 52 17 aquae] *r* aeque *R* restinguere *G* restringere *HL cum nonnullis codd. Verg. dett.* 18 Idē *r* Idest *R* *Verg. georg.* II 384 19 unctos *ex* unctor *corr. H* iunctos *Rr* saliere] *sic etiam Verg. Med. e corr.* saluere *Med. m. pr. Rom.* 20 etiam] *r* autem *R* sal*uere *H* *Verg. Aen.* XI 499 *sq.* 22 partisque *K* ab hequo *K* habetrio *G* 23 desiluit *L* desiliuit *D* disiluit *G* 24 *Verg. Aen.* V *versus* 140 *sq.* Haud mora, prosiluere suis, ferit aethera clamor | Nauticus *contaminati cum Aen.* XI 832 *sq.* ferit aurea clamor | Sidera 25 haud *BHGLrd*

p. 906 P. p. 510 K.

Lucanus in III:

Insiluit solo nociturus pondere puppim.

Statius tamen in VIIII Thebaidos:

excussi salierunt cuspide dentes.

in eodem:

Insiliere vadis magnoque fragore solutus
Agger.

Ovidius in XI metamorphoseon:

Cum saepe adsiluit defensae moenibus urbis.

idem in IIII fastorum:

Per flammam saluisse pecus, saluisse colonos.

Quadrigarius in VI annali: Artorius Taureae dextrum umerum sauciat atque ita resiluit. 'cambio', ἀμείβω, ponit Charisius et eius praeteritum 'campsi', quod ἀπὸ τοῦ 'κάμπτω ἔκαμψα' Graeco esse videtur, unde et 'campso campsas' solebant vetustissimi dicere. Ennius in X: 52

Leucatam campsant.

'aio', cuius declinatio in usu frequenti non est, quartae coniugationis esse ostenditur ab imperativo in i terminante. sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naevium protulisse:

An nata est sponsa praegnas? vel ai vel nega.

Accius in Ione:

1 *Luc. Phars.* III 626 Ul. *K* 2 puppim (pupim *DK*) *etiam lib.* XVIII § 236 puppi *Luc. Remens.* puppem *alii* 3 *Stat. Theb.* VIIII 132 in VIII *B* in VIIII Thebaidos *om. G* thebeidos *H* tebaidos *K* 4 Excusi *Rr* expulsi *Statius* 5 *Stat. Theb.* VIIII 230 *sq.* 6 insiluere *edd. Statii et sic certe Cass.* magnoque fragore *etiam 'antiquissimi optimique libri' Stat. teste Barthio* magno stridore *al.* 7 ager *G* ager *K* 8 *Ovid. metamorph.* XI 526 in XI metamorphoseon *om. G* 9 assiluit *GLr* adsiliit *h* insiluit *K* assiliit, adsaluit *vv. ll. ap. Ovidium* 10 *Ovid. fast.* IIII 805 fastorum *om. G* 11 flammam *cod. Ovid. Guelferb.* flammas *libri Ovidiani fere omnes* saluisse] *sic etiam utrubique 'meliores' Ovidii codd. cum Petaviano* 1, siluisque *Ilfeld.* saliisse *libri Ovidiani plerique* colonos *B Ovidius* colones *DHL* caloues *RGKdl* 12 *Q. Claudii Quadrigarii ann. lib.* VI *fr. p.* 257 *Kr. fr.* 39 *p.* 345 *Roth.* taurea *R* taurę̨ *D* taurae *GLK* humerum *BDHL* 13 saucia *GK* sacucia *L* resilinit *ex corr. h* ἀμείβω] *add. d* ΑΜΕΥΒω *R* ΑΜΕΡω *G* carisius *RGK* carissius *L* *Charisius p.* 219 *P.* 147 *L.* cambio, cambis, campsi (*sic cod. Neap.*), h. e. muto, *p.* 233 *P.* 155 *L.* cambio campsi 14 ἀπὸ — ἔκαμψα] *om. D add. d* ΑΠω *R* ΤΩΥ *R* ΤΟΙ *G* ΚΑΜΠΤω (Π *ex* I *ut vid. corr.*) *Rr* ΚΑΜΠΤΤΟ *D* ΚΑΜΙΠΕω (*sic*) *H* ΚΑΜΙΤω *GL* ΚΜΙΙΤω *K* ΕΚΑΜΦ agręco *B* á graeco *HGL* 15 camso *RH* camsas *H* *Enn. ann.* X 36 *E. S.* II *p.* 50. LXVIII *Vahl.* 17 Leucatam *Vahlenius* Leucatan *RrHhD* leocaten *GLK* leucatem *B* camsant *DH* 18 non est frequenti *G* 19 Probus] *Berytius ut videtur cf. ann. ad lib.* V § 45. *ad iuniorem coll. inst. gramm. p.* 1482 *P.* 138 *L. referre studet Osannus Beitr.* II 212 *sq.* 20 Naevium] *v.* § 1 neuium *RBDGL* 21 an *corr. ex* ai *ni f. K* praegnans *D* pragnans *Rr* prignans *GLK* nega] *d* gena *D* 22 *Attii Ion. fr.* 1 *p.* 211 *Both.* III *p.* 158 *Ribb.* Ione] *R* (*H?*) ioe *BDLr et ex corr. h* Ioe *K* oe *G*

quibusnam

Te aibant ortum locis,

pro 'aiebant', quod in hac coniugatione fieri solet. et est notandum in hoc verbo, quod pares habent syllabas tres personae, 'āio āis āit', quod in alio huius coniugationis verbo non invenies, et quod paenultima primae solius personae producitur, quae sola i habet loco consonantis; unde tertia quoque pluralis, quae solet a prima fieri, similiter i consonantem habens producit paenultimam; quod autem in aliis corripitur, ostendit usus. Virgilius in I Aeneidos:

Sic āit et dicto citius tumida aequora placat.

[et Naevius:

An nata est sponsa praegnans? vel āi vel nega;

nam nisi corripiatur a, iambus stare non potest.] invenimus tamen tertiam personam praeteriti 'ait', quasi a prima 'ai aisti ait', quae in usu non sunt, unde neque perfecti neque plusquamperfecti nec futuri subiunctivi in hoc verbo declinatio invenitur. potest igitur etiam 'ait' praesens pro praeterito accipi.

53 Supina in 'xi' quidem terminantium secundum supra dictam regulam in || 'ctum' exeunt: 'vinxi vinctum' et 'sanxi sanctum', 'sancivi' vero 'sancitum', unde Lucretius:

Quod porro nequeas, sancitum quandoquidem extat.

In 'si' vero praeteritum finientia l vel r antecedentibus mutant eam in 'tum' in hac coniugatione et faciunt supinum, ut 'farsi fartum', 'fulsi fultum', 'sarsi sartum', unde et 'sartores' et 'fartores', et ex his composita 'confercio confertum', 'refercio refertum' - Cicero in II Tusculanarum:

Tum iecore opimo farta et satiata -;

alia vero in 'si' desinentia supra dictam regulam servant, id est generalem in 'si' desinentium: 'sensi sensum', 'rausi rausum', unde Lucilius in XVIIII:

Rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste.

2 aibat *K* ortum aibant *Bothius* ortam *Ribbeckius* 3 pro agebant *D* pro aiebat *K* notandum est *K* 4 haben *Rr* habet *B* 5 inuenies *GLK* 7 pluralis aiunt quae *D* i *ex* u *ni f. corr.* *K* habens 'consonantem *G* 8 *Verg. Aen.* I 142 10 dicta *R* 11 Naevius] *v. supra p.* 541, 20 neuius *RD* ennius *BHGLK* 12 pregnans *RB* prignans *GLK* 13 a, iambus] .ai. ambus *Dd* tamen etiam tertiam *K* 14 sunt] est *GLK* 15 neque praeteriti perfecti *G* plusquamperfecti nec *om. G* 16 praesens *in mg. add. K* pro *add. bd* 18 unxi unctum *H* et *om. GLK del. r* sancxi *K* scancitum *D* *post* sancitum: unde — sancitum *add. r* 19 Lucrecius *H* *Lucret.* I 588 20 Quid *Lucretius* nequas *B* nequeant *Lucretius* sanctum *L* extat] *ex corr.* ex*at *B* exstat *H* 21 eam] ea* *H* 22 supinum *in mg. add. K* 23 unde sartores *GLK* is *R* eis *D* 24 confertio *Rr* confertio *D* confertum refercio *add. r* refertio *DH* *Cic. Tusc.* II 10, 24 *in conversione Promethei soluti Aeschyli* secunda *Rr* 25 Tunc *GLK* optimo *RBHGLK* satiata] *r* sartiata *R* saciata *D* satitiata *G* satia*io *L* 26 seruant regulam *GLK* 27 *Lucil. sat.* XVIIII 8 *Dous.* 9 *Gerl.* in XVIIII *om. G* 28 rausero *K* rausero *B* traicus *H* perdito resto *B* oreste] *r* orestae *RHGL*

p. 907. 908 P. p. 511. 12 K.

'haurio hausi haustum' differentiae causa assumpsit t, quamvis et aspiratione differat; 'saepsi' vero 'saeptum' secundum proportionem in supra dictis expositam facit. 'veni ventum' et 'aperui apertum' faciunt, sicut 'pario partum' et omnia ex eis composita: 'advenio adventum', 'convenio conventum', 'comperio compertum', 'experior expertum'. alia vero omnia, 54
quae tam in 'vi' quam in 'ii' terminant | praeteritum perfectum, in 'itum' faciunt supinum paenultima producta tam in hac quam in aliis coniugationibus, ut 'audivi' vel 'audii audītum', 'munivi' vel 'munii munītum', 'scivi' vel 'scii scītum', 'arcessivi' vel 'arcessii arcessītum', 'cupivi' vel 'cupii cupītum'. excipiuntur in 'eo' desinentia et disyllaba aliarum coniugationum, quae paenultimam supini corripiunt, ut 'eo ivi' vel 'ii ĭtum', 'adeo adivi' vel 'adii adĭtum', 'praetereo praeterivi' vel 'praeterii praeterĭtum', 'queo quivi' vel 'quii quĭtum', 'sino sivi' vel 'sii sĭtum', 'lino livi' vel 'lii', quod in rarissimo usu est, 'lĭtum'. 'cieo' quoque 'civi' vel 'cii cĭtum' corripit paenultimam, quando vero a 'cio cis' quartae coniugationis est, producit eam. 'pono' quoque, quod antique 'posivi', in frequenti autem usu 'posui' facit praeteritum, corripit paenultimam in supino 'posĭtum'. 'veneo' quoque secundum analogiam 'venĭtum' debet facere supinum, pro quo magis 'venum' in usu est.

Et supra dicta omnia auctoritate veterum comprobantur, sicut iam superius ostendimus, rursusque referamus || in memoriam. Virgilius in VIII:

O mihi praeterĭtos referat si Iuppiter annos.

idem in VIII:

Amphitryoniades armenta abĭtumque pararet.

idem in V:

Hos adĭtus iamque hos adĭtus omnemque pererrat.

idem in X:

Morte obĭta qualis fama est volitare figuras.

1 adsumpsit *B* 2 sepsi *BDGLK* septum *RBDGLK* 3 aperui] *r* aperio *R* 4 ex his *K* 5 comperio comperio *K* et experior *D* 6 quam] tam, *in mg.* uel quam *G*

8 munui uel muni•i• (*ex* munitum *ni.f. corr.*) munitum *Rr* 9 siui *H* uel arcessii *om. D* arcessitum accersiui uel accersii accersitum cupiui *B* 11 ivi vel ii] *r* ii uel i *R* 12 adii uel adiui *r* additum *Rr* 13 quaeo *H* quęo *D* si•ui (n) *L* 14 lii litum quod *BGLK*

15 cis•• *H* 16 antiqui *B* posivi] *bh* possiui *BH* 18 Veneo secundum *Rr*

19 usu• *H* 20 ueterum auctoritate *B* uerum *Rr* 21 . Rursusque referamus *B* *Verg. Aen.* VIII 560 22 VII. *K* 23 luppiter] *r* iupiter *RDL* 21 *Verg. Aen.* VIII 214 VIII] eodem *B* VII. *G* 25 ampithroniades *B* amphitryonides *G* amphitrioniades *K* amphy trioni ades *H* amphytr•ona desarmenta (i) *L* habitumque *RrD* habitumque *B* *cum Rom.* bitumque *Pal.* parare *B* parabat *Med.* pararent *Rom.* 26 idem *om. D* *Verg. Aen.* V 441 Nunc hos nunc illos (nunc illos nunc hos *Rom.*) aditus omnemque pererrat (perrat *Rom.*) *et sic h. versus h. l. laudatus totidem verbis legitur Aen.* XI 766 27 aditus] *rd* additus *R* auditus *D* iam quę *R* ianque *G* iamque hos aditus *in mg. add. K* a•ditus (u) *D* 28 *Verg. Aen.* X 641 *cf. lib.* VIII § 31

p. 908 P. p. 512. 13 K.

Ovidius in IIII fastorum:

Sol adĭtus, quam quaeris, ait, ne vana labores,
Nupta Iovis fratri tertia regna tenet.

idem in heroidibus:

Tempore quo nobis inĭta est Cerealis Eleusin.

Terentius in hecyra:

Nam cum conpressa est gnata, forma in tenebris nosci non quĭta est.

Iuvenalis in IIII:

nam coĭtus iam longa oblivio vel, si
Coneris, iacet exiguus cum ramice nervus.

antepaenultima quoque in futuri temporis participio idem comprobat. Virgilius in II:

Si perĭturus abis, et nos rape in omnia tecum.

Lucanus in V:

tum lurida pallens
Ora tulit vultu sub nubem tristis ĭturo.

'cieo cĭtus' correpta paenultima, ut diximus, facit. Statius in III Thebaidos:

Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
Excitus et longam pridem indignantia pacem
Corda tumens;

a 'cio' vero 'cītus' paenultima producta, ut Virgilius in III Aeneidos:

At genus e silvis Cyclopum et montibus altis
Excītum ruit ad portus et litora conplet.

'sinor sĭtus' et 'desinor desĭtus' paenultima correpta Cicero pro Cor-

1 *Ovid. fast.* IIII 583 *sq.* .UII. *Rr* XVII. *G* VII. *HLK* 2 sal *D* aditum *GLK* quem *K* ne *in litura h* 4 *Ovid. heroid.* 4, 67 eroidibus *GL* erodibus *K* 5 uobis *v. l. codd. Ovid.* inita] uisa *vel* noti *codd. nonnulli Ovid.* coerealis leusin *Kk* cærealis leusin *GL* Eleusis *libri Ovidiani tantum non omnes* 6 *Ter. hecyr.* IIII 1, 57 in hecyra *om. G* haecyra *R* haecira *D* echira *LK* echyra *B* 7 cū.pssa *Rr* compressa *DHGLK* nata § 40 *cum Bemb. Bas.* a forma *K* 8 quita. Iuuenalis *GL* 9 *Iuv. sat.* IIII 10, 204 *sq.* 10 coituius *K* sic honeris *Rr* sic oneris *B* 11 coneris] conuersi *Pith.* conetur *codd. aliquot dett. Iuv.* 12 participio corripitur. Idem *h* idem] *r* Idem *B* id est *R* *Verg. Aen.* II 675 13 in II. *in mg. add. K* 14 ab his *D* nos *H* 15 *Luc. Phars.* V 549 *sq.* 16 tum *om. GLK* 17 nubes *libri nonnulli Luc.* itero *Rr* itura *cod. Luc. Tigur.* 18 *Stat. Theb.* III 598 *sqq.* in III Thebaidos *om. G* IIII. *LK* tebaidos *K* 20 hic *spscr. K* 21 p***dem *K* 23 ut *om. D* *Verg. Aen.* III 675 *sq.* .UI. *K* IIII. *B* 24 e] in *G* syluis *Rr* ciclopum *GK* et] e *Med., ubi hic versus in marg. add. est* et *Pal.* 25 at *Med.* littora *D* littora *H* cplet *D* complet *RGLK* complent *B Med.* 26 correpta *spscr. K* *Cic. pro Cornelio or.* I *fr. v.* § 40 cornilio *K*

p. 908. 909 P. p. 513 K.

nelio in I: coeptum igitur per eos qui agi volebant, desitum est per hunc qui decessit. idem in I rhetoricon: et si non ab eo, quod in proximo desitum erit, deinceps incipietur. inde etiam 'situs' dicitur pro 'neglegentia'. Virgilius in VII:

Sed te victa situ verique effeta senectus.

idem in II georgicon:

mutatamque insĭta mala
Ferre pirum,

et in IIII eorundem:

et paribus lĭta corpora guttis.

ideo autem diximus disyllaba in 'vi' desinentia secundae vel tertiae coniu- 56
gationis in supinis vel participiis praeteriti corripere paenultimam, quia, sive disyllaba sint quartae, producunt, ut 'scio scītus', sive ultra duas syllabas alterius quoque coniugationis [producitur]: 'arcessivi arcessītus', 'cupivi cupītus', nisi sint a disyllabis composita, ut 'insĭtus', 'incĭtus', 'illĭtus'. Lucanus in VIII:

Illita tela dolis nec Martem comminus usquam
Ausa pati virtus.

Virgilius in XII:

quàtit ungu||la cursu
Incĭta nec domini memorum proculcat equorum.

similiter 'impositus, propositus'. Iuvenalis in I:

Si te propositi nondum pudet atque eadem est mens.

Virgilius in III:

Inpositis auro dapibus.

praeterea notandum, quod 'sepelio sepelivi' vel 'sepelii' 'sepultum' in fre-

1 ceptum *HG* 2 *Cic. de invent.* I 20, 28 rethoricon *HGLK* non habeo *B* 3 eo quod in proxime *Cic. Virceburg.* eo quo in proximo *in ras. et ex corr. Paris.* eo in quo proxime *Ciceronis codd. plerique* (*deficit Leid.*) 4 *Verg. Aen.* VII 440 5 effeta] *k* effeta *G* effecta *BL* affecta *K* effata (*prius* a *eras. vel in ras.*) *Rom.* 6 *Verg. georg.* II 33 *sq.* 7 mutamque *Dd* nala *D* 8 fere *Kk* pirum. Idem georgicon .IIII. eorundem. et *B* 9 et *add. r* *Verg. georg.* IIII 99 10 lita* *K* 13 sint disyllaba *K* 14 arcessitus accersiui accersitus cupiui *B* cupi *Rr* 15 cūposita *D* incitus] *d om. RDH* incitus, *in mg.* illicitus ꝯ, *G* illicitus *L* inquitus *K* illitus incitus *B* 16 *Luc. Phars.* VIII 382 *cf.* § 40 in VIII *om. G* VIIII. *B* 18 ausapienti *Rr* 19 *Verg. Aen.* XII 533 *sq.* crebro super (*sic Med. m. alt.*, crebros notant *m. pr.*) ungula pulsu (cursu *Verg. Goth.* 2) Incita *etc.*, *qui l. hic contaminatus est cum parte altera v. Aen.* XI 875 cursu quatit ungula campum XII] *om. BHG* VIII. *hg* (*cf. Verg. Aen.* VIII 596 Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum) VII. *K* 21 *ad v.* 534 *cf. lib.* VII § 78 memorum *add. r* proculat *Rr* proculquat *K* ęquorum *D* 22 propositus *add. b* *Iuv. sat.* I 5, 1 in I *om. G* 23 propositę *H* prositi *K* adque eandem *schol. Iuv.* 24 *Verg. Aen.* III 355 tertio *1* IIII. *libri* 25 Impositis *RBHGLK*

p. 909. 10 P. p. 513. 14 K.

quentiore usu est supinum, antiquissimi etiam 'sepelitum' dicebant; unde Cato in Thermum: mortuus est, sepelitus est. 'salio' quoque 'salivi' vel 'salii saltum' facit, unde Virgilius in VI:

Cum fatalis equus saltu super ardua venit
Pergama.

idem in XI:

At medias inter caedes exultat Amazon;

solent enim frequentativa plerumque a supinis vel participiis praeteritis nasci.
57 'sallio sallitum' facit, 'sallo salsum', quomodo 'vello vulsum'. Sisenna: sic in eam paludem multi pi|scium salliendorum causa a navibus semionustis commeant, a 'sallio' 'salliendorum' dixit, non 'sallendorum'. Sallustius vero in III historiarum: parte consumpta reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus sallerent, 'sallerent' dixit a 'sallo', non a 'sallio'. similiter Lucilius in VIII:

Sallere muraenas, mercem in || frigdaria ferre.

inde etiam participia futuri 'salliturus' et 'salsurus'. Novius:

salliturus istaec est, mittam salem.

Mummius:

istaec sum multo sale
Salsurus.

sed et praeteriti participium 'sallitus' et 'salsus'. Cornelius Severus

1 usu est *add. d* . Supinum antiquissimi *B* 2 *Caton. in Thermum or. fr.: cf. lib.* VIII § 12 *Meyerum l. l. p.* 73 termum *D* thermo *B* est *om. B* sepilitus *L* quoque *om. G* 3 *Verg. Aen.* VI 515 *sq.* VI] *sic ni f. R ante corr. et H, ubi tamen numerus non satis dilucide apparet, ut etiam* III *legi possit* III. *Br* VII. *G* VIII. *D* 4 equus *D* ecus *Med.* equs *Rom.* saltus *Pal.* 6 *Verg. Aen.* XI 648 7 ad *D* intercedes *K* caedaes *H* exultet *Dd* exultata mazon *B* 8 frequentiua *K* 9 salitum *Rr* sallum *D* faci *B* salsum] *b* sal*um (t?) *B* sal*sum (l) *K* *L. Cornelii Sisennae hist. lib. inc. fr. p.* 316 *Kr. fr.* 12 *p.* 376 *Roth.* sisenna * sic in (.) *R* sisenna sic; in *r* 10 eam] eadem *G* eādem *H* puludem *K* saliendorum *Rr* sallendorum *G* sallendorum *H* saliendorum *l* 11 semionusti *coni. Rothius* comeant *K* salio *L* saliendorum *Rr* saliendorum *L* 12 salendorum *L* *Sall. hist.* III 7 *p.* 206 *Kr. cf. Diom. p.* 372 *P.:* Sallustius historiarum quarto ait: reliqua cadavera ad diuturnitatem usus sallere (*sic ex codd. legendum est secundum H. Keilium*) uero *om. GK* in tres III. *D* in I. *G* in II. *K* 13 *sallerent (p) *B* salerent *H* sallerent] *h om. RBDHGLK* psallerent *al. m. in R* 14 salio *Rr* *Lucil. sat.* VIII 8 *Dous.* 7 *Gerl.* 15 *sallere (p) *B* murenas *libri* mercedem in frigdaria frigdaria *G* frigidaria *RBDK*

16 unde *r* salsarus *K* Novius] *B Krehlius* nouimus *Dresd.* 2 *Krehlii* neuius *Hr Heidelb.* lucuius *R* lucius *L Darmst.*[b] incui *D Darmst.*[a] liuius *K Lips.* 1 *Krehlii* Sallustius *Lips.* 2 *eiusdem.* *Naevii inc. fab. fragm.* 19 *Both. l. l. p.* 24, *Novii inc. fab. fr. p.* 183 *Munk., assentiente Klussmanno Naev. vit. et rell. p.* 189, XIII *p.* 230 *Ribb.* 17 istec ē salliturus *Barb.* Istic est sallitúrus si mittám salem *vel* istic est sallitúrus: Mittám salem? *Ribbeckius* ista haec *DH* isthec *K* ista hac, *ut vid., voluit h* 18 *Mummii gtell. inc. fr. p.* 185 *Munk., fr.* II *p.* 231 *Ribb.* 19 ista et sum *D* 21 et] etiam *HK* partipium *G* cornilius *K* Cornelius Severus in VIII de statu suo] *cf. I. Beckerum in act. antiq. Marburg. a.* 1848 *n.* 74 *sq.*

p. 910 P. p. 514 K.

in VIII de statu suo: ad quem salliti pumiliones afferebantur. 'ambio' ab 'eo' compositum solum mutavit paenultimam e in i; itaque in 'io' quidem desinentium regulam servavit in participio et in supino, quippe producta paenultima: 'ambītus ambīta ambītum', in nomine autem sive vocabulo rei, differentiae causa in 'eo' terminantium regulam servans, corripuit paenultimam 'ambĭtus' - ut Ovidius in I metamorphoseon:

Iussit et ambītae circumdare litora terrae.

Lucanus in I:

letalisque ambĭtus urbi
Annua venali referens certamina campo -,

quamvis Scaurus in utroque similem esse tenorem putavit. sed Velius Celer respondens Hadriano imperatori per epistulam de hoc interroganti, declinatione et tenore 'ambitus' nomen a participio ostendit discerni, quod usu quoque, ut ostendimus, confirmatur. | ||

Bernhardium hist. lit. Lat. p. 408 *sq. ed. alt.* VIII (*rerum Romanarum sc.*): distractos adque salitos pumiliones | Aspernabantur *vel* VIII: distractos adque salitos | Pumiliones aspernabantur *coll. Diomede p.* 372 *P. Beckerus l. l. n.* 75 *p.* 594 *sq.*

1 salliti *om. G* pomiliones *H* pomiliones affaerebantur *Rr* 2 penultima *L* 3 quidem *om. G* 5 terminantium in eo *K* 6 penultimam i *RB* ambitus *om. G* *Ovid. metamorph.* I 37 metaphor *L* 7 circundare *GLK* littora *Rr* litore *Dd* 8 *Luc. Phars.* I 179 *sq.* 9 laetalisque *RBGLK* loetalisque *Voss. AB* urbi *BH cum Lucano* urbis *RDGLK Luc. cod. Hulstian. et Remens. pro v. l.* 10 certamina] *ex corr. H* certamine *GLK* 11 Scaurus] *est Terentius Scaurus, qui hanc quaestionem tractasse videtur in arte sua grammatica, cf. Graefenhanium hist. phil.* IIII 88 *sq.* 99 *sq.* uellius *D* *Velleium Celerem hunc grammaticum vocant vv. dd. secundum edd. inde ab α, veluti Falsterus mem. obsc. p.* 166 *Graefenhanius l. l. p.* 99 12 adriano *BDGLK* aepistolam *K* 14 quod] *r* quo *R*

Artis prisciani uiri eloquentissimi grammatici caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitanae lib̄. X. expl̄. | Exp̄. lib̄. X de uerbo. incip̄. lib̄. XI. de participio *R* ARTIS PRISCIANI VIRI ELOQVENTISSIMI GRAMMATICI CESARIENSIS DOCTORIS VRBIS ROMĘ CONSTANTINOPOLITANE LIBER .X. EXPLICIT DE VERBO | INCIPIT LIBER VNDECIMVS DE PARTICIPIO. *B* explicit lib. decimus de uerbo. Incip̄ lib̄. (lib̄. *om. K*) undecimus de participio *HGK* explicit liber X de uerbo. (*L*) incip̄ lib. XI (incip̄ X *l*) de participio. sed primum de eo quod participium tertio (tercio *l*) loco debet esse et quod alii nomen esse alii uerbum putauerunt. (*add. l*) *DLl*

LIBER VNDECIMVS.

p. 909—11 P. p. 515 K.

DE PARTICIPIO.

I 1 Qui tertio loco participium posuerunt, rectius fecisse videntur. cum enim nomen et verbum primum et secundum tenuerunt locum, participium, quod ex utroque nascitur, sequentem iure exigit. quaesitum est tamen, an bene separaverint id ab aliis partibus grammatici et primus Trypho, quem Apollonius quoque sequitur, maximus au||ctor artis grammaticae. stoici enim quomodo articulum et pronomen unam partem orationis accipiebant, infinitum articulum vocantes, quem grammatici articulum, eique adiungentes etiam infinita nomina vel relativa, quod etiam Didymus facit tractans de Latinitate (finitum autem articulum dicebant idem stoici, quod nunc pronomen vocamus finitum, quod et vera ratione solum pronomen est dicendum. ergo Romani || quoque artium scriptores stoicorum secuti magis traditionem pronomina finita dixerunt et infinita; nam articulos non habent) -, sic igitur supra dicti philosophi etiam participium aiebant appellationem esse reciprocam, id est ἀνταναάκλαστον προσηγορίαν, hoc modo: 'legens est lector' et 'lector legens', 'cursor est currens' et 'currens cursor', 'amator est amans' et 'amans amator',

3 locū *ex* loqū *corr. B* 4 ex utro *R* 5 separauerunt *BDHGK* grammatici et *BH*, *idque assecutus est ten Brinkius in Mnemosynes t.* II 1853 *p.* 54 *sq.* grammatici. et *RDGKhl* grammatic*. et *L* 6 tripho *RBGLK cf. de Velsenium Tryphonis gramm. Alex. fr. p.* 33 appollonius *RHGLK* Apollonius *praesertim in libris* IIII περὶ μερισμοῦ τῶν τοῦ λόγου μερῶν *et* περὶ μετοχῆς *seu* περὶ μετοχῶν *hac de re disputasse censendus est; nunc cf. de synt.* I 3 *p.* 15, 20 *sqq. Bk.; eius de participio doctrinam attigerunt Lerschius Sprachphil.* II *p.* 130 *sqq. Graefenhanius hist. phil.* III 113 *sq. Skrzeczka die Lehre des Apollonius von den Redetheilen Regiom.* 1853, 4. *p.* 7 *sq.* artis *om. B* 7 grammaticae] *l* grammatic* *L* stoici] *cf. Apollon. de pron. p.* 4 *B sqq. coll. Prisc. lib.* XVII § 52 *Classenio primord. gramm. Gr. p.* 75 *sq. R. Schmidtio stoicorum gramm. p.* 39 *sqq.* 45 *sq.* 8 accipebant *H* quem *ex* quam *corr. D* articulum] *in mg. add. K* articum *B* 9 adiugentes *H* infinita nomina *ex corr. k* 10 dydimus *RH* „dy„dimus *G* didimus *DLK* *Didymi de Latinitate fr.* 2 *p.* 347 *fragm. ed. M. Schmidtius cf. lib.* I § 20 lanitate *Rr* 11 uocamus **finitum (in) *B* quod uc**ra (te) *Dd* 12 ergo *add. k* 13 secuti **** magis(quoq;) *B* tradicionem *Rr* 14 nam] *b* non *B* 15 ANTANAKAACTON *HGL* ἀνταναάκλαστον προσηγορίαν] *om. D* ANTANAΓKAACTON ΠΡΟC ICTOPIAN *D* ANTANAKAACΓON ΠΡΟΟCHCOPIAN *K* 16 ΠΡΟCEΓΩPIAN *r* ΠΡΟCEΓΩΠΙΑΝ *R* ΠΡΟCIΓOPIAN *B* legens id est *K*

vel nomen verbale vel modum verbi casualem. unde videntur nostri ascivisse inter verba | gerundia vel participialia, cum videantur ea diversos assumere casus. ideo autem participium separatim non tradebant partem orationis, quod nulla alia pars orationis semper in derivatione est nullam propriam positionem habens, nisi participium; ceterae enim partes primo in positione inventae sunt, ad quam etiam derivativa aptantur. 2

Omnis enim pars orationis quocumque modo derivativa vel in eadem notione sive definitione primitivi sui accipitur et eandem habet ei divisionem et eadem accidentia, vel in aliud, quod iam ante erat suppositum in propria naturali positione, unde etiam derivativum propter similitudinem eius, quod iam erat ante ex se ortum, ei addebatur, ut 'pater' nomen et 'paternus' nomen, similiter 'rex' et 'regalis', 'taurus' et 'taurinus' nomina: quidquid enim accidit primitivo, accidit etiam derivativo. 'ferveo' verbum et 'fervesco' verbum, similiter 'facio' et 'facesso', 'video' et 'viso' verba sunt ab eodem in idem. sed etiam 'bene', 'male' derivata adverbia a nominibus ab alio ad aliud ad similitudinem nata sunt ante in propria positione inventorum, ut 'paene', 'nempe', 'fere'; haec enim a se orta sunt: quidquid enim accidit his, accidit etiam illis et, quod suum est adverbiorum, per omnia verba percurrunt. quantum ergo ad hoc, id est 3 quod in primitivis et in sua positione non inveniuntur participia, videntur stoici bene fecisse. sed rursus prohibet ea esse nomina temporum diversorum assumptio, quae fit in propriis transfigurationibus ad similitudinem verborum. sed si quis dicat, quod no||mina quoque multa inveniuntur tempus significantia, respondebimus, quod hoc interest inter partici|pia et nomina temporalia, quod nomina illa nihil aliud significant nisi ipsum tempus per se, ut 'annus', 'mensis', 'dies', 'meridies', 'hodiernus', 'hesternus', 'crastinus', nec in propriis sunt transfigurationibus, participia vero actionem vel passionem aliquam in diverso fieri tempore demonstrant, non

3 adsumere *B* partem *ex* partes *corr. D* 4 nula *Rr* 5 ceterae *r* caetere *H* primae *L* primae *G* primo in positione] *Heidelb. teste Krehlio* primo inpositione *libri mei* prima in positione *Lips. uterque et Dresd.* 2 *Krehlii, Krehlius* II 537 6 diriuatiua uel in ea aptantur *R* 7 modo deriuata *L* modo dirinata *GK* eadem no**tione (ti?) *R* eadem notitione *K* eandem notitionem *BGL* 8 definitionem *BL* difinitionem *G* sui *add. r* habet ei** (us) *R* "diuisionem "ei *K* 9 erat ei suppositum *R* 11 ante ** se (ex) *L* 12 paternus. Similiter *G* regealis *K* 13 Quicquid *RBDGLKh* accidit *K* accedit *L* accedit *LK* 14 uerbum et et *K* 15 sed] Sic *B* et male *GLK* malae *R* diriuatiua *r* deriuatiua *BDH* 16 aliud *H* nate *B* in prima *Rr* 17 pene (*sic*) *add. r* nemphe *L* nimphe *K* nemphe *k* ferme *K* 18 horta *D* Quicquid *RBDGLK* quod] *r* quo *R* 20 et *add. r* 21 essæ *B* 22 assumtio *L* adsumptio *B* fit *om. G* transfigurationis *Hh* 23 quoque *in mg. add. K* 26 per quem se *Rr* menses *K* haesternus *Rr* haesternus *H* 27 vero] uero *K* uero uel *L* uel *G* 28 tempore fieri *B*

p. 912. 13 P. p. 517. 18 K.

tempus ipsum per se, et quod eos sequuntur casus, quos et verba, ex quibus nascuntur, et quod verborum significationes habent et quod pro verbo ponuntur, quorum nihil est suum nominis.

Omne enim nomen a quocumque verbo natum vel genetivum sequitur casum vel dativum figurate per compassionem, quam Graeci *συμπάθειαν* vocant, ut 'amicus illius', 'speculator illius', 'auditor illius', 'victor illius', et dativum, ut 'amicus illi est', 'lector illi est', 'speculator illi est', 'victor illi est'. et nota, quod plerumque substantivum verbum, quod Graeci *ὑπαρκτικόν* vocant, solet adiungi huiuscemodi figurae. inveniuntur tamen pauca etiam ablativum sequentia, ut 'dignus illa re', 'mactus virtute', accusativum vero figurate: 'exosus bella', 'praescius futura'; participiorum enim loco videntur posita illorum constructionem servasse. verba autem et participia genetivo vel dativo vel accusativo vel ablativo solent associari: 'misereor illius, miserens illius'; 'parco illi, parcens illi'; 'oro illum, orans illum'; 'careo illo, carens illo'. et activa quidem plerumque accusativum sequiuntur, passiva vero ablativum vel dativum figurate, genetivum vero admodum pauca. sed de his, si deus annuerit, cum de dispositione vel constructione partium orationis scripserimus, id est *περὶ συντάξεως*, exponere latius conabimur.

Ergo si verborum servaverint conse|quentiam, participia sunt, sin amissis temporibus casus quoque, quos nomina solent verbalia sequi, attrahant, transeunt in ea, ut 'amans illum' participium est, 'amo' enim 'illum' dicimus, 'amans' autem 'illius' nomen, ut 'amator illius'; itaque et tempus amit||tit et comparationem assumit, ut 'amantior amantissimus'; 'acceptus ab illo' participium, quia et 'accipior ab illo', 'acceptus illi' nomen, ut 'amicus illi', ideoque tempore quidem caret, comparationem vero asciscit, ut 'acceptior acceptissimus'. et ea quidem sunt, quibus osten-

1 et * quod eos *** (eos) *L* secuntur *RB* sequntur *K* 4 nomen *add. r* 5 CYMΠΑΘΙΑΝ *RDHLk* CIMΠΑΘΙΑΝ *G* CYMΠΑ*ΑΝ *K* CINΠΑΘΗΑΝ *B* 6 uocant ****** ut *L* 8 nota plerumque *B* 9 *ὑπαρκτικόν*] *om. D* ΥΠΑΡΤΙΚΟΝ *d* ΥΠΑΡΚΤΗΚΟΝ *B* huiusmodi *Rr* figura*e (ι) *L* 10 mactus] *h* *actus *H* Accusatiuo *D* accusatiuo *BH* accusatiuo accusatiuo uero *Rr* 11 figurate *H* pcius *Dd* 13 datiuo ******** uel (figurate?) *K* associari] adsociari *B* adiungi *GLK* ut misereor *G* 14 miserans *Dd* miserans *H* miserens illius] *om. R* miserans illius *Br* parceps *Rr* 16 secuntur *R* secuntur casum. Passiua *B* figuratae *H* genitum *B* 17 ammodum *H* ammodum *BL* de positione *Rr* 18 *περὶ συντάξεως*] *om. D* ΠΕΡΙ CYNTAXEOC *add. d* ΠΕΡΥ. CYNTAΞEωC *G* ΠΕΡΥ CYNTAZEOC *L* CYNTAΞEOC *BH* CYTAΞEOC *Rr* CYHTAΞEωC *K* 21 ammissis *Gg* solent *ex* s**ent *mut. B* uerbalia *om. B* 22 adtrahant *B* at *K* atthraant *R* 23 nomen est ut *H* 24 adsumit *B* 25 participium quia *Dd* illo acceptus *Rr* 26 et comparationem *GLK* comporationem *B* uero *om. HGLK* 27 assciuit *G* adsciuit *B* ut *om. GLK*

p. 913. 14 P. p. 518. 19 K.

ditur participium aliud esse quam nomen. verbum autem id esse non potest, cum casus habeat et declinationes et genera ad nominum formam; nullum enim verbum haec habere potest.

Itaque cum et verbi quaedam sua prohibent hoc esse nomen, id est tempora et significationes, et nominis propria prohibent esse verbum, id est genera et casus - quaecumque enim pars orationis habet genera apud Graecos vel Latinos, habet et casus, et quaecumque habet casus, habet et genera, exceptis paucis indeclinabilibus -, mansit participium medium inter nomen et verbum. unde rationabiliter hoc nomen est ei a grammaticis inditum per confirmationem duarum partium orationis principalium. nec solum participium non ab aliqua propria vi, sed ab affinitate nominis et verbi nominatum est, sed aliae quoque quinque partes orationis non a sua vi, sed ab adiunctione, quam habent ad nomen vel verbum, vocabulum acceperunt: 'pronomen' enim dicitur, quod pro nomine ponitur, et 'adver- II 6
bium', quod verbo adiungitur, et 'praepositio', quae tam nomini quam verbo praeponitur, et 'coniunctio', quae coniungit ea, et 'interiectio', quae his interiacet. unde est dicendum, quod, si non sit nomen et verbum, nec alia pars orationis constare poterit. itaque quibusdam philosophis placuit nomen | et verbum solas esse partes orationis, cetera vero adminicula vel iuncturas earum, quomodo navium partes sunt tabulae et trabes, cetera autem, id est stuppa et clavi et similia vincula et conglutinationes partium navis [hoc est tabularum et trabium], non partes navis dicuntur. sed est obiciendum ad hoc, quod cera et stuppa non ex eadem constat materia, ex qua tabulae et trabes, coniunctiones autem et praepositiones et similia ex eadem sunt materia, ex qua || et nomen et verbum constat, hoc est literis et syllabis et accentibus et intellectu. itaque etiam per se 7

1 partipium *G* autem *om. L* 2 potest] *h* potens *H* cum et casus *B* supradicta 3 uerbum haec *K* 4 sui *GL* 5 et nomina *Rr* is proibent *Dd* h prohibent hoc esse *B* 6 *post* genera: apud — genera *om. R add. r* 7 vel] et *Br* casus quaecumque *G* ca*sus (u) *B* habet genera *Dr* 9 est ei a *Rr* 10 nec] ñ *K* 11 ab alia qua *Rr* *post* ui sed ab *sqq. usque ad* ui sed ab *a D omissa in mg. add. d* sed affinitate *GL* 12 sed et aliae *Bd* 13 abiunctione ad *Hh* quem a *Rr* vel] *add. r* et *L* 14 acciperunt *K* ponitur] dicitur *D* *post* ponitur *sqq. usque ad* praeponitur *in mg. add. K* 15 verbo] *d* uero *D* quae] quod *GL* 16 quae] quod *GL* coniugit *R* interiectio] *l* *nteriectio *L* 17 quod si non *Rr* 18 ne alia *Rr* potuerit c *Rr* quibusdam philosophis] *quos l. Lerschius Sprachphilosophie d. Alten* II 51, *cui hoc loco dialectici (v. lib.* II § 15) *intellegendi esse videntur;* aristotel *spscr. k ex Ammonio ad Aristot. de interpret. p.* 99 *ed. Brandis comm. h. l. petitum esse indicavit idem Lerschius l. l. p.* 51 *sq.* 19 adminucula *R* amminicula *DHGLb* 20 iuncturas] *r* coniunturas *R* tra inbes *Rr* 21 id est cera stuppa *B* stupa *G* congluttinationes *B* 22 partium] participium *Rr* trabium et tabularum *H* trauium *B* 23 caera *HGL* coera *K* stupa *RG* ex *om. H* constant *D* 24 thrabes *Rr* 25 materea *G* qua nomen *G* 26 et litteris et *B* etiam *spscr. K* per *in litura B*

p. 914. 15 P. p. 519. 20 K.

prolatae, quod partes sunt orationis, ostendunt. quid enim est aliud pars orationis nisi vox indicans mentis conceptum, id est cogitationem? quaecumque igitur vox literata profertur significans aliquid, iure pars orationis est dicenda. quod si non essent partes, numquam loco earum nomina ponerentur, cum loco cerae vel stuppae in navi tabula fungi non potest; invenimus enim loco adverbii nomen, ut 'una, multum, falso, qua', et pronomen similiter: 'eo, illo', et loco coniunctionis tam nomen quam pronomen: 'quare, ideo', et adverbium loco nominis, ut 'mane novum' et 'sponte sua' et 'euge tuum' et 'belle' et 'cras alterum'. sed si, quia compaginem videntur praestare nomini et verbo, non sunt partes orationis dicendae, ergo nec partes corporis debemus accipere nervos, quia ligant membra et articulos, quod penitus videtur absurdum. multo melius igitur, qui principales et egregias partes nomen dicunt et verbum, alias autem his appendices. quod autem participium nomen accepit a confirmatione nominis et verbi, nihil mirum, cum inveniuntur quaedam nominationes etiam ex abnegatione nascentes, ut 'neutrum' genus, quod nec masculinum est nec femininum, et 'infinitum verbum', quod personam non habet.

8 Participium est igitur pars | orationis, quae pro verbo accipitur, ex quo et derivatur naturaliter, genus et casum habens ad similitudinem nominis et accidentia verbo absque discretione personarum et modorum. ideo autem repertum est participium, quod nomini verbum adiungitur, sed non aliter, nisi sit nominativus casus ei personae adiunctus, secundum quam profertur verbum, ut 'facio ego bonus, facis tu bonus, facit ille bonus'. cum igitur flectas nomen in obliquos casus, verbum adiungi ei non potest intransitivum, id est ἀμετάβατον, hoc est in sua manens persona. nam μεταβατικά dicuntur, id est transitiva, quae ab alia ad aliam transeunt personam, in quibus solent || obliqui casus adiungi verbis, ut 'misereor tui', 'moderatur imperator militibus': hic enim, quia ab alia persona ad aliam transit verbi significatio, utimur obliquis.

1 est enim *BDH* enim aliud *GL* 2 id] hoc *H* est *eras. in L* cogitationem] *r* cogitationes *R* 3 uox literalis *G* proferatur *BDHGLK* 4 est *add. d* eorum *RBHLK* earum (earum *ex corr. d*) *Dd* 5 caerae *HGL* coere *K* vel] et *L* stuppae] *r* stupae *RGL* in naui *in litura h* naue *B* 6 una] *d* unum *D* 7 illo] **** *G* 8 auerbium *D cf. lib.* XIIII § 17 XVIII § 298 9 euge *ex* e+ge *corr. B* belle *Rr* belle tuum *dk* 12 quod] *r* quo *R* penitur *R* pęnitus *D* absordum *LK* igitur faciunt qui *K* 13 qui] quam *R*? principales egregias *Rr* dicunt nomen *B* autem *in lit. B* 14 Quo *r* accipit *B* ad confirmationem *Rr* confirmationis *D* confirmationie *d* nominationes] terminationes *G* 16 ex abnegatione *rdh* ex obnegotione *R* ab exnegatione *DHGLK* est *om. LK* 17 feminini *Rr* non *add. r* 20 discritione *L* 21 reppertum *GLK* 22 secumdum *Rr* 24 adiungi] *h* adiun *H* 25 id] hoc *R* ἀμετάβατον] *r* AMETABON *B* ametabaion *R* 26 μεταβατικά] *h* ΜΕΓΑΒΑΤΙΚΑ *Rr* METABA+IKA *H* MEZABATIKA *G* ad] in *G* 28 mesereor *G* miseor *H* moderator *B* hic] *r* Hoc *R*

p. 915. 16 P. p. 520. 21 K.

Cum igitur sunt intransitiva, quia non possunt obliqui casus his adiungi, loco verbi subit participium, ut 'bonus homo loquebatur', 'boni hominis loquentis orationem audivi', 'bono homini loquenti dedi', 'bonum hominem loquentem audivi', 'bono homine loquente delectatus sum'; ubique enim participium loco verbi intransitivi accipitur. vocativus quoque, quomodo nominativus, intransitivis adiungitur, ut 'doctus loquens proficis' et 'docte loquens proficis' vel 'profice'. sicut igitur pronomen ideo est inventum, ut adiungi primae et secundae verbi personae possit - nomina enim tertiae personae coniungi volunt absque vocativo casu, qui semper secundae adiungitur personae -, sic participia inventa sunt, ut quod deest verbis, id est casus, compleant coniuncta nominibus.

Nec solum per obliquos casus est utile participium, sed etiam per nominativum. diversa enim verba absque coniunctione adiungere non potes, ut 'lego disco' vel 'doceo discis' non est dicendum, sed 'lego et disco' vel 'doceo et discis': nam hoc proprium est tam transitivorum quam intransitivorum; participium autem si proferas pro aliquo verbo et adiungas ei verbum, bene sine coniunctione profers, ut | 'legens disco' pro 'lego et disco' et 'docente me discis' pro 'doceo et discis'. contra autem nomina diversa, si ad unum referantur, sine coniunctione oportet ea proferre, nisi si adiectiva geminentur, ut 'pius Aeneas', 'Marcus Tullius Cicero'; si enim dicas 'pius et Aeneas' vel 'Marcus et Tullius et Cicero', quasi de alio et alio dicis. accidentia vero sive adiectiva si geminabuntur, necesse est interponi coniunctionem, ut 'bonus et pius et iustus et fortis Aeneas'. verba quoque et participia si sequantur sese, egent coniunctione, ut 'legit et scribit doctor', 'loquens et currens fecit'. nec mirum, propria, quae insecabilem substantiam demonstrant, ut 'Socrates', 'Scipio', nec non appellativa, quae secabilem [id est] generalem || vel specialem [quae dividi potest] substantiam indicant, ut 'animal', 'corpus', 'homo', 'taurus', 'equus', 'aurum', 'lapis', non egere coniunctione: diversae enim

1 non sunt *Hh* oliqui *Rr* 2 uerbo *Dd* subit] *r* subiit *R* loquebatur *D* hominis] *r* homines *R* homini *B* 3 loquentis] *h* **quentes *H* bono] *rd* boni *RD* bononọ *K* 4 hominem *in litura h* audiui *add. r* homini *R* delectatus] *k* dilectatus *GLK* 5 e*im(n) *H* loco *K* Vocatiuis *Dd* 6 doctus loquens *H* 7 igitur] enim *G* ideo *om. GLK* 9 coniugi *Dd* abque *Rr* casu *add. g* 12 utile est *B* etiam per *ex* etiam pro *corr. D* 13 coniugatione *Dd* potes] *h et in litura l* potest *RBHGK* 14 *post* discis *sqq. usque ad* discis *add. rd* 15 vel] et *r* Nam proprium hoc est *K* 16 pro aliquo uerbo *del. h* 19 refferantur *L* 20 nisi si] *d* nisi *DH* adiectatiua *G* *verba post* Cicero *sqq.* — Cicero *add. g* 22 geminabuntur] *k* geminabantur *K* 24 egunt *H* 25 curens *Dd* 26 *verba post* insecabilem *sqq.* — secabilem *add. r* socratis *GK* 27 nec non] *r* nec *rell.* apellatiua *D* insecabilem *G* **secabilem(in) *HLK* 29 equus *D* equs *K* aurum *ex iterato* taurus *corr. K*

p. 916. 17 P. p. 521. 22 K.

substantiae in uno coniungi non possunt. itaque cum dicam 'Publius Cornelius Scipio Africanus', non egeo coniunctionibus: unam enim his indico esse omnibus substantiam. similiter 'homo est animal rationale, mortale, disciplinae capax', cum unam substantiam significo quamvis multorum communem, non egeo coniunctionibus, quae diversas solent res coniungere; diversae enim substantiae in eodem esse non possunt. accidentia autem, quae substantiae iam ante suppositae accidunt, possunt esse diversa in eadem substantia, ut si dicam 'Marcus Tullius Cicero', quia una est substantia, non eget coniunctionibus, sin autem dicam 'sapiens et eloquens et felix Cicero', diversa ostendo accidentia in una substantia, itaque egent coniunctione. illud quoque admonendum, quod, quemadmodum coniungitur adverbium verbo, sic etiam participio. nec mirum, cum pro verbo ponitur, ut 'bene legens delectat' pro 'bene legit et delectat'.

Et quamvis ab indicativis derivantur verbis participia, potestate tamen et vi significationis omnes continent modos hoc pacto: 'exponens doce' pro 'expone et doce', 'utinam exponens docerem' pro 'utinam exponerem et | docerem', 'cum exponens doceam' pro 'cum exponam et doceam', 'exponens docere volo' pro 'exponere et docere volo'. ergo eius obtinet vim modi, cuius verbo coniungitur; et in hoc quoque quantam habeat cum infinito coniunctionem ostenditur. infinita enim similiter cum ab indicativo nascuntur, pro omni accipiuntur modo: dico enim 'scribere me indico' pro 'scribo', 'scribere te impero' pro 'scribe', 'scribere me opto' pro 'utinam scribam', 'scribere volo, tum legere' pro 'cum scribam legere'. nec mirum in his una voce tam diversas inveniri significationes, cum in multis aliis quoque dictionibus hoc invenitur, ut 'circum' nomen et adverbium, 'eo' pronomen et verbum et ad||verbium et coniunctio. similiter in aliis plurimis hoc invenis, sicut supra dictum est.

12 Igitur participium inventum est, ut nominativus quidem sine con-

1 substanciae *Rr* coniugi *D* dicom *Rr* puplius cornilius *GLK* 2 affricanus *K* his enim *D* 3 rationale] *r* rationabile *RBDHK* 5 res solent *G* coniungere] *dh* coniugere *D* contigere *H* 6 diuersa *Rr* enim] autem *BDHLK* in eodem — substantiae *post* substantiae *om. G* 7 positae *Kk* 8 ut] at *GL* 9 egent *L* sin] si *L* eloquens] *d* loquens *DGLK* 11 amonendum *Kk* ammonendum *BDL* quemamodum *Kk* quemammodum *BL* coniungitur] adiungimur *G* 12 uerbo sic *ex* uerbū sic *corr. B* participia *R* pro *add. r* 13 bene *d* dilectat *GLK* dilectat *GLK* 14 uerbis deriuantur *B* potestate* (s ?) *B* 15 uī *B* doceo *B* 16 doceo *B* docerem, utinam *G* 17 doceam, exponens] doceam. cum exponens *G* 18 Eius ergo *DH* obtinet] *rk* optinet *RBHGLK* 19 coniunctionem cum infinito *GLK* 20 ostenditur *post* infinita enim *repetiit D del. d* 21 omnia *B* 22 scribe] scribe** *K* utinam scriberem *GLK* 23 scribere volo] *r* scribere me uolo *R rell.* legere uolo. Nec *K* 24 unam tam *Rr* inuenire *GLK* aliis *om. K* 24 et nomen et *K* pronomen] pronom *R* 27 inuenies *B* 28 nominativus] *scripsi* cum (qcum *K*) nominatiuo *RBDHGLK* ut cum nominatiuus sit *k* ut in nominatiuo *edd.*

p. 917. 18 P. p. 522. 23 K.

iunctione proferatur cum alio verbo, ut 'legens doceo' pro 'lego et doceo', quae compositio intransitiva est, hoc est ipsam in se manere ostendit personam; obliqui vero casus participiorum ad hoc sunt utiles, quod non solum sine coniunctione proferuntur cum obliquis casibus nominum, sed etiam ad alias transeunt personas, ut 'docentis potior' et 'docenti respondeo' et 'docentem audio' et 'illo docente didici'. ergo nominativus et vocativus intransitivus solet esse, ut 'legens ego homo facio' pro 'lego ego homo et facio', et similiter vocativus: 'o homo bene legens fac', id est 'o homo bene lege et fac'; ceteri vero magis transitivi sunt, ut praedictum est, ut 'bellantis hominis misereor' pro 'bellat homo et eius misereor', 'imperanti homini oboedio' pro 'imperat homo et ei oboedio', 'docentem hominem audio' pro 'docet homo et eum audio', 'lucente sole video' pro 'lucet sol et video'. nisi si ipsa in sese faciat, id est κατὰ ἰδιοπάθειαν proferatur: tunc enim utimur consuetudine transitivorum, | quae ἀλλοπάθειαν significant, ut 'misereor mei legentis', 'praebeo mihi legenti', 'accuso me legentem', 'fruor me legente', et ad eum casum maxime coniunguntur, quem verba desiderant, ut supra dictum est: 'misereor tui', 'miserens tui'; ut 'invideo tibi', 'invidens tibi'; 'accuso te', 'accusans te'; 'dignor te illa re', 'dignans te illa re'.

DE ACCIDENTIBVS PARTICIPIIS SED PRIMVM DE GENERIBVS.

Accidunt autem participio sex: genus, casus, significatio, tempus, III 13
numerus, figura.

Genus masculinum, ut 'amatus', femininum, ut 'amata', neutrum, ut 'amatum', commune trium generum, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc amans'; nam commune duum generum et epicoenum in participio inveniri natura ipsa prohibet. cum enim verba, ex quibus nascuntur participia, pariter omnibus adiun||guntur generibus: 'legit vir', 'legit mulier', 'legit mancipium', necessario participium, quod ex eo proficiscitur, eisdem generibus associa-

1 proferatur] *r* proferuntur *Rb* profe**ntur *B* 3 sunt *add. d* 4 oblicis *G* 5 patior *Rr* 6 docente] loquente *G* didici] *k* dedici *K* 7 esse] etiam *Dd* 8 est homo *Rr* 9 ^fac et ^lege *Dd* 11 imperanti] *r* imperatiui *R* oboedio] oboedio *Gg* obaudio *LK* *post* oboedio: pr— oboedio *add. r* oboedio] oboedio *Gg* obaudio *LK* docentem — eum audio *om. DLK add. d* 12 hominem et audio *Rr* 13 si *om. HGK* est. AN. proferatur *Dd* ΙΔΙΟΠΑΘΙΑΝ *RBH* ΙΔΙΟΠΑΘΙΑΝ *GL* 14 ΑΛΛΟΠΑΠΑΝ *Rr* ΑΛΛΟΠΑΘΙΑΜ *B* allopathiã *DGL* allo pathiã *H* allopadiam *K* 15 significat *B* ut *om. G* mei] *r* me *R* lentis *Hh* 16 causum *Rr* 18 tui *et inuideo *H* tui. Et inuideo *h* acuso *G* donor *Rr* 19 et dignans *D* 20 DE ACCIDENTIBVS *inscr. BHGK* 23 femininum amata, neutrum amatum *G* 25 epicenum *GL* epice *K* epykoenũ *B* inuenire *H* 26 proibet *D* 27 iunguntur *K* ut legit uir *BGd* 28 proficiscitur *ex* proficiscatur *corr. H* adsociatur *B*

p. 918 P. p. 523. 24 K.

tur. et siquidem in 'ns' desinat, quod fit in praesenti tempore, quod est etiam praeteritum imperfectum, sine dubio trium est generum commune ad formam nominum adiectivorum, quae cum in duas desinunt consonantes, trium sunt generum communia. sin vero in 'us' finiantur masculina, pariter ad similitudinem adiectivorum in a finiunt feminina et in 'um' neutra, quod fit in omni praeterito tempore et futuro. nec mirum ad formam adiectivorum haec dirigi, cum paene vim habeant participia quoque nominum adiectivorum; accidentia enim propriis vel appellativis nominibus significant, velut illa, ut 'bonus homo', 'scribens homo', et illud accidit et hoc accidit: 'fortis Scipio', 'legens Scipio'. nec nos moveat, quod sunt quaedam verba, quae naturaliter ad mares pertinent vel ad feminas, quae videntur exigere, ut participia vel masculina sint solum vel feminina, ut 'futuo, nubo', 'futuens, nubens' - nam illud ad mares, hoc ad feminas pertinet solum -, sed illud attendamus, quod adeo | natura ipsius verbi et participii communis est trium generum, quod sive vituperationis causa sive figurate licet maribus aptum verbum vel participium feminis quoque adiungere et contra facere, utputa 'bona anima futuit illam feminam' pro 'bonae animae vir'. ergo et 'bona anima futuens feminam gignit bonam animam' et 'bonum corpus futuens gignit bonum corpus'. nec vitiosam facio orationem, adiungens et feminino et neutro generi hoc verbum et participium, quod ad mares solos videtur attinere. et contra vituperationis causa possum dicere, ut Iuvenalis in I:

nubit amicus,

et 'nuptus vir', et figurate 'bonus mulieris animus nubit mihi' et 'nuptus est mihi'. ergo sine dubio omne participium vel in duas desinens consonantes trium est generum vel mobile, id est in 'us' masculinum, in 'a' femininum, in 'um' neutrum terminat. ||

1 quodnit *Dd* quod est etiam *Rr* 2 inperfectum *B* dubio trium *in lit. B* 4 commonia *Dd* Si*(n) *H* finiatur *H* 5 in] *in, *in mg.* *ad, *G* 6 adiectiuorum ad formam *Gg* 7 dirigi declinari *Dd* nominum quoque *G* 8 accidentia — homo *add. d* enim propriis *Rr* apellatiuis *D* 9 illut *Dd* occidit *Dd* 10 occidit *Dd* 11 natu**raliter *L* 12 ut *add. k* sunt *Rr* femina *RG* 13 futu*o *R* fotuo *GLK* futtuo *B* fotuens *GLK* futtuens *B* 14 adtendamus *B* adeo *in litura k* 15 participiis *Rr* uitupaerationis *H* 16 figuratae] *d* figurae *DGL* liqet *L* femininis *Brgl* adiungire *K* 17 ut pote *L* futu *Rr* fotuit *GLK* feminam] mulierem *GL* bonae animae] *d* bono animo *D* 18 animae. Vir ergo *H* Ego *Dd* fotuens *GLK* 19 futuens *ex* futiens *corr. m. rec. in B* fotuens *GLK* 20 femino *G* genere *RrD* 21 solos mares *G* uidetur solos *B* 22 *Iuv. sat.* 1 2, 134 24 figuratae *H* 25 in duardinens consonantes *Rr* 26 est *add. d* mouile *G* in a femininum *add. r* 27 neutrum terminat] *d* terminū ******** *D*

p. 919 P. p. 524. 25 K.

DE TEMPORIBVS.

Tempora coniuncta habent praesentis et praeteriti imperfecti, praeteriti perfecti et plusquamperfecti tam participia quam infinita verba ad similitudinem optativorum. nascitur autem participium praesentis et praeteriti imperfecti a prima persona praeteriti imperfecti in omni coniugatione. nec mirum, cum prima persona honestior est ceteris. ipsa enim sine illis esse potest, illae autem sine hac esse non possunt, et ea illas sibi coniungere potest, illae autem minime. 'ego' enim 'et tu et ille facimus' licet dicere, 'tu' autem 'et ego facitis' vel 'ego et ille faciunt' nemo dicit. Virgilius in II Aeneidos: III 15

divellimur inde
Iphitus et Pelias mecum.

Fit autem participium mutatione extremae syllabae supra dicti temporis et personae, id est 'bam' in 'ns'; ut 'amabam amans', 'docebam docens', 'legebam legens', 'faciebam faciens', 'muniebam muniens', exceptis in 'eo' desinentibus quartae coniugationis verbis, quae contra aliorum regulam i habent ante 'bam' productam - quam tamen antiqui diphthongum scribentes transmutationem vocalium factam ostendebant: 'adeibam, queibam' pro 'adiebam, quiebam' -, quod etiam in aliis verbis saepe solet fieri, ut 'polibam' pro 'poliebam', 'insignibam' pro | 'insigniebam'. nec tamen id prohibuit participia ad perfectorum regulam nasci; dicimus enim 'iens, adiens, quiens, poliens, insigniens'. haec tamen eadem participia, quae a verbis in 'eo' desinentibus quartae coniugationis nascuntur, anomale per obliquos casus pro 'ie' 'eu' habuerunt: 'iens euntis', 'quiens queuntis'. futuri vero temporis participia, si sint a verbis activis vel neutris vel deponentibus, fiunt ab extremo supinorum addita 'rus': 'amatu amaturus', 'doctu docturus', 'lectu lecturus', 'auditu auditurus', 'statu staturus', 'locutu locuturus'. a communi quoque verbo, quod in futuro tempore duo habet participia, unum quidem activum in 'rus', alterum vero 16

1 De natiuitate hoc est de formatione participiorum. *L inscr. om. DHG* 2 inperfecti *B* et praeteriti *D* praeteriti perfecti *add. r* 3 participia] *r* participio *R* participia *H* 5 inperfecti *B* a prima persona praeteriti perfecti *bis scripsit R alterum del. r* inperfecti *B* 7 illas] *l* illa** *L* 8 autem eam minime *D* minime *B* enim *in litura H* tu ille *G* ille(a) *K* liquet *K* 9 ille et ego *H* *Verg. Aen.* II 434 *sq.* 10 III. *GK* tertio *L* 11 Deuellimur *GLK* inde *in litura K* 12 pelleias *Rr* 13 mutationem *R* 17 antiqui er diptongum *H* 18 trans mutationem *R* transmutatione *LK* transmotatione *G* facta *GLK* adibam quibam *GLK* quaeibam *H* 19 pro adiebam pro quiebam *D* adiebam] *ex corr. h* adeibam *ni f. H* quebam *G* sepe uerbis *G* 20 polibam] polibam (e) *H* poleibam *α* insignibam] insignibam(e) *H* insigneibam *α* 21 it *Rr* 22 pro adiens *K* adiciens *Rr* particia *H* partipia *K* 24 anomala *Rr* anomalae *K* 25 queuntes *H* quieuntis *G* a *add. b* 26 ab *om. GLK* addituras *Rr* 28 loquutu *B* locutu locuturus *om. HGLK add. h* commonio *R* cummoni *r* 29 iu rus actiuum *B*

passivum in 'dus', illud, quod in 'rus' desinit, secundum praedictam hi regulam: 'criminatu criminaturus', 'osculatu osculaturus'. passiva vero eius||dem temporis participia fiunt a genetivo participii praesentis temporis 'tis' finali in 'dus' conversa: 'amans amantis amandus', 'docens docentis docendus', 'legens legentis legendus', 'audiens audientis audiendus', 'praeteriens praetereuntis praetereundus', 'transiens transeuntis transeundus'. praeteriti vero temporis participia, quae in 'tus' vel 'sus' vel 'xus' desi-
17 nunt, similiter a supino extremo fiunt, addita s et correpta u. nascuntur autem a verbis passivis et communibus et deponentibus et neutropassivis et quibusdam neutris: a passivis, ut 'amatu amatus', 'domitu domitus', 'doctu doctus', 'deletu deletus', 'mersu mersus', 'pexu pexus', 'auditu auditus'; a communibus: 'criminatu criminatus', 'osculatu osculatus'; a deponentibus: 'for fatu fatus', 'reor ratu ratus', 'vereor veritu veritus', 'loquor locutu locutus', 'molior molitu molitus'; a neutropassivis: 'gavisu gavisus', 'factu factus'; a neutris vero paucis praeteritum nascitur: 'caenatu caenatus', 'pransu pransus', 'placitu placitus', 'nuptu nuptus'. excipitur 'mortuus' a 'morior', cuius supinum cum secundum analogiam 'moritu' et hinc 'moriturus' facere futurum debeat et praeteritum 'moritus', 'mortuus', non 'moritus' facit. praeterea dubitatur, utrum 'potatu potaturus' et | 'potatus' secundum analogiam, an 'potu potus poturus' per syncopam melius dicatur, quae in usu non sunt. Virgilius in bucolico:

Huc ipsi potum venient per prata iuvenci.

idem in IIII georgicon:

Quoque modo potis gauderent intiba † fibris.

Lucanus in V:

Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturae te, Nile, grues,

18 ex quo ostenditur 'potus' quoque participium esse; nec mirum, cum 'lautus' et 'lauturus' pro 'lavatus' et 'lavaturus' in usu est. nam secundum

1 dus] *D* ndus *d* supradictam *K* 2 creminatu creminaturus *GLK* 3 faciunt *Rr* temporis praesentis *HL* 4 finalis *D* ut amans *d* 6 praetereuntis] *h* praetereuntes *ni f. H* 7 "temporis "uero *K* uel in sus *BDGr* nel in xus *BGr* 9 a uerbis *add. h* commonibus *Dd* 10 quidam *Hh* 11 ductu ductus *GLK* 12 commonibus *Dd* ut creminatu creminatus *GLK* osculatu] *d* osculo *D* 14 loqutu *G* loquutu loquutus *D* loquitu loquutus *H* grauisu grauisus *G* 15 caenatu caenatus *Dd* cenatu cenatus *HK* 17 morior *K* 18 hinc] *d* hic *D* 19 non moritu**s(ru) *H* dubitatur] *bk* dubitur *K* dubit*** *B* 21 in usu] *r* lausu *R* non] *om. GL* auctorum *h* *Verg. ecl.* 7, 11 22 ipsi ad potum *DGL* per] prae *D* per petrata *Hh* 23 *Verg. georg.* IIII 120 *cf. lib.* VIIII § 38 24 quomodo *Rr* intiba] *r* intima *RB* 25 *Luc. Phars.* V 711 *sq.* 26 strimona *H* strimo*a(i) *R* strimonia *K* strymonia *B* bruma] *b* br*ma *B* 27 potura*(e) *K* 28 latus *RrH* 29 laturus *H*

p. 920. 21 P. p. 528. 27 K.

Terentium 'lavatus' et 'lavaturus' debet proferri, qui supinum protulit 'lavatum' in eunucho:

Vix elocuta est hoc, foras simul omnes prorumpunt se,
Abeunt lavatum, perstrepunt.

unde Ovidius in III fastorum:

Silvia Vestalis - quid enim vetat inde moveri? -
Sacra lavaturas mane petebat aquas.

(quaeritur 'ortum ortu', unde 'ortus', an 'oritum oritu', unde 'oriturus' - Horatius in II epistularum:

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes -,

'partum partu', unde || 'partus', an 'paritum paritu', unde 'pariturus', 'erutum erutu', unde 'erutus', an 'eruitum eruitu', unde 'eruiturus' - Lucanus in IIII:

ruituraque semper
Stat, mirum, moles -,

'cassum cassu', unde 'cassus', an 'caritum caritu', unde 'cariturus' - Iuvenalis in II:

tollere dulcem
Cogitat heredem, cariturus turture magno.

Virgilius in II Aeneidos:

Demisere neci, nunc cassum lumine lugent -?

quibusdam tamen hoc, id est 'cassus', magis nomen esse videtur, ut 'lassus'.) in anomalis quoque supra dictae regulae servantur: 'latu laturus latus', 'ferens ferentis ferendus', 'esu esurus esus', 'edens edendus'.

Et sciendum, quod, si deficiant supina, deficiunt | etiam participia tam 19
futuri temporis in 'rus' desinentia quam praeteriti, quae ex ipsis nascuntur, quod invenis in omnibus meditativis et inchoativis, in quibus deficiunt supina duo extrema, quibus deficientibus supra dictorum quoque temporum deficiunt participia. rarissime inveniuntur supra dicta supina in usu a

1 *Ter. eun.* III 5, 51 *sq.* proferi *R* 2 eunocho *G* 3 eloquuta *D* elocutast *Bemb.* 4 habeunt *D* habeunt *RK* perstrepuunt *G* perstreper *Dd* 5 *Ovid. fast.* III 11 *sq. v. lib.* VIIII § 38 UI. *K* IIII. *D* 6 Silvia] *d* silua *DGL* ueta *Rr* 7 lauaturus *H* lauaturus *K* 8 unde ortus *om. G* unde ortus an oritum oritu *in mg. add. K* 9 *Hor. epp.* II 1, 17 *cf. lib.* X § 9 10 Ni *Rr* nihil *B* nihil *RBHK* 11 partus] parturus *L* 12 rutum *G* an *om. H* eruitu *om. GLK* eruitus *Hh* 13 *Luc. Phars.* IIII 455 *sq.* lacanus. Inruituraq; *B* lucanus irruitaque *GL* lucanus erruitaque *K* in IIII *om. H* IIII] *om. D* III. *r* 16 casum casu *L* casu *RrH* unde *om. G* casus *L* *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq.* 17 U. *K* 20 *Verg. Aen.* II 85 U. *K* 21 Demissere *K* nunc] *d* ñ *D* casum *Rr* casum *LK* lugent* *H* 22 casus *RLK* lassus] *r* lasus *R* 23 lautu lauturus *Rr* 24 essu essurus essus *G* essu essurus essurus essus *K* edens edentis edendus *d* edendus *in litura H* 26 desinentia *add. r* praeteriti] *b* praeterit*(o?) *B* 27 inchoatiuitis *H* 29 rarissime] *d* rarissim* *Rr* rarissimo *BDGLK*

neutris secundae coniugationis vel tertiae in 'uo' desinentibus, quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum perfectum, ut 'lecturio', 'parturio', 'esurio', 'horresco', 'calesco', 'fervesco', 'amasco', 'miseresco', 'labasco', 'hisco', 'horreo', 'tepeo', 'egeo', 'caleo', 'ferveo', 'stupeo', 'lateo', 'candeo', 'niteo', 'albeo', 'luo'. rarissime tamen, ut diximus, inveniuntur ex quibusdam huiuscemodi verbis supina vel futuri temporis participia, ut 'doleo doliturus', 'careo caritūrus'. et alia tamen multa inveniuntur deficientia in aliis quoque significationibus vel generibus verborum tam supina quam ex eis nascentia, ut 'urgeo', 'spuo', 'metuo', 'timeo', 'medeor', 'disco', 'posco', 'compesco', 'cresco', et quocumque tempore defectiva sint verba, deficiunt etiam participia, ut 'ambigo', 'scando', 'niteo', 'vergo', 'arceo', 'mando mandis', 'strideo', quamvis apud vetustissimos eorum quoque praeterita inveniuntur. 'ferio' quoque et 'vescor' quia praeteritum tempus non habent, deficiunt etiam participiis eiusdem temporis. 'coepi' non habet praesens et futurum nec participium, sed tantummodo 'coeptus'. similiter 'odi', 'novi', 'osus', ex quo 'perosus' et 'exosus', 'notus' - Plautus in Amphitrione: ||

Inimicos semper osa sum optuerier.

et verbale | tamen nomen ex eo protulit idem Plautus in asinaria:

Madidum, nihili, incontinentem atque osorem uxoris suae –,

et 'memini meminens'. Laevius erotopaegnion in IIII:

meminens Varro corde volutat,

quia 'memini' tam praesentis quam praeteriti vim habet, quomodo 'odi'. unde et 'osus' pro praesenti, et 'meminens' pro praeterito licet accipere, V 20 nam 'novi' praesens 'nosco noscens' facit. similiter impersonalia deficiunt in supinis et participiis, quae ex supinis nascuntur, ut 'piget', 'pudet', quamvis quidam 'puditum' posuerunt, ut Plautus in Bacchidibus:

2 diuisas *om. GLK* parturio lecturio *G* essurio *GL* 3 horresco] *r* horesco *RG* labasco] *h* lauasco *H rell.* 5 albico *r* *ante* luo: stuo *add. B* estuo *DGL* aestuo *R* exuo *Hd* (*idem post* luo *add. m. rec. in R*) spuo *r* renuo *h* 6 doleo *om. L* 9 ut uergeo *L* spueo *H* 10 cresco. Ex quocumque *G* defectatiua *K* 11 nideo *RDH* 13 ferio] *H* Ferior *rell.* fescor *K* non habent tempus *GLK* 14 quoque *L* 15 sed tantum. sed tantummodo *Rr* praeteriti *ante* coeptus *add. BDHGLr et sup. lin. K* ceptus *H* 16 exosus et noui notus *B* *Plaut. Amphitr.* III 2, 19 (*v.* 900) 18 inimico *D* optuerier] *B cum Vet. Plaut.* obtuerier *rell.* 19 nomen *spscr. K* .Idem *B* *Plaut. asin.* V 2, 9 (*v.* 859) assinaria *K* 20 nihili *Plautus* nihil *libri Prisc.* continentem *Rr* 22 et memini] *r* Enemini *R* Leuius *BDHGK* Liuius *Rh* *Laevii erotopaegn. lib.* IIII *fr. Laevii* IV *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 44 in IIII] *r* in iui *R* IIII. *DH* UII. *GLK* 24 quam p̄ praesentis tam *K* liqet *L* liquet *K* et memiminens pro *R* liquet *G* 26 noscens] noscis *h* inpersonalia *B* 27 *Plaut. Bacchid.* III 1, 12 (*v.* 379) *cf. lib.* VIII § 62 in Bacchidibus *om. G* bachidibus *BDHLK*

p. 922 P. p. 528. 29 K.

Neque mei neque †tui te intus puditum est factis,
quae facis –,

'taedet', 'paenitet', 'liquet', 'licet', 'libet', 'oportet'; sed compositum 'pertaesum' invenitur et 'paenitens', unde 'paenitentia', et 'libens' et 'licens', unde 'licentia', et 'licitus'. Virgilius in VIII:

et licito tandem sermone fruuntur.

Horatius:

licentum satyrorum greges.

sciendum tamen, quod haec omnia inveniuntur perfectorum declinationem habentia in usu veterum teste Capro: 'pigeo', 'taedeo', 'pudeo', 'paeniteo', 'liqueo', 'liceo', 'libeo', 'oporteo', quomodo 'placeo', 'contingo', 'evenio', 'vaco', 'attineo', 'accido', 'iuvo', 'delecto', quorum tertiae personae impersonalium vice funguntur: 'placet', 'contingit', 'evenit', 'vacat', 'accidit', 'attinet'. non tamen etiam si participia deficiant, deficiunt et verba; illa enim ex eis, non ista ex illis nascuntur. sunt tamen quaedam participia, quorum quamvis deficiant verba in usu, ratio tamen analogiae quod dici possunt ostendit, ut 'triumphatus', 'erratus', 'regnatus', 'laboratus', 'de|cursus'. Virgilius in VI: 21

Ille triumphata capitolia ad alta Corintho.

idem in VI:

regnata per arva
Saturno quondam,

et in I:

Arte laboratae vestes.

idem in III:

errata retrorsus
Litora Achaemenides, comes infelicis Vlixi.

Terentius in adelphis:

1 mei] *d* me *Hh* me *RBDGLK* est *om. K* 3 licet liquet *G* libet — libens *om. L* pertessum *K* 4 invenitur et] inuenitur ut *GK* licens et libens *D* liquens *K* 5 *Verg. Aen.* VIII 468 6 sermoni *Rom.* 7 *apud Horatium haec non leguntur: num memoriae Prisciani obversabantur* nympharum leues cum satyris chori (*carm.* I 1, 31)*? at potius cum Fleckeiseno post Horatii nomen lacuna statuenda videtur, ut exciderit unus ex iis locis Horatianis, ubi voc.* licentia *invenitur* (*v. indicem vocc. Hor.*), *et eius poetae nomen, a quo haec sive senarii iambici sive septenarii trochaici clausula* licentum satyrorum greges *profecta sit* 8 satirorum *K* 9 omnia *spscr. K* *fectorum *K* profectorum *k* 10 Capro] *ap. Osannum de Capro p.* 16 11 liceo liqueo *H* continguo *GLK* 12 dilecto *GLK* 13 inpersonalium *B* continguit *K* 14 *post* attinet: iuuat delectat *add. h* deficiunt *add. r* 17 utriumphatus *Dd* 18 *Verg. Aen.* VI 836 19 Ille] *r, m. alt. add. Rom.* Illa *R* capitolia] *ex* capitalia *corr. B ex* capotolia *H* capitalia *K* chorinto *D* 20 *Verg. Aen.* VI 794 *sq.* VI *Krehlius* VII. *libri* 21 per annos *Rom.* 23 *Verg. Aen.* I 639 24 ueste *Dd* 25 *Verg. Aen.* III 690 *sq.* 26 errata et retrorsus *B* 27 littora *H* Achaemenides] *d cum Rom. Ver.* achemenides *RH* (*B?*) *cum Med.* achamenides *D* achimenides *GLK* infelices *Rr* ulixis *RBD* ulixi *Pal.* 28 *Terent. adelph.* V 4, 6 *cf. lib.* VIII § 10 aldelphis *G*

p. 922. 23 P. p. 529. 30 K.

decurso iam spatio.

quid enim prohibet verbis quoque eorum uti, nisi auctoritas deficeret? nec mirum hoc fieri in participiis: in nominibus quoque inveniuntur et in verbis quaedam derivativa [vel composita], quorum primitiva [vel simplicia] in usu non sunt, ut dicimus 'puella' diminuti||vum, quod videtur a puera nasci - ut enim 'tener tenera tenella', sic 'puer puera puella' debuit dici -, quo tamen, quia auctores, quorum maxime usus regnavit, non sunt usi, nec nos utimur, licet inveniantur vetustissimi protulisse et 'haec puera' et 'hic' et 'haec puer'; 'ocior' quasi ab oco, quod in usu non est, licet a Graeco est ὠκέως; 'offendo' quasi a verbo 'fendo' componitur, quod non est lectum, sicut 'aspicio', 'inspicio', 'despicio', 'suspicio', 'conspicio' a 'specio' [non est in usu]. similiter hoc idem in plurimis aliis invenies.

22 Sunt quaedam, quae cum formam habeant participiorum, tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur, ut 'galeatus', 'scutatus', 'pilatus', 'tunicatus', 'manuleatus', 'caligatus', 'baccatus', 'paludatus', 'togatus', 'praetextatus', 'trabeatus', 'comatus', 'braccatus', 'paenulatus', 'soleatus', 'cristatus', 'hastatus', 'lunatus', 'stellatus', 'literatus', 'cerritus', 'turritus', 'pellitus', 'cornutus', 'astutus', 'hirsutus'. quaedam enim primae coniugationis participiorum formam | obtinent, id est in 'atus' desinentia, quaedam vero tertiae, id est in 'itus' vel 'utus' terminantia. sunt alia eadem et nomina et participia: 'armatus' 'ὁ ὁπλισθείς' καὶ 'ὁ ὁπλίτης', 'doctus' 'ὁ παιδευθείς' καὶ 'ὁ εὐπαίδευτος', 'sanctus' 'ὁ θεσπισθείς' καὶ 'ὁ θεσπέσιος' ἤτοι 'ἅγιος', 'acutus' 'ὁ ὀξυνθείς' καὶ 'ὁ ὀξύς', 'sapiens' 'ὁ φρονῶν'

2 uti nisi *in ras. b* 3 in nominibus] *r* in omnibus *R* cum in nominibus *LKh* in] *add. r om. R* 4 deriuatiua (diriuatiua *r*) uel simplicia quorum primitiua in usu *Br* deriuatiua uel composita simplicia quorum (.Quorum *H*) primitiua in usu *DdHh* diriuatiua uel simplicia in usu *R* 6 tenella *add. K* 8 uetustissime *Rr* puera et hic] *d* puera hic *DK* 9 puer ο ΤΑΚΥΤΕΡΟC ΤΟΥΤΑ Ocior *B* oco *D* 10 ὠκέως] *om. D* ΟΚΕΩC *DGr* ΟΚΟΩC *R* ΟΚΕΟC *K* ΟΚΕΟCΧΕΩC ΕΛΛΗΝΙΚΟΥ ΟCΟΕΟC *B* 11 deficio *Rr* conspicio despicio suspicio *K* 12 a specio] *K om. RBDHG* respicio a uerbo spicio *add. d* a uerbo spicio *Lh* in usu non est *BDHLK* ñ usu ñ est *G* quod in usu non est *dh cf. lib.* IIII § 14 plurimis *in mg. add. K* 14 tempora *B* pilleatus *Dd* 15 tonicatus *K* manuliatus *G* bacchatus *Rr* paludatus] *rd* parudatus *R* plaudatus *D* 16 bracatus *RH* bracc•atus (h) *D* penulatus *RBDGLK* "cristatus "soleatus *L* 17 cristatus ocreatus hastatus *B* hassatus *H* turritus cerritus *BDHGLK* 18 hastutus *Dr* hastatus *R* 19 optinent *BBHLK* 20 uel in utus *K* disinentia, *in mg.* uel terminantia, *G* 21 *Graeca per totum h. l. om. D* ὁ *om. B* ὁπλισθείς] *l* ΟΠΑΙCΘΕΙC *R* ΟΠΑΙC•ΕΙC *L* ΟΠΑΙCΕΕΙC *K* ὁ *om. B* 2 ὁπλίτης] *de* XII *vss. Aen.* § 20 *p.* 1222 *P.* 18 *L.* (ὁπλίτης 2) ΟΠΑΙΤΙC *B* ΟΠΑΙCΤΗC *HGLK* ΟΠΑΙCΟΕC *R* ὁπλιστής *α* 22 ΠΑΙΔΕΥΘΕΙC *Rr* ΠΑΙΔΕΥΘCΙC *H* ΠΑΙΔΕΥΤΕΙC *K* καὶ] κ *B* εὐπαίδευτος] *r* ΠΑΥΑΠΥΕΩC *R* ΕΙΠΑΙ.ΔΕΥΤΟC *G* ΕΥΠΑΨΔΕΥΤΟC *B* ΘΗCΠΙCΟΕΙC *R* θεσπέσιος] *r* ΘΕCΙΤΕCΙΟC *R* ΘΕCΠΙΟC *HGLK* 23 ΗΕΤΟΙ *R* ΗΤΟΥ *B* ΕΤΟΙ *GK* ὁ *add.* 2 (ὁ), *om. libri* ΟΞΙΝΘΕΙC *R* ΟΞΥΝΕΕΙC *GLK* καὶ ὁ ὀξύς] *μ* (καὶ ο οξυς), *om. R* ΚΑΙ ΟΞΙC *Kr* ΚΑΙ ΟΞΥC *BHGL* φρονῶν *R* ΦΡΟΝΟΝ *B* ΦΡΟΝΗΩΝ *H* ΦΡΟΝΩΙ *K*

p. 923. 24 P. p. 530 K.

καὶ 'ὁ φρόνιμος' ἤτοι 'σοφός', 'monitus' 'ὁ ὑπομνησθείς' καὶ 'ἡ ὑπόμνησις', 'iudicatus' 'ὁ κριθείς' καὶ 'ἡ κρίσις', 'armatura' 'ἡ ὁπλίσουσα' καὶ 'ἡ ὅπλισις', 'scriptura' 'ἡ γράψουσα' καὶ 'ἡ γραφή', 'usura' 'ἡ χρησομένη' καὶ 'ὁ τόκος', 'litura' 'ἡ ἀπαλείψουσα' καὶ 'ἡ ἀπαλοιφή', 'factum' 'τὸ γενόμενον' καὶ 'τὸ ἔργον', 'dictum' 'τὸ λεχθέν' καὶ 'ὁ λόγος', 'visum' 'τὸ ὁραθέν' καὶ 'τὸ ὅραμα', 'legendus' 'ὁ ἀναγνωσθησόμενος' καὶ 'ὁ ἀναγνωστέος', 'amandus' 'ὁ φιληθησόμενος' καὶ 'ὁ φιλητέος'; sic et alia plura, quae cum tem- 23
poribus participia sunt, absque his nomina.

Illud quoque attende, quod, cum a nominibus nomina et verba et adverbia et coniunctiones soleant per derivationes vel compositiones proficisci, ut ab Aenea 'Aeneius', a patre 'patrisso', a claro 'clare', a 'qua' et 're' 'quare', et a verbis similiter nomina et verba et participia et adverbia, ‖ ut a 'lego, lector, lecturio' et 'legens', a 'curro, cursim', ab adverbiis nomina et adverbia: 'ultra, ulterior ulterius', a participiis participia non possunt nasci nec verba, sed vel nomina, ut 'indulgens, indulgentia', vel adverbia, 'indulgenter'.

DE CASIBVS PARTICIPIORVM.

Casus quoque participia sex habent, quomodo nomina, nec sunt in VI 24
ipsis deficientia aliquo casu. nec mirum, nam in eo quoque imitantur adiectiva, quae nullo deficiunt casu, sive sint mobilia sive in duas conso-

1 φρονιμως *R* φρονιωος *H* ητωι *R* σοφρος *G* σοφως *R* munitus *B* υπομνησθεις *Rr* υπομνεσθεις καλυνομνυσευς *B* ἡ] η *RHG* ὑπόμνησις] *l* υποιθεις μνησις *Lr* υπομνεσις *K* ιπομνεσις *G* 2 iudicatus — κρίσις *om. G* κρι *Rr* κριοσεις *K* ἡ] η *H* armatus *R* οπαισουσα *H* οπαισοισα *K* οπλαισοισα *Rr* και *B* καὶ — γράψουσα] *in mg. add. K* 3 ἡ] η *H* οπλαισις *B* πλαισες *G* πλαισις *H* πλαυσις *K* πλλαισις *Rr* γράψουσα] *in litura rl* γραφοφα *GK* τραφ.ουσα *H* πραφουσα καιγραφυ *B* ἡ γραφή] ηγραφε *K* ηγιταφη *in litura r* κρησομενη *B* χρισομενη *H* χρισομηη *GL* κρισομηνε *K* 4 και τοκος *G* ὁ *om. B* τωκος *R* litora *Rr* ἡ] η *RB* απαλιφουσα *B* απαλιψου·σεα *H* ·αιταλιφοσα *Rr* απαλιφοφεα *G* αναλιφοφεα *K* απολιφουσα *in litura l* καιναπλαιφι *B* ἡ] η *RH* ἀπαλοιφή] *de* XII *vss. Aen.* § 20 *l. l.*, *π* απαλιφη *RDG* απολιφη·*H* απολιφε *K* απολιφη *in litura* γενωμενον *R* τενομενων *G* ογνομενον *K* 5 τω *R* ο *G* ερτον *G* λεχτεν *R* λεχθεν *H* λεκθεν *GLK* κατολογος *B* το *R* λρος *Rr* οραθην *RGLK* 6 ὅραμα] *r* αραμα *R* οροma *in litura l* αναγνωσθεσομενος *B* αναγνοσθεσομενος *RK* αναγνοσθησομενος *GL* αναγ.νοσθες.ομενος *H* καὶ] κ *RBH* αναγνοστεος *GL* αναγνοτεος *Rr* αναγνοσθεος *B* 7 φιλθησομηνος *G* φιλεθησομενος *H* φιλεθησομενος *L* φιλιθισομενοσκα*οφιληθεος *B* φιλητεος *G* φιληθεος *H* φιλετεος *LK in* φιλιστεος *mut. L* alialia *R* 8 *post* nomina: Illud — nomina *add. r* 9 et aduerbia *add. r* 10 coniunctiones] *h* coniugationes *ni f. H* 11 aena *Dd* 12 re et quare *Rr* 13 lecturio] *r* et lecturio *RDHGLK* 14 ulterius participiis *G* participia *om. G* 17 DE CASIBVS PARTICIPIORVM] *om. G* participium *L* 18 quoque *om. G* 19 emitantur *K* omittantur *G* 20 * casu *H*

p. 924. 25 P. p. 530. 31 K.

nantes desinentia. quae enim deficiunt, fixa sunt, ut 'fas', 'dicione', 'Iuppiter', 'Iovis', 'iter', 'preci' et 'prece', 'vicem' et 'vice', 'tabi' et 'tabo', 'maria', 'aera'. nam 'frugi' et 'nihili' et 'mancipi' et 'huiuscemodi' et similia non deficiunt aliquo casu certo, sed pro omni casu eadem terminatione funguntur, quamvis possunt haec eadem figurate magis prolata, ut dictum est, per genetivum vel dativum quam indeclinabilia esse videri, ut si dicam 'cordi homo | est mihi', 'cordi hominis', hoc est 'hominis qui mihi est cordi', 'cordi homini', 'cordi hominem', et possum cum omnibus casibus figurate iungere dativum. sic 'frugi homo', id est 'qui frugi est', hoc est 'utilitati', similiter omnibus casibus adiungitur figurate et est magis dativus. sed haec etiam de nomine latius tractavimus.

Declinantur autem participia ad similitudinem et regulam nominum in 'ns' desinentium vel in 'us' mobilium, exceptis, ut supra dictum est, illis, quae nascuntur a verbis quartae coniugationis in 'eo' desinentibus, quorum genetivus vocales nominativi 'ie' mutat in 'eu': 'iens euntis', 'quiens queuntis', quamvis Plautus 'abiendi' dixit pro 'abeundi' in Amphitryone:

abiendi nunc tibi etiam occasio est.

DE TEMPORIBVS.

VII 25 Tempora participiis accidunt eadem, quae et verbis infinitis, id est praesens, quod est etiam praeteritum imperfectum, ut 'osculari' et 'osculans', praeteritum perfe||ctum, quod est etiam praeteritum plusquamperfectum, ut 'osculatum esse' vel 'fuisse' et 'osculatus', futurum, ut 'osculatum iri' et 'osculaturus'.

Et sciendum, quod non ex omni significatione omnia tempora inveniuntur. nam cum quinque sint significationes, id est activa, neutra, passiva, communis, deponens: ab activa quidem et neutra praesentis et futuri veniunt participia, ut 'amans', 'amaturus'. in quibus quia praeteritum deficit, loco participii verbo utimur et nomine infinito, ut 'qui amavit', ὃς ἐφίλησεν, id est ὁ φιλήσας. quomodo enim loco verbi participium ac-

1 dicione] *r* ditione *RDH* decione *G* decione *K* 2 iupiter *L* preci et *in litura h* 3 * aera (&) *R* huiuscemodi *Rr* 4 et is similia *R* 8 quid mihi *D* possum] *b* possunt *B* 9 figuratae *H* datiuum sic: frugi *RB* 10 figuratae *H* 11 de *add. h* latius de nomine *GLK* 12 similitutidem *B* in ns] In s *R* 15 genitib; *L* uocalis *B* ie] .i.in.e. *G* mutant *D* ut iens *G* 16 quieuntis *G* Plautus] *d* platus *G* plautum *D* *Plaut. Amph. fr.* 11 *p.* 422 *Both.* *ante* abiendi: supinum (sopinum *GLK*) eius *add. RBHGLK* gerundium eius *D* habeundi *D* habeundi *R* 17 amphytryone *R* amphytrione *G* amphitrione *BDK* 18 tibi etiam occasio est *add. r* 19 DE TEMPORIBVS *om. G* 20 accidunt *om. G* 21 quod etiam *G* 23 ut *ante* osculatum iri *add. r om. RDHGLK* 24 osculaturis *Rr* 25 omnia] *r* omni *R* inueniuntur — deponens *add. d* 26 quique *K* siut] *r* sunt *R* id est] *om. D* id *LK* passiua neutra *B* /. pasiua communis /deponens /. neutra *G* 27 depones *L* quidem] *r* quid est *R* 29 defecit *r* 30 oc ΕΦΙΛΕCEN *R* ὃς — φιλήσας] *om. D* oc ΕΦΙΛΕCEN id est

p. 925. 26 P. p. 531. 32 K.

cipitur necessitatis causa cum verbo substantivo, sic etiam, ubi participium deficit, necessario verbum infinito nomini substantivo iunctum participii officio fungitur.

Passivum quoque praeteritum et futurum habet, 'amatus', 'amandus'; in praesenti autem deficit, pro quo similiter verbum cum praedicto nomine proferimus dicentes 'qui amatur', ὃς φιλεῖται, pro ὁ φιλούμενος. ex quo quoque ostenditur significatio participii, quod tam nominis quam verbi vim obtinet, quod et | hoc pro illis et illa pro hoc ponuntur. dicimus enim 'legens est, qui legit' et 'qui legit, est legens', 'caenatus est, qui caenavit' et 'qui caenavit, caenatus est'.

Illud quoque sciendum, quod saepe et praesenti pro praeterito et 26
praeterito pro praesenti utuntur auctores necessitatis causa, cum deficiant et in 'or' desinentia praesenti et in o terminantia praeterito. praesentis tamen participium, quod etiam praeteritum imperfectum significat, solet coniungi verbis praeteriti perfecti et plusquamperfecti et significationem eorundem temporum complere, quomodo verba praesentis temporis, si adiungantur participiis praeteriti, praeteritum significant, ut 'caenatus sum, caenatus es, caenatus est' pro 'caenavi, caenavisti, caenavit'. sic ergo, si dicam 'caenans fui, fuisti, fuit' pro 'caenavi, caenavisti, caenavit', 'caenans fueram, fueras, fuerat' pro 'caenaveram, caenaveras, caenaverat' potest accipi. itaque quod deest Latinitatis linguae naturaliter, completur iuncturae ratione. multa tamen in his quoque, quae regula exigit dici, sive euphoniae causa deficiunt sive quod in usu non sunt, sicut et in aliis partibus orationis.

A neutris, ut diximus, sicut ab activis, duum temporum participia 27
veniunt, praesentis, 'stans', futuri, 'staturus'. inveniuntur tamen quaedam ex eis etiam praeteriti temporis, ut 'caeno caenatus', 'prandeo pransus', 'placeo placitus', 'nubo nupta', 'pateo passus' - et a 'patior' tamen 'passus'

οφιαεcac *d* oc εφιαεcac *GLK* oc εφια*ac* *H* oc εφιαειαcτ *h* εφιαιcεn *B* φιαιcac *B* partipium *K* 1 *post* substantiuo *sqq.* — substantiuo *add. g* 2 nominis *R* 3 officio] *d* officii *D* 4 quoquē] *spscr. K* uero *D* 5 deficit *add. r* 6 p̄ferimus *B* ὃς — φιλούμενος] *om. D* oc φιαειται pro οφιαοιμενοc *add. d* ocφιαει ταιφια αΓ|enoc. *G* φιαειται *H* pro ὁ *om. K* pro φιλουμενοc *L* 7 quoque] nunc *G* ostenditur quoque *H* 8 optinet *BDHL* illa] *d* ille *D* 9 legens est *D* legens est. *Rr* *codd. per totum h. l. inter* caenandi *et* cenandi *formas fluctuantur* 10 et qui cenauit *add. r* 11 et prō p̄senti *Dd* preterito 12 pro *add. r* deficiant] *r* deficiunt *R* 15 perfectis *Rr* et significationem *om. G* 16 adiungiuntur *Rr* 17 cenatus sum *add. r* 18 caenasti *G* cenasti *K* sic] *r* si *R* sic ergo si] *h* si ergo *H* 19 pro *om. G* caenasti *G* cenasti *K* 20 Caenan fuerā *B* cenaueras cenaueras *K* 21 poſtest *H* Latini *Hh* tatis 22 tamen] *r* tnen *R* quae *add. r* 23 eophoniae *Gg* ęuphonię *D* ephoniae *H* sicut in *R* 26 ut stans *RB* 28 & ex *D* preri *Rr* prādeo *B* 29 pasus *LK* a *om. D* pasus *LK*

p. 926 P. p. 532. 33 K.

facit _, 'assuesco assuetus', quod quibusdam nomen esse magis videtur, sicut 'quiesco quietus'. 'iuro' etiam 'iuratus', quod etiam in passiva significatione invenitur, quippe etiam verbum ipsum Lucanus in V protulit:

Et laetae iurantur aves bubone sinistro.

Statius etiam in VII:

captivis etiam iurabere Thebis.

'coniurato' Virgilius in II georgicon:

Aut conIurato descendens Dacus ab Histro.

addunt quidam etiam a 'careo' 'cassus', quod si esset, deberet 'cassurus' facere futurum, non 'cariturus', quod Iuvenalis in II protulit:

tollere dulcem

Cogitat heredem cariturus turture magno,

ut supra memoravimus. ergo 'cassus' magis nomen est, sicut 'lassus', et maxime cum vanum signifi|cat, ut:

Cassa fraude parat.

'titubo' quoque 'titubatus' facit. Virgilius in V:

vestigia presso

Haud tenuit titubata solo.

et in aliis multis neutrorum praeteriti participia vetustissimi protulisse inveniuntur, ut 'discessus', 'interitus', 'obitus', 'occasus', 'potus', 'senectus'.

28 Neutropassiva quoque, quae sunt quinque, trium temporum habent participia, ut 'gaudeo gaudens gavisus gavisurus', 'audeo audens ausus ausurus', 'soleo solens solitus soliturus', 'fio fiens factus futurus' differentiae causa, ne, si 'facturus' dicamus, simile sit participio, quod venit a 'facio' verbo, quod vim activam possidet 'fio' verbi, unde a supino eius nascitur passivum praeteriti participium et futuri activum: 'factum factu, factus facturus'; 'fido' quoque 'fidens fisus fisurus'.

A communi verbo quattuor nascuntur participia, praesentis sive prae-

facit pasus *G* 1 asueto asuetus *Rr* adsuesco adsuetus *B* esse uidetur magis *LK* uidetur magis esse *Gg* 2 quietur *Rr* quod] *r* quo *R* in passiua etiam *B* 3 *Luc. Phars.* V 396 4 iurantur] *h* iurant** *H* aures *K* senistro *K* 5 *Stat. Theb.* VII 103 VII. thebaidos *dh* 6 iurauerae thebis *d* iurauerat acuis *GLK* iurauerat huius *BDH* 7 .coniurato] coniurato. *GLKd* coniuratio *D* *Verg. georg.* II 497 8 Aut] A *K* coiurato *K* descendens] *k* discendens *GLK* 9 etiam *om. G* casus *Rr* casus *LK* esse deberet cassurus faceret *B* casurus *Rr* casurus *L* 10 *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq.* in II protulit] profert in II. *B* 12 haeredem *GLK* turturae *H* 13 casus *Rr* casus *LK* est *om. R* sicut] ut *L* lasus *LK* 14 *Luc. Phars.* V 130 15 casa *L* 16 Titubo *ex* Tituuo *corr. B* *Verg. Aen.* V 331 *sq.* V. Aeneidos *H* II. aeneidos *B* 17 pracsso *Rr* pssa *G* 18 haud] aut *GLK* 20 intuseritus *K* 21 Neutropassiua *ex* Neutrapassiua *corr. H* Neutrapassiua *B* participia habent *G* 22 participia gaudeo *DGLK* audiens *K* asus *Hh* 23 futurus] *d* facturus *D* 25 possedet *K* 26 factus et facturus *G* 27 fixus fixurus *Rr* 28 commoni *Rr*

p. 926. 27 P. p. 533 K.

teriti imperfecti, quod activam solum habet significationem, ut 'criminor criminans', 'ὁ *διαβάλλων οὐκέτι*' καὶ 'ὁ *διαβαλλόμενος*', praeteriti perfecti et plusquamperfecti, quod communem habet significationem tam passivi quam || activi, ut 'criminatus' 'ὁ *διαβαλών*' καὶ 'ὁ *διαβληθείς*', futuri unum activum in 'rus' desinens, ut 'criminaturus', et unum passivum in 'dus', ut 'criminandus'. omnia tamen in 'dus' desinentia participia eadem etiam nomina esse possunt, cum amittunt tempus, ut 'amandus' 'ὁ *φιληθησόμενος*' καὶ 'ὁ *φιλητέος*', 'docendus' 'ὁ *διδαχθησόμενος*' καὶ 'ὁ *διδακτέος*', 'legendus' 'ὁ *ἀναγνωσθησόμενος*' καὶ 'ὁ *ἀναγνωστέος*'. 29

A deponenti trium temporum veniunt participia, praesentis vel praeteriti imperfecti, 'sequens', praeteriti perfecti vel plusquamperfecti, 'secutus', futuri, 'secuturus'. multa tamen ex huiuscemodi verbis inveniuntur apud antiquissimos participia praeteriti temporis tam activam quam passivam significationem habentia, ut 'meditor' *μελετῶ*, 'meditatus' '*μελετήσας*' καὶ '*μελετηθείς*' - Terentius in Phormione:

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda _,

'auxilior auxiliatus' '*βοηθήσας*' καὶ '*βοηθηθείς*'. Lucilius:

a me auxiliatus.

sic et 'amplector amplexus' καὶ '*περιπλακείς*' καὶ '*περιπλεχθείς*' - Petronius:

1 solam *GLK* creminor creminans *GLK* 2 criminans ΕΔΙΑΒΑΛΛΩΝ. Non etiam ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟC *B* ΔΙΑΒΑΛΩΝ *RK* ΔΙΑΒΑΛΛΑΝ *G* ΔΙΑΒ*ΛΩΝ *Ll* *Graeca h. l. et in proxime sqq. usque ad ἀναγνωστέος om. D add. d* ΔΙΑΒΑΛΟΝ.ΟΥ.ΚΕΠΙ *H* ΟΥΚΕΠΙ *Gr* *ΟΥΚΕΤΙ *L* ΟΙΚΕΠΙ *K* ΔΙΑΒΑ*ΛΟΜΕΝΟC (Λ) *R* ΔΙΑΒΑΛΟΜΕΝΟC *HL* ΔΙΑΒΑΛΟΝΕΝΟC *K* ΔΙΑΒΑΛΕΝΟΝΟC *G* 3 tam actiui quam passiui *B* 4 quam et actiui *DGK* ut *om. D* creminatus *GLK* ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΝΚΟΔΙΑΒΑΗΘΕΙC *B* ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΝ ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *Rr* ΟΔΙΑΒΑΛΟΝ ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *H* ΟΔΙΑΒΑΛΕCΕCIN ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΗΕΙC *G* ΟΔΙΑΒΑΛΩ* ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑ**ΕΙC *Ll* ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *K* 5 ut criminaturus *om. H add. h* creminaturus *GLK* 6 creminandus *GLK* 7 esse non possunt *G* amittant *Hr* ΦΙΛΗΘΕCΟΜΕΝΟC *R* ΦΙΛΗΘCΟΜΗΝΟC *G* *post φιληθησόμενος: καὶ — διδαχθησόμενος om. B* 8 ΦΙΛΗΘΕΟC *R* ΦΙΛΕΤΗΟC *G* ΦΙΛΕΤΕΟC *L* *διδαχθησόμενος*] *l* ΔΙΔΑΧΘΗCΟ *H* ΔΙΔΑΧΤΕCΟ *G* ΔΙΔΑΧ*ΗCΟ *L* ΠΙΔΑΧΘΗCΟ *K* ΚΟΔΙΔΑΧΘΕΟC *B* ΔΙΔΑΚΘΕΟC *R* ΔΙΔΑΚ*ΚΟC *Ll* ΔΙΔΑΚΤΕΙC *K* 9 ΑΝΑΓΝΟCΘΗCΟΜΗΝΟC *G* ΑΝΑΓΝΟCΘΕCΟΜΕΝΟC *K* *ΝΑΓΝΟCΘΕCΟΜΕΝΟC *Rr* ΝΑΓΝΩCΘΗΜΕΝΩC *B* ὁ *om. GK* ΑΝΑΓΝΟCΤΕΟC *BHLK* ΑΝΑΓΝΟCΤΗΟC *G* ΑΝΑΓΕΝΟCΤΕΩC *R* 10 A *add. r* participia ueniunt *G* 11 imperfecti — plusquamperfecti] *r* perfecti uel plusquamperfecti *R* ut sequens *h* vel] et *K* sequutus *B* 12 sequuturus *D* huiuscemodi *Rr* huiusmodi *H* 14 meditior *Rr* medior *D* ΜΕΔΕΤω *r* ΜΕΛΕΤΟ *K* ΜΕΔΕΤΟ *B* medita*us *Kk* ΜΕΛΕΘΕCΑC *R* ΜΕΔΕΘΕCΑC *r* ΜΕΙΕΤΕCΑC *G* ΜΕΔΕΤΕC *K* ΜΕΔΗΤΗCΑC *B* 15 *μελετηθείς*] *ὁμελετηθεις* 2 ΜΕ*ΜΕΛΗΤΗΘΕΙC *L* ΜΕΙΜΕΛΗΘΗΤΕΙC *RD* ΜΕΙΜΕΙΕΤΗΘCΙC *G* ΜΕΙ'ΜΕΛΗΤΗΘΕΙC *H* ΜΕΙΜΕΙΗΤΕΔΑC *K* ΜΕΙΜΕΔΗΤΗΘΕΙC *B* *Ter. Phorm.* II 1, 18 16 sunt mihi *BDG* 17 auxilior] *d* Ausilior *D* *βοηθήσας*] *r* ΒΟΗΘΕCΑC *B* ΒΟΗΘΕCΑC *R* ΒΗΘΗΘΕΙC *K* ΒΟΗΘΗΔΙΕΙC *G* ΒΟΗΘΗΙC *R* ΒΟΕΙC *D* *Lucilius: v. lib.* VIII § 15 19 Et sic et *GLK* sic etiam *B* plector *Rr* amplexor *Dd* *Graeca add. d* *περιπλακείς*] *om. B* ΠΕΡΙΠΛΑΚΑΕΙC *D* ΠΕΡΙΠΛΑΚΕΙC *HLK* ΠΑΡΙΠΛΑΚΕΙC *G* καὶ] ΚΙCΙ *L*

p. 927. 28 P. p. 533. 34 K.

animam nostro amplexam pe|ctore.

Cicero pro Roscio: quo uno maleficio scelera omnia videantur conplexa esse –, 'adminiculor adminiculatus' '*βοηθήσας*' *καὶ* '*βοηθείς*'. Varro: tribunicio auxilio adminiculatus. sed sciendum, quod verbis quoque plurimis, quae nunc in usu deponentia sunt, veteres sicut communibus usi sunt, de quibus, cum de verbo tractabamus, docuimus.

A verbo 'sum', quod est anomalum, veteres praesentis temporis proferebant participium 'ens', unde componitur 'potens'; nam 'futurus' magis a 'fio' verbo videtur nasci, potest tamen etiam a 'fui' esse existimari.

DE NVMERO.

Numerus participiis accidit uterque, singularis, ut 'currens', pluralis, ut 'currentes'. et sicut non deficiunt casibus, sic nec numeris defectiva invenies participia.

DE FIGVRIS.

III 13 Personae pronominum sunt tres, prima, secunda, tertia. prima est, cum ipsa, quae loquitur, de se pronun|tiat; secunda, cum de ea, ad quam directo sermone loquitur; tertia, cum de ea, quae nec loquitur nec ad se directum accipit sermonem. nam si dicamus, prima est, quae loquitur, potest nihil de se loqui, sed de secunda vel ter||tia, et fit dubitatio; similiter de secunda si dicamus, ad quam loquitur, potest intellegi et ad primam et ad tertiam: nam locutio ipsa pertinet non solum ad secundam, sed etiam ad primam et ad tertiam; de tertia quoque si dicamus, de qua loquitur, commune invenitur trium personarum: nam et de prima et de secunda et de tertia loquitur. melius igitur Apollonius, quem nos, quantum potuimus, sequi destinavimus, praepositis personarum definitionibus est usus.

Enucleatim tamen in singulari numero prima dicitur persona: nam in plurali conceptionem façit aliarum personarum, hoc est secundarum vel tertiarum; secundarum quidem, quando ad ipsas praesentes loquitur, ut

1 ut illius *R* suus illius suus istius *L* 3 *post* ἑαυτοῦ uel: ἑοῦ sed etiam αὐτοῦ uel *om. R*, *post* id est: sed etiam AYTOY uel OY significat id est *add. r* EOY **** *H* *OY (E) *L* EFOY *K* αὐτοῦ *v. Bekkerum ad Apollon. de pron. p.* 100 *B* 2 4 tunc] *d* t' *D* 5 κατ'] KATA *libri* κατὰ ἀνταναπλασμόν *add. d* ἀνταναπλασμόν] *l* ANTANAKAACMON *R* ANTAN.KAAACMO. *G* ANTANAKAAACMON *H* ANTANAKAA**MO *K* ***ANAK*AACMON *L* vel αὐτοπάθειαν] *add. d* AYTOΠATEIAN *Rr* AITOΠAΘEIAN *G* AYTOΠAΘIAN *in litura h* 7 cum retransitive] *rd et in litura h* cum se transitiuo *R* cum retransit quae *BDGK* cum retransi** (tĭ) *L* cum retransitiua *l* *Ter. Andr.* IIII 2, 4 orare iussit, si se ames, era (hera *Bas.*), iám ut ad sese venias 9 orare] *b* orate *B* era *Rr* aera *HL* era* *B* uenias *ex* uenies *corr. H* 10 De personis] *om. DG* De personis pronoũm *K* 12 *verba post* loquitur *sqq. usque ad* loquitur *add. r* de ea pronuntiat ad *r* (?) de persona ea ad *Dd* adquam *in mg. L* 14 sermonem] *d* **** *D* 15 de se nihil *B* sed de secunda *Dd* 16 si dicamus *Rr* 17 loquutio *D* 18 tertiam ut dido locuta est. De *B* 19 comm*une *L* nam et de prima et de secunda nam et de prima et de secunda *K* et de secunda *H* 20 appollonius *RHGLK v. Apollon. de pron. p.* 22 *A* 9 *sqq. Bk. coll. eiusdem ann. ad lin. B* 3 *v. etiam de synt.* I 3 *p.* 13, 19 *sqq.* II 10 *p.* 113, 15 *sqq.* III 25 *p.* 251, 4 *sqq. et* 27 *p.* 259, 14 *sqq. Bk.* 21 se*qui (d) *H* distinauimus *K* definicionibus *Rr* 22 usus enucleatim. Tamen *H* usus. enucleatim Tamen *h* 23 Enucliatim *G* dicitur] *k, ex* dicatur *corr. H* dicatur *Kb*

p. 941. 42 P. p. 547. 48 K.

'ego et vos facimus', tertiarum vero, quando ad alios loquens, id est ad secundam personam, alios sibi vel praesentes adiungit vel absentes, ut 'ego et isti facimus' vel 'ego et illi fecimus'; potest tamen et utrasque simul sibi adiungere, ut 'ego et vos et illi fecimus'. secunda vero ter- 14
tiam concipit solam, 'tu et ille' vel 'vos et illi fecistis', tertia autem tertiam solam 'isti et illi fecerunt'. itaque etiam in hoc ostenditur late patens tertiae personae copia, quae omnibus adiungi potest. quid igitur 'quod multi simul loquentes dicunt, nos fecimus'? non est supra dicto contrarium: unusquisque enim loquentium conceptionem facit eorum, qui una secum loquuntur, quippe cum unusquisque pars est totius, qui si velit ceteros indicare secum loquentes, necessario secundae vel tertiae eos attribuit personae. idque tam in pronominibus quam in verbis contingit, in quibus et finiuntur personae.

Et sciendum, quod in prima quidem et secunda persona pronomen ponitur, in tertia vero non, nisi demonstratione egeat vel relatione. nam plerumque nomen in eius locum ponimus, ut si Pompeius dicat ad Caesarem 'ego et tu et Crassus | teneamus rempublicam'; sin autem egeat demonstratione vel relatione, tunc ponimus pro||nomen, ut 'ego' et 'tu' et 'ille, quem vides' vel 'ego' et 'tu' et 'is, de quo dixi'; nam omne 15
nomen tertiae est personae absque vocativo, sicut supra dictum est, nisi substantivo vel vocativo verbo coniungatur, et iure, quia ipsa positio prima nominum non ad aliquem, sed de aliquo habet locutionem; dicimus enim 'nominetur hic, qui natus est, Virgilius', nominativum proferentes; prima enim et secunda, nisi figurate, adiunctione nominis non egent, cum et substantiam et qualitatem tam suam ipse qui loquitur, quam eius, ad quem praesens praesentem loquitur, videtur scire vel aspicere. tertiae vero personae ideo congrue adiunguntur nomina, quia potest vel abesse persona vel spatio eius qualitas obscurari. itaque pronomine quidem substantia per se, nomine vero etiam qualitas manifestatur, de qua saepe fit dubium in ea persona, ut Virgilius in VI:

Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?

cum ignoratur propria eius qualitas, quaeritur nomen. solam enim sub-

1 et uos faciamus *RL* ad ali** *H* ad aliā *h* 2 sibi praesentes *GHLK* 3 fecimus *BDHLK* vel] et *GLK* 4 adiunguire *K* 5 illę fecisti uel *G* 9 enim *add. r* faciunt *L* 10 locuntur *RDH* Quipe *L* cum *add. b* 11 cetero *R* ceteros *r* necessario uel secundae (secundę *D*) uel *BDHGLK* 12 adtribuit *B* ld^q. tam *Rr* 14 prima] *r* primo *R* 15 preponitur *Rr* proponitur *B* ratione *Hh* 16 nomen] noī *G* 17 tu crassus *Rr* rempuplicam *G* 20 tertiae est] *ex corr. r* tertia ēē *ni f. R* est *om. G* uocatiuo casu *B* 21 substantiuo *H* uerbo *om. B, in mg. post* substantiuo *add. b* coniungantur *Rr* 23 qui] quia *R* 24 enim *om. K* figuratae *H* cum enim et *K* 25 qui *om. G* tam eius *Kk* 27 congrue] *r* congruae *RH* adiunguntur congrue *B* 28 spacio *Dd* qualit *Dd* 29 manifestetur *D* demonstratur *BGLK* 30 *Verg. Aen.* VI 864

p. 942. 43 P. p. 548. 49 K.

stantiam, non etiam qualitatem significant pronomina, quantum est in ipsius prolatione vocis.

DE GENERIBVS PRONOMINVM.

VI 16 Genera pronominum sunt quinque: masculinum, 'hic', femininum, 'haec', neutrum, 'hoc', commune, 'nostras', 'vestras', trium generum, ut 'ego', 'tu'. cum igitur omnia pronomina, ut supra docuimus, sint quindecim, alia omnia mobilia sunt, id est ex masculinis feminina et neutra faciunt, absque tribus primitivis primae et secundae personae, 'ego' et 'tu', in quibus demonstratio ipsa secum genus ostendit, et 'sui', quod cum sit relativum, ut docuimus, tam genus quam numerum non vocis discretione, sed priore cognitione subicit. relatio enim est cognitionis ante latae repraesentatio, ut 'scribit Virgilius ad laudem sui', 'rogat te ille, ut sui causa facias'. quodsi quis dicat 'cur ergo etiam 'is', cum | sit semper relativum, non est commune trium generum?', respondemus, quod || 'sui, sibi, se a se', non solum relationis causa, quod supra diximus, sed etiam ipsius terminationis singulorum casuum, qui consimiles sunt primae et secundae, hoc habuit, ut confundat genera. quomodo enim Graeci per tres personas primitivorum obliquos casus similiter habent terminantes, qui et communes sunt omnium generum: ἐμοῦ σοῦ οὗ, ἐμοί σοί οἱ, ἐμέ σέ ἕ, sic nos quoque illorum auctoritatem in plerisque secuti per tres personas habemus pronomina similiter terminantia per obliquos casus et omnis communia generis: 'mei tui sui, mihi tibi sibi, me te se, a me a te a se'; alia vero omnia, sicut apud Graecos, mobilia sunt, ut 'ille illa illud, iste ista istud, hic haec hoc, is ea
17 id, ipse ipsa ipsum'; derivativa quoque: 'meus mea meum, tuus tua tuum, suus sua suum, noster nostra nostrum, vester vestra vestrum'. duo tantum inveniuntur communia 'nostrâs' et 'vestrâs', quorum perfecta 'nostrâtis' erant et 'vestrâtis'. unde quia 'ti' syllabae syncopa facta est,

1 est] *r* esse *R* 3 DE GENERE VOCIS PRONOMINV̄ *B* DE GENERE ***** PRONOMINI (1 *ex* E *corr.*) *H* De generibus *LK inscr. om. DG* 4 ut hic *D* feminum *H* 5 ut haec *D* commune — pronomina *add. r* Commune hic et hęc nostras *B* 6 docuimus] diximus *G* sint] *add. r* sunt *L* 7 alia] *rh* alia autem *RDH* masculinis] *b* masculis *B* 9 ipsa *add. G* 10 ut *om. B* 11 subiecit *Rr* relatio] *r* Ratio *R* est *om. G* 12 rogat *H* rogate ille *R* 13 ut] *d* et *D* causa sui *DHL* facias *spscr. K* ego *Dd* 16 qui] *d* que *R* quę *BDHr* cum similes *B* 18 ca*sus (u) *B* 19 terminantes] *r* terminationes *RK* qui] quae *RDLK* commune *B* EMAY *LK* ἐμοῦ — ἕ] *om. D* GR. *d. quae ipsa vocc. in mg. add.* EMAI. COY. ΓOY. EAAOY. COY. ΓOY. EMHCE. ΓE. *G* οὗ] *add. r* 20 ἐμοί] *h* EMO* *H* EMOY COY OY *B* EMO* CO* Γo*(Y-Y-Y?) *Ll* EMOY COY ΓOY *K* οἱ] *r* OY *R* ἐμέ] *l* EM*(u?) *L* EMH *K* illorum] illorum auctorum *Rr* eorum *D* auctoritatem illorum *G* 21 implerisque *B* 22 obliquo *Rr* commonia *D* mei] *r* me *R* 23 a me *add. d* 24 iste] istae *B* 25 ips*c *K* 26 tantum] tamen *K* 27 et *om. GK* 28 et *om. G* tis *b*

p. 943. 44 P. p. 519. 50 K.

mansit in a accentus perfecti, quomodo et in aliis multis, ut 'Arpinâs' pro 'Arpinâtis', 'fumât' pro 'fumâvit', 'cupît' pro 'cupivit', 'illic' pro 'illice'; itaque neutrum quoque eorum in e finitur: 'nostrate', 'vestrate', ex quo ostenditur illorum quoque nominativus in 'tis' secundum analogiam a vetustissimis prolatus esse. Cassius Emina in III annalium: hos libros si quis nostratis sapiens. M. Cato in legis Meviae suasione: rex Seleucus arma nostratia facit. Plautus in Sticho:

Ergo oratores populi summates viri
Summi accubent, ego infimatis infimus,

pro 'infimas'.

Necesse est autem omnia pronomina tria habere genera vel in una 18
eademque voce confusa vel in diversis distincta terminationibus ideo, quia pro uniuscuiusque rei propriis accipiuntur nominibus, quae tam in mascu-
linis et femininis quam in neutris inveniuntur generibus, quae in prono-
minibus quoque necesse est ostendi, seu demonstratione sive relatione.

Quaeritur tamen, cur habeat genus neutrum prima et secunda persona, cum naturaliter sermo nonnisi inter || mares aut feminas exercetur, quo-
rum sunt primae et secundae personae, id est a quibus profertur et ad
quos dirigitur loquella? ad quod dicemus, quod possunt equidem etiam hominum inveniri nomina neutri generis, ut in maribus 'hoc Basion, Heliconion', quomodo etiam in feminis 'Glycerium, Dorcium'. pos-
sumus tamen etiam ad res, quae non habent naturam loquendi vel au-
diendi, per conformationem, id est προσωποποιΐαν, primas et secundas ad-
iungere personas, etiamsi sint generis neutri, ut foro, mari, caelo. illud 19

1 quomodo et] *r* quomodet *R* 2 pro *om. K* arpinat*s *Hh* fumât] fu-
mânt *Rr* illi *B* 3 illicce *RBDHL* 5 *Cass. Hem. ann. lib.* III *fr. p.* 161 *Kr.; lib.* IIII *Krehlium secutus assignavit Rothius l. l. Cass. fr.* 38 *p.* 294 IU *inter* III *et* IIII *fluctuans H* Emina] *D v. lib.* VII § 11 Hemina *RBHLK* Emina in III annalium *om. G* annalium] *r* analium *RD* 6 *M. Catonis suasio legis Meviae: Cat. or.* 88 *p.* 124 *sq. ap. Meyerum l. l.* Meviae] *d* maeuiae *BD* meae uiae *GLK* Maeniae *Popma* 7 *Plaut. Stich.* III 2, 36 *sq.* (*v.* 492 *sq.*) *cf. lib.* VII § 61 in Sticho] *om. G* in isticho *R v. Osannum de tab. patronatus Lat. p.* 17 *Lachmannum ad Gai.* I 190 *et ad Lucret.* IIII 283 *coll. eiusdem cod. v. l. ad lib.* II § 17 VI 81: istrimoniae, istoici

9 oratores *ex* hortores *corr. D* 10 accumbent *RBDHLK* infimis *RrD* infi-
mis *BK* 12 habere tria *K* habere trea *G* 13 terminationibus *ex* terminationebus *corr. K* quia] *r om. K* que *R* 14 *post* nominibus: quae tam — pronominibus *in mg. add. d* masculinis et] masculinis quam in *G* 15 quam ineutris *B* quae *add. g* 16 quoque *add. g* siue] sũ *K* seu *G* re**latione(ue) *R* raelatione *B* 18 sermo] se *literis extr. abscissis B* nonnisi *om. GLK* aut] *r* et *R* 19 secundae *D* 20 loquella] *BDH v. Lachmanni ad Lucr.* III 1014 *ann.* loquela *RGLKdh* et ad *K* quod possuit *K* quod posunt *r* quo posunt *R* aequidem *DG* 21 hominum *add. d* bassion *BDHGL* 22 hoc *ante* Heliconiõn *repet. DHGLKr* eliconion *BHG* elicenion *D* elicomon *K* femininis *BH* gligerium *GK* gliggerium *L* 23 habeant *BGLr* 24 προσωποποιΐαν] *om. D* gr̃. *et in mg.* GR̃. ΠΡΟC.ΩΠΟΠΟΙΕΑΝ *d* ΠΡΟCΩΠΟΙΕΙΑΝ *H* ΠΡΩCΟΠΩΠΟΙΕΙΑΝ ΟΠΟΙΕΑΝ *G* ΠΡΟCΟΠΟΙΘΩΝ *K* prosopeiã *B*

p. 944. 45 P. p. 550. 51 K.

quoque notandum, quod derivativa pronomina, quae sunt septem, ut supra ostendimus: 'meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras', alterius sunt intrinsecus generis, hoc est communis trium generum, in quo possessor ostenditur, et alterius extrinsecus, hoc est mobilis, in quo possessio denuntiatur, quod terminatione consequenti discernitur, quomodo et numerus, sicut supra docuimus, quamvis qualitatem ipsius possessionis non declarant, nisi adiungas nomen. et sciendum, quod intrinsecus proprii loco funguntur, extrinsecus vero magis appellativi.

Nec solum in pronominibus derivativis, sed etiam in nominibus possessivis et quae a propriis derivantur, infinitae possunt intellegi possessiones, nisi adiectione nominis alicuius discernantur, ut 'meus filius', 'Telamonius natus', 'Euandrius ensis', et vide, quod appellativa magis asciscunt, quae communis sunt qualitatis. tam autem possessiva pronomina quam nomina in genetivum primitivorum resolvuntur. quid est enim 'meus filius'? 'mei filius'; 'Euandrius ensis'? 'Euandri ensis'.

Commune habent possessiva pronomina cum possessivis nominibus, quod in utrisque | possessio subauditur, quod binae intelleguntur personae, quod in genetivos primitivorum similiter resolvuntur cum possessione; non commune, quod pronomina possessiva || omnis sunt communia possessoris, nomina vero possessiva non omnis - 'Hectoreus' enim 'clipeus' unius est proprium possessoris; nec non ab appellativis quoque derivata, quamvis sint multorum communia possessorum, non tamen sic possunt esse communia, quomodo pronomina, ut 'humanus', 'marinus' -, et quod nomina tertiae intelleguntur personae, nisi adiungantur verbis substantivis vel vocativis, pronomina vero et primae et secundae inveniuntur personae.

3 generis intrinsecus *G* 5 denunciantur *Rr* denuntietur *K* 6 sicut *add. r* non *Rr* 7 diclirant *K* 8 extrinsecus] *****nsecus *literis primoribus abscissis B* apellatiui *D* 9 nominibus] *b* omnibus *B* 10 possessionis *Rr* 11 adiectione] *k* adiunctione *K* adiunctione alicuius nominis *H* filius meus *GLK* thelamonius *G* 12 Euadrius *D* *Verg. Aen.* X 394 Euandrius abstulit ensis apellatiua *D* adsciscunt *BDHr* 13 commonis *D* communes *G* 14 quam] tam *LK* quam nomina *add. r* 15 mei *Rr* nisi mei *DGLh* ensi *Ll* ensis nisi euandri *GL* Euandri ensis *add. d* 16 possiuis *Bb* 17 utrisque] *k* utriusque *H* subaudiatur *Rr* quod] . Quod *D* et *R* et quod *r*; *copulam omisi coll. Apollonio de pron. p.* 133 *A* 10 *Bk.* uine *B* intelguntur *Rr* 18 quod *cf. Apoll. l. l. p.* 134 *B* 1 et quod *R* ; Cum possessione non *R* possessione non commune. Quod *BD* possesione. non commune quod *d* non commune] *v. Apoll. l. l. B* 2 non commune habent *R* 19 omnis] *rd* oms *D* omni *R* commonia *Dd* 20 uero *om. G* Hectoreus] *r* hectorius *RGK* haectoreus *BDH* enim] autem *D* clypeus *B* clepeus *K* 21 est *om. G* possessores *H* ab *om. G* deriuatiua *Dd* deriuati *Hh* 22 commonia *Dd* non] nec *L* 23 commonia *Dd* quod *add. g* 24 adiunguntur *D* subtantiuis *R* 25 Promina *H*

p. 945. 46 P. p. 551. 82 K.

dubitatur numerus possessoris in nominibus possessivis, quae ab appellativis derivantur, ut, si dicam 'taurina vestigia', possunt et unius et multorum intellegi taurorum, in pronominibus vero non, quia tam per singularem quam per pluralem numerum positiones sunt, excepto 'suus', cuius primitivum, id est 'sui', commune est utriusque numeri. possessiva nomina ascendentibus non solent adiungi, ut 'Hectoreus pater' non dicimus, 'frater' vero vel 'servus' dicimus; pronomina vero adiunguntur, ut 'meus pater'.

DE FIGVRIS.

Figura pronominum duplex est; aut enim simplicia sunt pronomina V 21
aut composita. simplicia sunt omnia alia per nominativos, tria tantum componuntur unam interpretationem apud Graecos habentia οὗτος: 'iste', 'hic', 'is'. componuntur igitur 'iste' et 'hic' secum, ut 'istic istaec istoc'; 'is' vero cum adverbio 'idem', quod significat 'is demum', ex quibus et componitur [hoc est 'iterum is']. eius femininum 'eadem', neutrum 'ĭdem' i correpta, quae in masculino producitur. Virgilius in IIII Aeneidos:

Īdem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.

Iuvenalis in I:

et tamen alter
Si fecisset ĭdem, caderet sub iudice morum.

in neutro tamen praeterea geminatur compositio: dicimus enim 'identidem', id est 'idem | et idem', cuius obliqui deficiunt casus. et nomi||nativus quidem tam masculini quam neutri ex duobus est corruptis nec non accusativus tam masculini quam feminini: mutatur enim m in n ante d euphoniae causa, ut 'eundem, eandem', quod in aliis quoque compositis fieri solet propter eandem consonantem, ut 'quendam, quandam; quorundam, quarundam', quae tamen possunt et per adiectionem habere extremam syllabam. ceteri vero casus supra dictorum pronominum, hoc est 'eadem, 22
eiusdem, eidem, eodem, eadem, eisdem, easdem, eosdem', ex integro et

1 numerus] *om. R* uero numerus *r*, *at cf. Apoll. l. l. C* 1 numerus "in omnibus "possesoris possesiuis *K* in nominibus] *b* in omnibus *BHGL* apellatiuis *D* appelatiuis *G* 3 uero *add. d* 4 quam pluralem *DK* possitiones *G* possesiones *D* 6 haectoreus *Brh* hectorius *GLK* haectorius *RDH* 7 uero adiunguntur *om. GLK add. k* 9 DE FIGVRA *BHL inscriptionem om. DG* 10 Figura quoque pronominum *K* sunt omnia pronomina *GLK* 11 nominatiuos *H* .Trea *G*

12 interpretionem *B* οὗτος] *α* (ουτοσ' *3*) ΑΥΤΟC *d* ΑΥΤΟC *D rell.* 13 is hic *GLK* isthic isthaec *K* istec *D* 14 istuc *Rr* isthoc *K* 15 et *om. GLK* 16 correpta] *r* correptam *RB* *Verg. Aen.* IIII 679 (*deficit Rom.*) 17 IIII] *d* VII. *D* 18 ferre *R* hora] *sic etiam Verg. Fr.* ora *LK Pal.* 19 *Iuv. sat.* I 4, 11 *sq.* in I *om. G* 21 caderet] *rh* cadere *RBHGLKd* cadarei *D* 23 et *D* casus(u) *B* 24 duobus] *d* duabus *DLr et ex* duabus *effectum H* correptis *Rr* accussatius *L* 28 quarundam] *h* quarandam *H* 30 eadem] eodem *D* eosdem easdem *G*

p. 946 P. p. 552 K.

corrupto inveniuntur. itaque regula exigit per duas i vel per e et i tam nominativum pluralem masculini quam dativos et ablativos omnium plurales scribi, id est 'iidem' vel 'eidem' et 'iisdem' vel 'eisdem'. Iuvenalis in V saturarum:

dat eisdem ferre cinaedis.

solent autem auctores etiam per synaeresin unam i ponere pro duabus, ut Virgilius in I:

et crudelia secum
Fata Lyci,

pro 'Lycii', et

ille urbem Patavi,

pro 'Patavii', Iuvenalis in IIII:

Antoni gladios potuit contemnere, si sic,

pro 'Antonii'. 'iste' vero et 'hic' non componitur nisi per eos casus, qui in c desinunt, absque dativo, id est per nominativum, accusativum, ablativum singularem, per pluralem vero nullum nisi nominativum neutri, qui est et accusativus. nam hic solus in plurali numero c habet finalem ut 'hic istic, haec istaec, hoc istoc, hunc istunc, hanc istanc' (Terentius in heautontimorumeno:

Suspicionem istanc ex illis quaere),

'hoc istoc, hac istac, haec istaec', qui semper singularem sequitur feminini. quidam tamen haec quoque per metaplasmum finis quam compositionem proferri confirmant, unde nec aspirationem servant, quomodo nec 23 'illic illaec'; quod autem composita servant, ostendunt adverbia 'adhuc', 'abhinc'.

Nam 'egomet' et cetera, quibus adiungitur 'met', magis per porrectionem vel assumptionem, quam Graeci vocant ἐπέκτασιν vel παραγωγήν,

1 duas ii *RBH* ii *Dd* 2 pluralium scribi *GLK* 3 iidem et eidem *D* iisdem] *ex* eisdem *corr. B* *Iuv. sat.* V 14, 30 4 in V saturarum *om. G* V *Krehlius* II 538; II. *libri* saturarum *Rr* saturarum *D* satirarum *G* saturarum Implet et ad moechos dat *B*; *versus integer affertur lib.* VII § 15 XIII 15 XVIII 288 5 cinedis *H* cenaedis *G* aeneidis *Kk* 6 pone *Rr* 7 *Verg. Aen.* I 221 *sq.* in I *om. D* 8 crudilia *K* crudeli *G* 9 fatalici *H* lici *BD* 10 pro Lycii *om. D* licii *R* *Verg. Aen.* I 247 11 ile *R* ille urbem *om. B* petaui *G* 12 pro pataui *R* pro petauii *G* *Iuv. sat.* IIII 10, 123 III. *RBDHK* tertio *L* 13 gladios] *r* gladius *RDH* potuit contemnere posset si *B* contempnere *RKd* contenere *D* possit *post* contemnere *add. DHGLK del. dh* 15 et accussatiuum *K* 16 nominativum] *b* nomina *B* 17 est accusatiuus *Rr* 18 isthic *K* istaec] stęc *R* isthaec *K* isthoc *K* isthunc *K* isthanc *K* *Terent. heautontim.* V 2, 41 19 hęautontimorumeno *RD* eaytontimorumeno *B* *eatontimorumeno (h) *L* eaautontimoro meno *K* phormione *G* 20 Suspicionem] *sic Bemb. Bas.* suspitionem *DH* istā *Bas.* q̄rere *G* 21 isthoc *K* isthac *K* isthaec *K* semper per singularem *B* feminini sequitur *K* femini *D* 24 illaec] illuc *in litura h* illac *K* autem] *b* atem *B* adhunc *Rr* 25 et abhinc *GLK* 26 adiungitur] *h* adiunguntur *H* 27 adsumptionem *B* uocant *add. h* ἐπέκτασιν vel παραγωγήν] *om. D* ΓΡ *et in mg.* ΕΠΕΚΤΑCΙΝ uel ΠΑΡΑΓΩΓΙΝ *d* paragogen *R* ΠΑΡΑΓΟΓΗΝ *BK* ΠΑΡΑΓΟΓΗΝ *G*

p. 946. 47 P. p. 552. 53 K.

solent proferri. et primae quidem personae omnibus | adiungitur || casibus: 'egomet, meimet, mihimet, memet', secundae vero personae obliquis solis: 'tuimet, tibimet' - Statius in VIIII Thebaidos:

Ceu tibimet sceptra et proprios laturus honores -,

'temet'; nominativo autem ideo non additur, ne dubitationem faciat, cum etiam verbum intellegi possit, si dicamus 'tumet'. itaque brevem 'te' syllabam pro 'met' ei addere solent auctores vel 'temet'. Lucretius in primo:

Accipe praeterea, quae corpora tutĕ necesse est.

idem in eodem:

Tutĕmet a nobis iam quovis tempore vatum.

Ennius:

O Tite tutĕ Tati tibi tanta tiranne tulisti.

Alphius Avitus in II excellentium:

Seu tutĕ malis hospites,
Seu tutĕ captivos habes;

sunt enim dimetri iambici. unde neque in alio casu eandem 'te' syllabae adiectionem invenies. nec non pluralis numeri casibus additur 'met' aliis absque genetivo: 'nosmet, nobismet' et 'vosmet, vobismet' - Cicero de domo sua: vobismet ipsis pontifices -, tertiae quoque personae 24 triptoto, id est 'suimet, sibimet, semet'.

'Pte' quoque ablativum [trium] pronominum possessivorum invenio asciscere: 'meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte'.

Sciendum tamen, quod 'met' et 'te' adduntur supra dictis pronominibus vel discretionis causa plerumque vel significantiae, ut Terentius in adelphis:

3 ut tuimet *GLK* *Stat. Theb.* VIIII 67 in VIIII Thebaidos *om. G* VIII. *RB* tebaidos *L* 4 screpta *B* laturos *G* honores tenet. Nominatiuo *B* 5 iddeo *Dd* 6 uerbum *in mg. post* intellegi *add. k* 7 solent addere *GLK* *Lucret.* I 269 8 prima *DHL* 9 Accipere *B* quae] *sic etiam Lucr. oblongus, 'corrector oblongi* quod, *quadratus et schedae omittunt'*]ute *Rr* est *om. G* 10 *Lucret.* I 102 11 Tutemet] *r* tu autem et *R* quouis *etiam corr. cod. Lucr. oblongi* quoduis *libri Lucr. opt. rell.* 12 *Enn. ann.* I 151 *E. S.* 49 *Ilbg.* LXXI *p.* 18. XXXVIII *Vahl.* 13 tiranne] *R* tyranne *rell.* 14 auitius *K* *Alphii Aviti excellentium lib.* II *fr. v. ll. lib.* VIII § 44 *ll.* 15 tote *Rr* mauis *Valesius in adnot. ad excerpt. Peiresc. p.* 82 ospites *Rr* ospites *GL* obsides *Valesius l. l.* 16 captiuos, habes *Andr. Schottus in* (*Aur. Vict.*) *de vir. ill. c.* 23 habe *Valesius l. l.* aues *Stewechius ad Apuleium p.* 150 17 demetri *Hh* iambi *D* 18 numeri*(s) *H* additur met casibus *G* 19 nobismet uosmet et *B* *Cic. de domo sua or.* 17, 45 20 domu *GK* uosmet *G* 22 trium] *in mg. add. K* quinque *edd. et sic scripsisset Priscianus cf.* § 1. 29 posesiuorum pronominum *G* possesiuorum pronominum *K* asciscere *Rr* adsciscere *BDH* 23 tuapte *om. D* 24 quod et met et *LK* et met et te et pte *B* et met et te et pte *Dd* pronominibus supradictis *D* nominibus pro *Rr* 25 uel pro discretionis *B* *Ter. adelph.* IIII 4, 20 26 in adelphis *om. G*

p. 947. 48 P. p. 853. 54 K.

Egomet rapui,

intellegimus enim 'ego et non alius'. Cicero pro Murena: quid? quod, cum admoneris, tamen quasi tute noris, ita salutas? 'tute' dixit pro 'tu ipse per te et non per alium'. nam 'tētē' utraque producta accusativus esse geminatus ostenditur vel ablativus, quod et in prima et in tertia solet fieri persona, ut 'méme', 'sése'; composita tamen ostenduntur accentu paenultimo acuto. nec mirum, eam compositionem in his solis casibus inveniri, qui soli inter obliquos supra dictorum pronominum singulares sint monosyllabi: supra dicta enim geminatio in aliis casibus fieri non solet. et sciendum, quod hoc quoque ad Graecorum imitationem facimus, ut inveniantur quidam casus adhibentes compositionem vel adiectionem, alii vero abnegent. solent enim apud illos Attici ἔγωγε, ἔμοιγε per duos casus, id est nominativum et dativum, addere, quae παραγωγή per alios casus non invenitur; ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ deficiunt nominativo.

'Ce' quoque solebant per omnes casus vetustissimi addere articularibus vel demonstrativis pronominibus, hoc est ab aspiratione incipientibus, ut 'hicce, huiusce, haecce, hocce', unde 'hoc' quasi duabus consonantibus sequentibus solent poetae producere, ut:

Hōc erat, alma parens, quod me per tela, per hostes
Eripis?

et sic in antiquissimis codicibus invenitur bis c scriptum, quomodo est apud Terentium in Andria:

Hoccine est credibile aut memorabile?

2 et ego et *DG* *Cic. pro Murena or.* 36, 77 3 quod cum] cum *Cic. plerique* quod *Helmst.* quaeso *Oxon. T* ammoneris *DHGLK* admoneres *B* tamen] eciam *Cic. Oxon. T* tamen quesi tute *Rr* ita et *GLK* salutes *Cic. Monac.* 68 5 quod in prima *G* 6 compositamen *Rr* tamen haec ostenduntur *G* 7 compossisionem *K* 9 sunt *d* 10 et sciendum, quod hoc quoque ad *om. GLK* sciendum hoc quoque ad *add. l* 11 emitationem *K* 12 negant *K* illos] grecos *B* 13 *Graeca per totum h. l. om. D* ΓωΓε *H* ΕΓΟΓΕ *B* ΕΓωΓΕ ΕΜωΓΕ *add. d* ,ει. ΕΤωΤΕ ΕΑΜΟΥΤΕ *G* et ΕΓωΤΕ ∗ΜΟ∗ΤΕ *Ll* et ΤΕ ΕΓΟΓΕ ΕΑΥΜΟΥΡΕ *K* ΕΜΟΙ ΤΕ *Rr* casus *add.* d 14 adere *Rr* παραγωγή] *om. D* ΠΑΡΑΓωΓΕ *Rd* ΠΑΡΑΓΟΓΕ *B* ΠΑΡΑΤωΤΗΝ. *G* inueni∗∗tur(un) *L* ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ] *add. d* ΕΜΑΥΤωΥ ΣΑΥΤωΥ *R* ΕΜΑΑΥΤΟΥ ΣΑΤΟΥ *G* ΕΜΑ∗ΥΤΟΥ ΣΑΤΟΥ(Α) *L* ΕΜΑΙΓΟΥ ΣΑΥΓΟΥ *B* ΣΑΙΤΟΥ *H* ΕΑΥΤΟΥ *K* 16 arddere *K* 18 hocce haecce *K* 19 Consequentibus *R* cc sequentibus *Bd* c sequentibus *DHGLK* *Verg. Aen.* II 664 *sq.* 20 Hoc] *sic etiam Med. Pal. Ver.* (*deficit Rom.*) hocc *dh cf. sqq. et lib.* XIII § 9 hoc *L* hoc *Kk* hocce *R* tela hostis *Hh* tela hostes *Bb* hostes] ignes *Priscianus lib.* XIII § 9 *et sic vel* ignis (*Med.*) *codd. Verg.* (*in Pal. h. l. lacuna, de Rom. v. supra*); hostes *videtur gloss. ad* tela *pertinens, cui genuina lectio* ignes *cessit* 23 *Ter. Andr.* IIII 1, 1 24 est *sup. lin. add. Prisc. vet. cod. Cantabrig. a Bentleio ad hunc Ter. l. l.* est credibile ∗ aut(ē) *L*

p. 948. 49 P. p. 554. 55 K.

nunc vero eorundem pronominum his casibus frequenter additur 'ce', qui 26
in s desinunt, euphoniae causa: 'huiusce, hisce, hosce, hasce'. nec solum poetae, sed etiam oratores his utuntur supra dictis adiectionibus. Cicero in II invectivarum: hosce ego non tam milites acris quam infitiatores lentos esse arbitror. inveniuntur tamen etiam nominativum pluralem 'hisce' proferentes antiqui, ut Terentius in eunucho:

hisce hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem esse,

in quo videntur euphoniae causa s interposuisse. nec non similiter 'illicce', unde 'illic', quasi apocopa facta in fine servat accentum. Terentius in Andria:

illic est huic rei caput.

'illiusce', 'istiusce', 'illucce', 'istucce' veteres dicebant teste Papiriano, qui de orthographia hoc ostendit. Terentius in heautontimorumeno:

Illancine mulierem alere cum illa familia.

Haec igitur, hoc est 'met te pte ce' adiectiones esse ipse sensus arguit, qui nullus in his separatis potest inveniri: nihil enim compositum dividitur, quod cum separetur, quamvis sit ex corruptis, non tamen haec eadem corrupta ab integris esse ostendat, ut 'expers' ab 'ex' praepositione et 'pars', 'conficio' a 'con' et 'facio', 'idem' 'is demum'. ergo 'egomet, tute, suapte, huiusce' minime dicenda sunt composita, quia additio, si separetur, nihil significare possit per se. ||

Quaeritur, 'eccum, eccam, ellum, ellam, eccos, eccas, mecum, te- VI 27
cum, secum, nobiscum, vobiscum' prono|mina sint composita an adverbia? ad quod dicendum, quod adverbia personas simul et numeros et ca-

o
1 erundem *Rr* qui] quae *B* 3 utuntur his adiectionibus supradictis. *G* subpradictis *H* *Cic. in Catil. or.* II 10, 21 4 milite sacris *B* aceris *GLK* acres *libri Cic.* 5 infi[c]iores *Rr* inficiatores *GLK* lentos *om. Cic. Rhenaug.* 6 hisce] *v. Ritschelium monum. epigraph. tria p.* 20 *Ter. eunuch.* II 2, 38 *sq.* in eunucho *om. G* iunucho *K* 8 hisce *etiam Bemb.* hijce *Bas.* arbitrent** *Bemb.* 10 interposuisse] *d* interpotuisse *D* illice *GL* 11 accen *Rr* *Ter. Andr.* II 6, 27 .!... illic est huic (hui[c] *Bas.*) rei caput 13 illicce huius *H* huic] *B* huius *rell.* '*et sic certe Donatus*' *Fl.* caput] *r* capud *RD* 14 illuce *LK* istuce *LK* paperiano *GK* 15 hortographia *R* ortographia *BK* ortagraphia *GL* ortografia *H* *in frustulis Papiriani a Cassiodoro excerptis haec non servata sunt* hoc *add. r* *Ter. heautontim.* IIII 5, 3 in heautontimorumeno *om. G* eaytontimorumeno *B* heautantimorumeno *L* eaauton *K* 17 illanccine *RH* muliere malere *GL* mulierem malere *K* alere *ex corr. h* 18 i[q] *L* pte ce te *K* 19 nullis *H* his] *d* he *D* 20 quod] *r* quo *R* quod *** cum *B* quod non cum *LK*. Quod non cum *H* quod „cum „non *G* quam uix *Dd* non *om. DGLK del. h* 21 ostendit *GL* expers] *r* expres *R* p̄positione *Hh* 22 conficio *ex* conficia *corr. L* is et demum *BGd* 23 quia] quae *B* 24 posset *B* 25 ellam] *add. r om. R rell.* 26 sint] *r* sunt *H* sunt *RBDK* an] *r* in *R*

p. 949. 50 P. p. 555 K.

sus in eodem habere non possunt. sunt enim quaedam personas tantum significantia, ut 'meatim facis' et 'facitis', quaedam casus videntur certos nominum habere, carent autem personis, ut 'domi, domo, domum', quaedam numeros, ut 'semel, bis'; omnia autem simul supra dicta nisi in pronominibus, inveniri non possunt. sunt igitur sine dubio pronomina. adeo autem non est idem dicere 'ecce' et 'eccum', quod 'ecce' adverbium licet tam mares quam feminas et unum et plures demonstrantibus dicere, 'eccum' autem non nisi marem et unùm et 'eccam' non nisi feminam et unam, 'eccos' et 'eccas' non nisi plures. quid est enim aliud 'eccum' nisi 'ecce eum'? 'eccam' nisi 'ecce eam'? 'eccos' nisi 'ecce eos'? 'eccas' nisi 'ecce eas'? 'ellum' nisi 'ecce illum'? quae omnia tam genera diversa quam casus habent accusativos utriusque numeri, quos exigit verbum 'vide' vel 'aspice' vel 'cerne', quod saepe per ellipsin solet intellegi.

'Mecum' autem et 'tecum, secum, nobiscum, vobiscum' per anastrophen cum pronomine praepositio est, unde et casus, qui serviunt praepositioni 'cum', id est ablativi, in utroque numero trium personarum com-
28 ponuntur; quomodo igitur, si dicam 'propter te' et 'te propter', idem significo et 'cum quibus' et 'quibuscum', sic 'cum me' et 'mecum'. nam antiquissimi utrumque dicebant, sed in plurali primae personae cacemphati causa solebant per anastrophen dicere 'nobiscum' pro 'cum nobis'. itaque propter hoc reliquarum quoque personarum ablativos similiter praepostere proferre coeperunt teste Plinio, qui hoc in II sermonis dubii ostendit, et Cicerone, qui de oratore his utitur verbis: noluimus 'cum me' et 'cum te' dicere, ne eadem computatione adiungendum esset 'cum nobis', sed potius 'mecum' et 'te‖cum' et 'nobiscum' diximus, 'cum' praepositione,

1 eadem *K* significantia tantum *G* 6 et eccum] et haeccum *R* ut eccum *r* 7 mores *Rr* unum plures *G* demonstrantibus *L* 8 Eccū *ex* Ecc* *corr. B* mar*em *H* et non nisi unum *G* 9 plurales *G* quidem *Rr* 10 nisi ecce eum *add. d* et eccam *G* ecos *G* 11 omnia] *r* communia *R* 12 accusatiuos *ex* accusatiuus *corr. D* numeri* *B* quos] *r* . Quos *Hh* quem *RDG* q̃ *LK* 13 uerbo *D* ellypsin *B* elipsin *D* eclipsin *H* eclypsim *R* 15 et tecum et secum *D* uobis *Ll* nobiscum cum per *K* 16 cum pronomen *Hh* qui *add. r* 18 propter te et propter *B* 19 significatio *D* 20 Nam et antiquissimi *R* cacenphati *RBHGLK* cacenphatin *D* 23 plenio *K* *Plinii dub. serm. lib.* II *fr.* Cl *ap. Lerschium Sprachphilosophie d. Alten* I 200 24 *in Ciceronis de or. libris haec hodie non leguntur: idem argumentum tractatur in or.* 45, 154 *cf. epp. ad M. Terentium Varronem* (*vg. epp. ad fam. lib.* VIIII) *ep.* 22, 2. *haec Pliniana esse loco mota, ipsa Ciceroniana periisse arbitratur Krehlii censor Ienensis l. l. p.* 423 de oratione *L* 25 noluimus *K* eadem computatione *GLK* eidem conputationi *DH* ne*dem computationi *Rr* neceidem computatione *B* 26 adiugendum *D* 27 diximus cum cum *B*

p. 950 P. p. 555. 56 K.

quae facit obscenum, assidue postposita. antiqui tamen absque observatione naturali ordine haec protulisse inveniuntur. nulla tamen monosyllaba praepositio anastrophen patitur nisi | ea, et fortassis ideo enclitici vice fungitur, quia enclitica monosyllaba sunt: 'que, ve, ne'.

Nec mirum, supra dicta pronomina unius causa idem pati, cum in aliis quoque quibusdam structuris haec eadem sola communes habent quasdam proprietates. 'interest' et 'refert' genetivo solent adiungi omnium casualium absque supra dictis quinque pronominibus, pro quorum genetivis ablativos ponimus possessivorum, ut 'interest' et 'refert mea, tua, sua, nostra, vestra'. 'cuia' quoque infiniti possessivum cum supra dictis verbis pro genetivo primitivi ponitur - Cicero pro Vareno: ea caedes si potissimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit -, cuius gentile non solum 'cuias', sed etiam 'cuiatis' proferebant communi genere. Plautus in Poenulo:

Quid sit, cuiatis, unde sit, ne parseris. -
Quid est? cuiates estis? aut quo ex oppido?

'pte' quoque ea sola in eodem ablativo assumere solent: 'meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte'.

Sed si quem forte tangit, quod in fine sit 'cum' praepositio, in compositione autem plus dicatur valere ea pars, quae in fine sit, sciat, quod coniunctiones et praepositiones et adverbia vim nominum vel pronominum ante se positorum in compositione non mutant, ut 'uterque, quisque, quicumque, qualiscumque, totidem, idem, tantundem', cuius genetivus solus ex obliquis in usu invenitur, 'tantidem' - Terentius in adelphis:

tantidem emptam -,

quod quamvis videatur pro 'eiusdem' poni, tamen significat quantitatem, quae in pronomine esse minime potest, quod substantiam solum, ut saepe diximus, significat. est igitur nomen, quomodo et simplex eius, 'tantus tanta tantum'. usus quoque hoc confirmat. 'tantidem' dixit 'emptam',

1 oscenum *G* assiduae *Rr* adsiduae *H* 2 obseruatione *R* 3 nisi ea fortassis *G* enclitici] *r* encliaci *R* enclytici *D* encletici *K* 4 encletica *DK* que ue *Ll* ne ue *G* 6 quoque] *d* eoque *D* cumunes *D* communas *H* habeant *L* quadāspropriaetates *Dd* proprietates quasdam *G* 7 propriaetates *R* 11 primitiui *add. d* *Cic. pro Vareno or. fr.* 9 *p.* 443 *Or.* mureno *K* caedes *Rr* 12 si crimini datur, detur ei potissimum *Patricius* cremini *LK* cremina *G* datur datur detur *r* ei] *r* et *R* aei *H* *post* interfuit: non — interfuit *add. r* 13 nihil *spscr. in L* 14 commune *B* *Plaut. Poen.* V 2, 33 *sq. cf. lib.* XVII § 23 in Poenulo *om. G* penulo *DH* penulo *RBLK* 15 Quid] *sic libri etiam lib.* XVII *l. l.* qui *Plautus* quopatis *Plaut. Pall.* cuiatis ut desit *B* parseris] *d* passeris *RBDHGLK* parleris *Pall.* 16 Quid est] *r* quidem *RB* Auo *Pall.* quolates *Pall.* estis *D* estis unde aut quo(d) *R* ex quo *B* 19 si quem] *rh* si quidem *RH* *post* fine sit *sqq.* — fine sit *add. r* 20 ea pars ualere *G* sit] fit *GK* 22 ante positorum *Rr* compositione mutant *Rr* 24 in usu *om. G* *Ter. adelph.* II 1, 46 in adelphis *om. G* adelphys *R* 25 emtam *H* 26 poni] *r* prono *R* 27 substantiam ut sepe diximus significat solam *K* solam *GL* 29 eptam *G*

p. 950 – 52 P. p. 556. 57 K.

quantitatem similem pretii ostendens. 'tan||tundem' ergo nihil aliud significat nisi relationem et similitudinem quantitatis, quod etiam si posset pro 'idem' accipi, non tamen iam et pronomen esset. non enim id, quod pro aliquo accipitur, omnimodo etiam ex eadem specie ac[cipiendum est.

31 Componuntur nomina cum pronominibus, ut 'huiusmodi, istiusmodi, huiuscemodi', sicut et apud Graecos αὐτοκασίγνητος, αὐτοδίδακτος, φίλαυτος, et sunt omnia nomina, etiam quae in fine pronomen habuerint: cum enim qualitatem significant, pronomina esse non possunt. componuntur etiam cum adverbiis pronomina: 'eccum, eccam, eccos, eccas, ellum'; cum praepositione etiam secundum Donatum: 'mecum, tecum'. nec mirum, per singulos quosdam casus ea componi, quomodo et 'meme, tete, sese', cum nomina quoque supra dicta per genetivos composita sint solos; quos enim casus separata per appositionem habere exigebat structura, eos in compositione servavere. quid est enim 'eiusmodi' nisi 'modi eius'? 'eccum' nisi 'ecce eum'? 'mecum' nisi 'cum me'? quod vetustissimis erat in usu, sicut supra dictum est.

DE NVMERO.

32 Numerus pronominibus accidit, qui et nominibus et verbis et participiis, id est singularis et pluralis. sola enim declinabilia possunt habere ex eisdem vocibus tam singularem quam pluralem numerum, id est quae sub personas finitas cadere solent, sine quibus numeri declinabiles, id est singulares et plurales, inveniri non possunt. itaque si careat verbum persona, quod dictum est iam, caret necessario etiam numero, ut infinita et impersonalia et gerundia. || principales igitur duae partes, nomen et verbum, et quae loco eorum funguntur, hoc est participium et pronomen, supra dictos numeros habent in declinatione. aliae autem quattuor partes, hoc est praepositio, coniunctio, adverbium, interiectio, declinatione carentes numeros supra dictos habere non possunt. quamvis igitur adverbia sunt

1 prętii *B* praecii *Rr* p̄tii *ex* p̄tica *corr. G* 2 possit *D* 3 quod aliquo *G* 5 huiusmodi] eiusmodi *L* huiuscemodi huiusmodi istius modi (huiusmodi *in mg.*) *K* istiusmodi *add. r* 6 ΑΥΤΟΚΑΤCΙΓΝΗΤΟC *B* ΑΥΤΟΚΑCΙΓΝΗΤΟC *H* ΑΥΤΚΑCICΝΗΤΟC *GLK* ΤΑΚΗ a se diiudicatus Η ΑΥΤωΚΑ****ΤΟC (a se diiudicatus *spscr. r*) *Rr om. D* GR. *et in mg.* ΑΥΤΟΚΑΤΑΚΡΙΤΟC *d* ΑΥΤΟΚΑΤΑCΝΗΤΟC *l* αὐτάρετος *Apoll. de pron. p.* 79 *C* 2 *Bk.* αὐτοδίδακτος] *add. d* φίλαυτος] *add. d* ΦΙΑΑΥΤΟC *HGLK* ΦΙΑΑΥΤωC *R* ΑΥΤΟΦΙΑΑΥΤωC *r at v. Apollon. l. l.* C 3 7 omnia cum pronominibus quae *Gg* nomina finem *D* nomen *Hh* nomen *b* 9 ellum et cum *B* prapositione *Rr* *Donatus* II 13, 2 *p.* 1759 *P.* 21 *Lind.*: (aduerbia) personalia, ut mecum, tecum, secum, uobiscum, uobiscum 11 et] *r om. R* 13 sint] sunt *B* enim *om. GLK* 14 servavere] *h* seruare *RDHGLK* huiusmodi *K* 17 De numeris *GK* finit de figura. IncIPit de numero *L* 18 ponominibus *H* 19 diclinabilia *K* 20 isdem *Rr* hisdem *GLK* isdem *H* singularem numerum quam pluralem *GL* numerum singularem qum pluralem *K* 21 finitas] finitas siue infinitas *BHGLrd* finitas siue infinitas *K* diclinabiles *K* 22 non possunt inueniri *G* si *add. r* careant *D* 23 uti *B* 24 inpersonalia *B* 25 earum *GLKd* hoc] id *L* 26 autem *om. L* partes orationis hoc *G* 28 sint *K*

p. 952 P. p. 557. 58 K.

quaedam numerorum, tamen non ex eadem voce singularem et pluralem significant nec ad personas vel singulas singularem vel plures pluralem, quomodo supra dictae partes, reddunt numeros, sed similiter vel uni vel pluribus eadem adiunguntur, sive singularis sint numeri sive pluralis, ut 'semel facio, facis, facit, facimus, facitis, faciunt', similiter 'bis, quater, saepe', cum declinabiles partes necessario sibi adiunctae eosdem numeros servant, ut 'facimus nos, faciunt homines, faciunt scribentes': ecce omnes plurales. et iterum 'facio ego, facit homo, facit scribens': en ubique singularibus utimur. cum igitur duo in pronomine quoque, quomodo in nomine, sint numeri, singularis et pluralis, sunt quaedam numero communia, ut 'idem', dicimus enim 'idem vir' et 'idem viri'; sunt alia non solum numero, sed etiam diverso genere communia, ut 'haec mulier' et 'haec mancipia'. possessiva autem, quemadmodum iam diximus, duplicem significant numerum. et intrinsecus quidem eundem habent, quem primitiva eorum, extrinsecus autem pro terminationis forma singularem et pluralem: 'meus mei, noster nostri'. unde 'suus', quia et primitivum eius utriusque est numeri commune, id quoque intrinsecus utriusque est numeri commune tam per singularem quam pluralem declinationem: dicimus enim 'suus illius' et 'suus illorum'. | ‖ 33

1 singularem uel et *R* 2 significat *H* ne ad *Rr* singulas *ex* singulares *corr. D* plurales *K* 4 siue singulares *D* sunt *G* 7 facimus homines *K* facimus homines *GL* *post* scribentes: ecce—scribens *add. d* 9 quomodo *om. L* 10 numero quaedam *G* commonia *D* 12 commonia *D* ut haec haec mulier *DH* haec ut haec mulier *K* 13 quemammodum *BL* significent *L* 15 pro * terminationis (p) *R* formā (i?) *B* formā *b* singuralem *G* pluralem numerum *K* 16 quia et *Rr* 17 *sq.* numeri commune est *K* 18 commone tam *D* quam per pluralem *BHGLKr* diclinationem *K* 19 et suus illorum] illorum *G* suus illorum *g*

Explicit liber XII. | Incip lib. XIII de pronomine (de casibus *in mg. add. r*) Theodorus u d memorialis ss epistolarum et adiutor q m questoris spi scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonas febroarias mauortio u d consule. DE CASIB; *Rr* EXPLICIT LIB XII. DE PRONOMINE INCIPIT LIB. XIIII. DE CASIBVS. Theodorus memorialis .ss. sacri scrinii epistolarum et adiutor questoris spi scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis febroariis mauortio consule. *B* Explicit lib. XII de pronoe. | Theodorus memorialis ss. epistolar et adutor (*sic*) quaestoris spiriti scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis februariis martio consule. | INCIPIT .XIII. lib de casibus *G* expli liber XII | Theodorus sr epistolarum et adiutor qstoris spiriti scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis februariis martio consule. | incipit lib. XIII de pronomine *K* EXPLICIT LIB .XII. INCIP XIII. | Theodorus memorialis ss eparum et adiutor questoris spi scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis feb mauortio consule. *D* EXPLICIT LIB. XII DE PRONOMIN. INCIPIT LIBER. XIII. | THEODORVS. MEMORIALIS. ss. EPISTOLARVM ET ADIVTOR questoris spi. scripsi. manumea. inurberoma. constantinopoli. nonis. februaris. martio consule. | DE CASIBVS *H* Explicit XII lib | Incipit XIII de pronomin eiusde casibus. Sed primum de uocatiuo *L*